religiom ut integrē pepisse. ꝛc rō posset cohercere subditū relinquētē ti disciplinē. q licet prelatus iuste teneat ipm cohercere ut pficiat ei ad salutē ut dr. di. cumbeat. q̄ tamen debeat psequi inimicū nō ti pficiat hoc ad salutē. sicut dr. calu. licet rō sic tam utorum. nō. q̄ natura multis modis dr̄ q̄q; dr̄ una filia filie. mis. ad. intelligē peccatis. m. di. nemo. ꝙ. ecce. vi. q. v. si quis. verbū. q. sepe. so mō dr̄ natura quō stimulus siue instinctus nat̄e et sensualitate puniens ad appetēdū ut pecandū uel ad educandū. verū. q. honestū. ē. nō multo. li. ē. cius naturā. instinctū. ut. verbi. di. sat. quarto mō dr̄ ius naturale et p̄cepta naturalia hec. s. nō furtū facies nō mechabis. verū. q. bn. q. adulterio. inst. de obli. q̄ nat. ē. p̄m. et ē. nō ius gentiū dr̄ ius naturale et sm istō modus oīa silr dr̄untur cō. ius. cōicanda bri ei aliquid siue p̄pter uir dominū. nā ipi ade sunt dñi. in stabulo. et nullo tuū nescens pane tuo et alibi non. Rupisces rē primitiū. similr ius caule. nauis modis dr̄ q̄q; ius caule istō ut q̄ nō ē naturale uel ius gentiū hoc iuscanonicū dr̄ ius caule sm q̄ hic sumit. ꝛc. so mō dr̄ ius caule et io q̄ nō ē ius canonicum. tertio mō dr̄ ius caule. ius. ff. de orig. iur. l. n. ꝛc. et ecclesiastic. quarto mō dr̄ ius caule ad dñm. ut p̄tuit. Jo. iuste cōtra conuictio. si intelligas de q̄libet p̄hibita de sensualitate puniens si intelligas de quilibet. ad mortē ē ius naturale et istō puniens et dō bigamis debitū. cessio. nō intelligo dō successione q̄ sic sit p̄hibita de cū illa nō sit naturalis. set dō successione que sit p̄ canonis p̄ceptū. gratiā ut et intelligi potest de illa q̄ libet iure nature succedunt p̄bris. ut ff. in testamentis. et. l. septimo. ꝛc. nō sic. filiam ante filios educatio. pies ei the nō sit penitus ut verbi. q̄. predicatoris. similr filius pietate egente cogitur alere. verū. q. mō. inter de alen. li. et. et hoc cū mat̄ filium et hereditatē patroni. ut ff. de lib. ag. si quis. solent. nichil ent p̄mū aliquā. ut dr̄ dño cois. ius dicendi cōia. cōicanda tēpe necessitatis. ut verbi. di. sic nam et sm legē. ro. tēpe pestis ciuitas maxime emit cōia. ut ff. ad. l. ro. de pact. l. n. et mercatū nauem. si. tm̄ tm̄. hec. n. et alia que ne similiter. capi bonis succedit occupanti cōcedi tm̄ ut misc. dr̄ ff. di. ꝛc. Item de

DIII

posite. fallit. j. verū. q. n. nequis. et si dominus et deponens simul petit rē pōt restitui. ut dr̄ dño. ut ff. de posit. bona. nemo cōmodauit. cōmodatū dicit̄ ē q̄ tēpe utendi ff. de posit. iudicio. tutelę. et cū ut ei in p̄m. q. emulier. ut ff. dōt. si. et ff. dō sponsa. et. cū. et si uero ifā. dō illa materia hēs nōtā verū. q. i. summa. so. sic aliqua ecclā ius caule. cum tres sibi statuit. uti. verbi. catholica. et dō dō. in p̄mitando. q. diuinū humanū. i. cōtemplatiue in dō dō. cum. et hominū. ut ff. dō ferijs. li. filiū. ut. verū. q. ius gentiū. secundū. hoc. verbi. si dō rebus. et q. i. dicas. aliquis. et misc. de rē. di. c. ff. q. et hostibus. et ff. de acq. rē. dō. naturale. ius ciuile uel dicit secundū naturā. cū tamen q̄ occupanti cōcedit. ut misc. de rē. di. c. fere. aliqui si. ppria. nicet. capet et remissa caret a dño ut. j. verbi. q. vi. placuit. et ff. q. me. c. erat. v. edificauit. si quis. nisi forte alio mō posset eam cōsequi p utrū dicē. ut. verū. q. i. ci. et ff. q̄ fundum. cre. ant precor. c. si debitorē. Jo.

p fundus. alii dicūt q̄ fundus mouetur sit p ebrietatē. ut verbi. di. sit tibi die. alibi mōdus mouetur. et p̄ scripturā septenni. ut. j. di. vi. c. ius. a. et glo. q̄ incipit a uidicis sup illo ubi. nisi ficatibus. so. ubi dō mouetur dō mūgentiū. cum approbauit nō q. p̄ ei uniuersi. Si ergo bellū iustū ē finis capiendi sit capiendi. ut verū. q. v. dicat et sm hoc peccat ille capiens si recedat a dño suo. ut. j. verū. q. iij. si quis. si uero finis. set si bellū nō ē iustū. finis datum ē ei fugiendi potest ut ff. dō capti. mēb. et ille. Jo. Jo. quo restituitur. aliquis res q̄ p captiuitatē amisit. ut. verbi. q. iij. q postliminium. postliminiū ē ius p̄mum actiue. verū. q. i. cū bellici. ubi sunt arma. quia nō restituitur quia turpiter amisit. ut ff. dō capti. et postli. q. dicit sm canones. et cōicatur. verū. di. si quis. r legatorū. si quis legatus. ut. amicorū. i. hostiū impetrauerit. verū. q. iij. si quis. sm leges traditur nobis ut si finis alionū ff. de ri. Luit. ponere. ꝛc. et dicitur sm canones q̄ fugit in bello publico. s aliegratus. ut. verbi. q. cause. et. c. infamis ē. ut. vi. q. i. infames. sm leges capite punit ut ff. de iniuriis. t iniuriam. fērōis. i. pugnis commendatio. sm. ff. qui in acie. Jo. ꝛc. u modius. i. vii. q. ii. multane. i. verū. q. ult. ci. ꝛc. v dignitati. quis sit dignior uel sit prior alio. ꝛc. x cum corona. i. manus munus. ꝛc. y torques. i. minus munus. sunt principis et sicē. verū. q. v. dicas. ubi dō principis. nō ergo oīa q̄ capiunt in bello q̄ regis sunt. oīa set dic q̄ principis sit oīa sibi fisce tenet ea diuidē sm menta psonarū. ut. verū. q. ii. multanec. ab oibus tamq̄ p publico cōmunis publicā ē. unū qui ledit sacerdotes uel res sacras. pōt accusari. ar. ii. q. i. in primis. c. quinctij. ꝛc. quin. i. romulo. uidi utuntur romani. set hic dās romanos uocantur subiectq. milli. g. c. dō uideris. uidi. ubi dō q̄ ti. ro. impio. put dō p̄mū rōnauū here filios i potitate put et gentiles sint sub ro. impio. nā imperator ē princeps totius mūdi. ut vii. q. i. i. apibus. set diuersis p̄ncipiis diuisi reges sub eo sint. ut vi. q. iii. sacrorū. c. ad. l. ro. de iac. qui leuandę. ꝛc. i. de precatio. qui ergo nō uult ē sub ro. impio nec hereditatē here pōt. set nec alia que ad usum humanum enumerantur. ar. vii. di. quo iure. ratione possessionis tēpis. i. diffinitiua. de usucapionibus. usucapio ē acquisitio dñij p̄ continuū ff. dō usurp. i. usucapionis agit et qualiter. contingit autē hoc ius dupliciter. agit que sunt ptes sue spēs. ro. leges cōsulares uel tribunicie uel ab hac ius dicitur. agit que fiunt ex sententia. ꝛc. leges set hodie translatę hanc potestatē imperatoris. ꝛc. constitutio ppli. olim ppli statuit. ut ff. dō iurisdictione. omnium. et principi uel dicit q̄ hodie

P

lebiscita sūt q̄ plebes

Quid plebiscitū.

Plebiscitum dicit̄ a plebe et scitum. q̄ p̄ plebem statuitur. l. q̄d plebs sanxit. l. q̄d sanctum ē et tota plebs agit ut fiat.

Quid senatus consultū.

Senatus consultū est. quod patres senatores pro consulendo decernunt.

Quid constitutio uel edictum.

Constitutio l. edictū est. q̄d p̄ rex uel imperator constituit uel edicit.

Que sunt responsa prudentum.

Responsa prudentū sūt. que iura consulta respondendo dicunt. a consulendo. Unde et responsa iuris dicta sūt. fuerūt enim q̄dā prudentes et arbitri equales. q. instituit uel cuius iuris questus ediderūt. q̄b; dissidentibus iuris contentiones q̄ sopirentur.

Que sūt tribunitie. l. consulares leges.

Que dā sūt leges dicunt ab hijs q̄ eas edidērunt. ut consulares tribunitie. iulie. cornelie. Nam et sub octauiano cesare. iulius fuerūt cōsules papinianus et pompeius. qui legē tulerūt q̄ a nōbis. co. appellant papia pōpea. quinō pauci p̄mia p̄ suscipiendis libris. Sub e. de q̄. ff. de iure. falcidia tribun plebis. legē fecit. ne q̄s plus in extremis relinquendo legaret. q̄ tres. iij. partes hēredibus. et ei nocet lex falcidia nōiata ē.

Quid sanctio sit lex.

Sanctio uero lex ē. q̄ de pl̄ibus simul rebus edicē. dō. a copia rerum. et q̄ a sanctione. vii. et sanctā scire ē poenata uarie. dicit. Horatius. Flaccus. et sanctio. Quid sit rhodie legis.

Quid sit rhodie lex.

Rhodie leges nauales. mercatorum sunt ab insula rhodo cognominate. in qua antiquitus mercatorum usus fuit.

Quot sunt species legum.

Omnes iure species sanctionū legū patet. sūt. q. q̄ consulto alia ē aut. alia ecclastica. aut. ciuilis uel forensis. l. aut. ecclastica appellat. q̄ noie ecclastica consulto appellē. intendimus. Ecclastica consulto. canonis noie censetur.

Quid sit canon.

Quid aū canon sit. ysidorus in lib. vi. ethimologiarum declarat dicēs.

Quid sit canon.

Canon grece. latine regula nuncupatur. Unde regula dicatur.

Regula dicta est. eo q̄d recte dirigat. ñ aliquā aliorsū flectat. aly regulā dixerūt dēum. l. q̄d regat. l. q̄d normam recte uiuendi p̄beat. l. q̄d distortū punctumq; q̄d est corrigat. Porro canon ut aly sūt decreta pontificum. aly statuta patrum. Conciliorum uo alia sūt unius solius. alia plurium alia. Quicquid. alia celebrant auctoritate pontificis romani. p̄sente uidelicet legato sedis romane. Alia uo auctoritate patriarcharum. l.

Primatū. l. metropolitanorum. quisq; primat. Decretum de gnālib; regulis iudicandis sunt. Sunt autem quedam primatū leges tam ecclastice quā seculares. q̄ priuilegia appellant. de q̄b; in vi. libro ethimologiarum ysidorus attendit.

Quid sit priuilegium.

Priuilegia sūt. Quid sit priuilegium.

Priuilegia priuatorum. q̄ priuate leges. Nā priuilegium inde dictum est. q̄d in priuato fiat.

Quot sunt officia legum.

Officia uo legislatoris. siue ecclastice legum ē. tripex q̄d necesse ē fieri. p̄hibere q̄d malum ē fieri. p̄mittere. l. iubere q̄d p̄mittere p̄cipere. l. q̄dā illicita ut dare libellum repudij ne fiant. punitione. Unde in eod. lib. ysidorus scribit dicēs.

Quid sit officium legum.

Omnis autē lex aut p̄mittit aliquid. aut punit. forte p̄mittit aut iubet aut sacramenti ingressum. nuptias: nulli petenti. iubet. aut p̄mittit. ut q̄ petit fiat capitale dictat. Cuius enim p̄mio. aut pena iuste moderatur humana aut p̄cipit ut diligas dominum deum tuum.

Causa uero constitutionis legum ē. humana cohercere audacia. et nocendi facultatem refrenare. Sic in eod. lib. ysidorus testatur dicens.

Quare leges sunt facte.

Facte sūt enim leges. ut earum metu humana cohercerentur audacia. tutaq; sint inter impios innocentia. et in ipsis ipsorum formidato supplicio. refrenetur audacia. et nocendi facultas. Quia in ipsa constitutione legum. maxime qualitas attendenda est. ut quicquid in se honestate. iustum. possibilitate. secundum naturā. et cōmunem patriam continet. hec in eod. lib. ysidorus enumerat dicens.

Erit autem lex honesta. iusta. possibilis. secundum naturam. secundum consuetudinem patrie. loco tempori q; congruens necessaria. manifesta quoq; ne aliquid per obscurum captiosumue contineat. nullo priuato commodo. sed p communi ciuium utilitate conscripta.

Duo enim in ipsa constitutione ista considerare debet. q̄ eam leges instituere fuerit. ñ enim licuit iudicare de eis. si oportebit iudicare secundum ipsas. Unde aug. ait in libro de uera religione.

Iustus temporalibus legibus quicquid de bisce duobus iudicent. eis eas instituunt. ut eis fuerit instituere et firmare. ñ licebit iudicia de ipsis iudicare sed secundum ipsas.

Leges instituuntur cum promulgantur. firmantur. cum moribus utentium approbantur. Sic enim moribus utentium in quibus nulle

pellatur canon. quicquid decreti. quicquid concilia. canones dicit. id q̄ statuitur mutuo salubri consilio. et bonis catholicis. ostenditur. et decreti. de q̄ statuit pontificum consilio. canonum sanctorum ad nullius consilium. idem aliquid. dicit. de hac ad nos. pertinet. ad hunc alium. mentionem. appellationes canonice constituta. ut dicta mandatum. in decretis sanctorum. ut. verbi. q. ii. si quis dogmata. dogma ē q̄ consistit in cordis fide. tunc. verū. di. quicquid. et. c. mandatum. q̄ scilicet idcirco male moribus. verū. di. his ita. inter eos. quicquid. verū. di. nil dicit sanctum. ubi penalia adiacet. verbi. di. ii. canon. sit autem canonum sub se quationis species. verbi. q. ii. si quis dogma. trahit nos. alioquin quo regula est. regula aliorum. q̄ si regula nel unius quisq; q̄ male dicat. ter que ita diffinit regulam regula est breuiter que rem enarrat. nō ut ex causa fiat. ut ff. de regulis. ii. ad hoc dicas q̄ si illud appellat regulam. in qua aliq̄ breuiter statuitur. nō. adiunctis exceptionibus sm hoc est regula. nō sumit. unus et ita legimus. ff. si. appellatis regulam. id q̄ includit. set si uno exceptionis. sm. regula nūq̄ fallit. et ita sumit hic. Jo. nato. licet cum aliquis sit ge. Porro. legato. ad hoc. p̄ull. legato. de sanctis. l. legatis. nō tamen pōt. facere generale uel p̄mitiale. cōcilium. q. ea que spūs. ro. pōtifici committuntur mandata generali uel. de. nō transferuntur. et. de offi. ōl. q. translate et mandato generali uel. de. nō pōt. consilium exercere. sicut mandatum. ut ff. de offi. eius cui mandata ē iurisdictio. l. n. set nūq̄ metropolitanus. si sine cōsilio possit de causis nō iudicare. ut. j. verbi. di. nō licet. et. c. se. ar. ff. ii. di. catholica. et dō. ordi. ii. di. cias q̄ dō pius negocius. et dō his que spectant ad homis possit. de. canones de magnis rebus nō possit. ut verbi. di. multis. verū. q. i. quoscūq; et. al. quodcūq; pruuilia.

leges hodie abrogate sunt. Ita moribus
utentium leges ipse confirmantur.
Unde illud thelesphori pape decretum quo
decernitur ut clerici generaliter a quinquagesima pro
longiori ieiunandi susciperent. quod quia moribus
utentium approbatum non est, aliter agentes
transgressionis reos non arguit. Thelesphorus urbis rome episcopus omnibus episcopis.

Statuimus ut vii. ebdomadibus ante sanctum
pascha omnes clerici in sorte domini vocati a carne
ieiunent. quia sicut discreta debet esse vita
clericorum a laicorum conversatione, ita et in ieiunio
debet fieri discretio. Has ergo vii. ebdomadas omnes clerici a carne et deliciis ieiunent.
et ymnis et vigiliis atque orationibus instanter die noctuque studeant. Item ambrosius in libro sermonum.

Quadragesima vi. septimanas habet. cui
addidit thelesphorus pontifex vii. ebdomadam. et vocatum est hoc tempus quinquagesime.

Quod similiter de eo capitulo est intelligendum
quod legitur gregorius augustino episcopo anglorum scribit dicens.
Denique sacerdotes et dyaconi et reliqui quos
dignitas ecclesiastica gradus exornat. a quinquagesima possunt ieiunandi suscipiant. quod si
aliquid apprehensum sue institutioni adiciant.
et eorum qui in laicali ordine consistunt, observantiam sic loco: ita religione precellant.
De ipsa vero dominica die: hesitamus quod nam dicendum sit. Est enim laica et seculares illa die plus solito et ceteris diebus: carnium abhorrunt
appetitum: et in nova quadragesima audientur usque
ad medias noctes se ingurgitent. non aliter
se huius sancti temporis observationem suscipere putant. quod utique non ratione sed voluptati immoderati nimis ceciitati ascribendum est. Unde
non a tali consuetudine avium possunt. et ideo cum vera ingenio suo relinquendi sunt. ne forte peiores existant. si a tali consuetudine prohibeantur.
Sicut enim ait salomon. Qui multum emungit.
elicit sanguinem. Et post pauca. par autem est.
ut qui huius diebus a carne animalium abstinemus:
ab omnibus que sementiva trahunt originem carnis
ieiunemus. a lacte videlicet. caseo et ovis. et post
pauca. Ceterum piscium esus ita sano relinquitur.
ut hoc ei infirmitatis solacium non luxurie
incendium paretur. Denique qui a carne abstinet: nequaquam sumptuosiora marinarum beluarum convivia preparet. Vinum quoque ita bibere permittimus
ut ebrietatem omnino fugiamus. Aliquin restat
ut omnia que corpori libent similiter faciamus.

Hec et si legibus constituta sint: quia tamen
usu approbata non sunt. si non observantes transgressionis non arguunt. Aliquin hiis non obedientes pro prevaricatione honore carerent. et illi qui sacris nescierunt obedire canonibus: patrum officio iubentur carere susceptio. Non forte quis dicat.
hoc non discernendo esse statutum sed exhortando conscriptum.
Decretum non necessitatem facit. exhortatio autem:
liberam voluntatem excitat.

Hec que de privilegiis et ecclesiasticis et seculis sunt
scripta sunt. ecclesiasticis que civilibus legibus conveniunt. Nunc
ad differentiam naturalis iuris et ceterorum redeamus.
Naturale ius inter omnia primatum obtinet et tempore
et dignitate. Cepit enim ab exordio rationalis creature. nec variatur tempore. sed immutabile
semper permanet. Sed cum naturale ius in lege et evangelio supradicatur esse comprehensum. quedam autem contraria hiis que in lege statuta sunt. nunc inveniantur esse
cessata: non videtur ius naturale immutabile permanere.

In lege namque precipiebatur ut mulier si
masculum pareret. xl. Si vero feminam lxxx. diebus a templi cessaret ingressu. Nunc autem statim post partum ecclesiam ingredi non prohibetur. Item mulier
que menstruum patitur: ex lege immunda reputabatur. Nunc autem statim non ecclesiam intrare non sacre communionis misteria percipere. sicut nec illa que peperit. vel illud quod genuit non statim post partum baptizari prohibetur. Unde eidem augustino gregorius scribit.

Mulier eciam gratias actura eadem hora
Si mulier eadem hora qua genuit ecclesiam non prohibetur.
Acturam gratias. intrare ecclesiam: nullo pondere peccati gravatur.
Voluptas enim carnis non dolor est in culpa. In carnis autem commixtione voluptas est. Nam in prolis gemitu: unde ipsi prime mulieri dictum est. In doloribus filios paries. Si itaque enixam mulierem prohibemus ecclesiam intrare: ipsam ei penam in culpam reputamus.
Mulier enixa. vel quod ab ea genitum fuerit
Baptizari eadem hora nichil prohibet baptizari.
Baptizari autem vel enixam mulierem. vel hoc quod genuit: si periculo
mortis urgetur. vel ipsam eadem hora qua gignit. vel
eadem quod natum est id quod gignitur. nullo
modo prohibetur. ne dum adhuc tempus ad perhibendum redemptionis misterium queritur. interveniente paululum mora inveniri non valeat.
qui redimatur. Item augustinus. Antequam
puer ablactetur. vel mater purificetur. ad eius concubitum vir non accedat.

Ad eius vero concubitum vir suus accedere non debet.
quousque quod gignitur ablactetur. Hee namque
que filios suos ex prava consuetudine aliis
ad nutriendum tradunt. nisi purgationis tempus transierit: viris suis non debent admisceri. Quippe et sine partus causa cum in menstruis consuetis detinentur: viris suis misceri prohibentur.
ita ut morte lex sacra illum feriat. si quis

morbosi et lepsi ... set quod si mulier petat debitum ... tempore menstrui vel tempore purgationis dico quod non reddet ei debitum nisi timeretur eius fornicatio ... mulier negabit ... [illegible]

assumptione eucharistie set prohibetur a confectione nisi sit necessitas ... legem non est ... sic hic mulier ergo consulitur ... et sunt namque ... non abstinebit sacerdos a celebratione missarum ... [illegible]

[illegible]

...tur ad menstruatam mulierem accedat. Que tamen mulier dum consuetudine menstrua patitur, prohiberi intrare ecclesiam non debet, quia ei nature superfluitas in culpam reputari non debet, et per hoc quod invita patitur, iniustum est ut ecclesie ingressu privetur. Novimus namque quod mulier que fluxum patiebatur sanguinis, post tergum domini humiliter veniens, vestimenti eius fimbriam tetigit, atque ab ea statim sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit domini vestimentum tangere, cur que menstrua patitur sanguinis, ei non liceat ecclesiam intrare? Si enim ea [illegible] prosilit, quod vestimentum domini in languore posita tetigit, quod uni persone infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, que nature sue vitio infirmantur? Sacre autem communionis misterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si enim ex veneratione magna percipere non presumitur, laudanda est. Sed si perceperit, non est iudicanda. Bonarum quippe mentium est et ibi culpas suas agnoscere, ubi culpa non est, quia sepe sine culpa agitur quod venit ex culpa. Unde et cum esurimus, sine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum est ut esuriamus.

Quia vero de nature superfluitate sermo cepit haberi, queritur an post illusionem que per somnium solet accidere corpus domini quilibet accipere valeat, vel si sacerdos sit sacra misteria celebrare. De his itaque scribit beatus Gregorius Augustino Anglorum episcopo.

De multiplici genere illusionis.

Testamentum veteris legis hunc pollutum dicit, et nisi aqua lotus fuerit, atque usque ad vesperam intrare ecclesiam non concedit. Quod tamen aliter populus spiritualis intelligens, sub eodem intellectu accipiet, quia quasi per somnium illuditur, qui temptatus immunditia veris imaginationibus in cogitatione inquinatur, sed lavandus est aqua, ut culpas cogitationis lacrimis abluat, et nisi prius ignis temptationis recesserit, reum se quasi usque ad vesperum cognoscat. Sed in eadem illusione necessaria discretio valde que subtiliter pensari debeat, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex nature superfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit pollutio. Et quidem cum ex nature superfluitate vel infirmitate evenerit, omnino hec illusio non est timenda, quia hanc animus nesciens pertulisse magis dolendus est, quam fecisse. Cum vero ultra modum appetitus gule in sumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula gravantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen usque ad prohibitionem sacri misterii percipiendi, vel missarum sollempnia celebrandi, cum fortasse aut festus dies exigit, aut exhiberi misterium pro eo quod sacerdos alius deest ipsa necessitas compellit. Nam si alii adsunt qui implere misterium valeant, illusio per crapulam facta a perceptione sacri misterii prohibere non debet, sed ab immolatione sacri misterii, ut arbitror, abstinere debet humiliter, si tamen dormientis mentem turpi imaginatione non concusserit. Nam sunt aliqui quibus ita plerumque illusio nascitur, ut eorum animus etiam in sompno corporis positus turpibus imaginationibus non fedetur. Qua in re unum ibi ostenditur, ipsa mens rea, non tamen vel iudicio suo libera, cum se, etsi dormiente corpore nichil meminit vidisse, tamen in vigiliis corporis meminit se in gluviem cecidisse. Sin vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio in mente dormientis, patet animo reatus suus. Videt enim a qua radice inquinatio illa processit, quia quod cogitavit sciens, hoc pertulit nesciens.

Item Ysidorus in sententiarum libro .i. Quando sit peccatum nocturnis ymaginibus illudi.

Non est peccatum quando nolentes ymaginationibus nocturnis illudimur, sed tunc est peccatum, si antequam illudamur, cogitationis affectibus preveniamur. Luxurie quippe ymagines, que in veritate gessimus, sepe dormientibus in animo apparent, sed innoxie si non concupiscendo occurrunt. Item. Qui nocturna illusione polluitur, quamvis extra memoriam turpium cogitationum sese persentiat inquinatum, tamen hoc ut temptaret culpe sue tribuat, suamque inmunditiam statim fletibus tergat.

G. His ita respondetur: In lege et in evangelio naturale ius continetur, non tamen quecumque in lege et in evangelio inveniuntur, naturali iuri coherere probantur. Sunt enim in lege quedam moralia precepta, ut non occides, et cetera, quedam mistica, utpote sacrificiorum precepta, et alia his similia. Moralia mandata ad naturale ius spectant, atque ideo nullam mutabilitatem recepisse monstrantur. Mistica vero quantum ad superficiem a naturali iure probantur aliena, quantum ad moralem intelligentiam inveniuntur ei adnexa, atque hoc etsi secundum superficiem videantur esse mutata, tamen secundum moralem intelligentiam mutabilitatem nescire probantur. Naturale ergo ius ab exordio rationalis creature incipiens, ut supradictum est, manet immobile. Ius vero consuetudinis post naturalem legem exordium habuit, ex quo homines convenientes in unum ceperunt simul habitare. Quod ex eo tempore factum creditur, ex quo Cain civitatem edificasse legitur. Quod cum diluvio propter hominum raritatem fere videtur extinctum, postea a tempore Nemroth reparatum sive potius immutatum existimatur, cum ipse simul cum aliis alios cepit opprimere.

DVI

[illegible]

hec figuralia que michi aliud significant preter id quod sonat ... alia sacramentalia, alia cerimonialia ... [illegible]

alii in sua liberalitate eorum ditioni captivi esse sub
iecti. Unde legitur de eo. cepit nemroth esse robu
stus venator coram domino. id est hominum oppressor
et extinctor quos ad turrem edificandam allexit.

Ius autem constitutionis cepit a filiis israel tem
poribus quo dominus moysi tradidit dicens.
Si emeris servum ebreum et cetera. Unde ysidorus in
v. libro ethimologiarum ait. **De conditori-**
bus legum.

Moyses gentis hebree primus
omnium divinas leges sacris litteris explicavit.
Foroneus rex grecus primus leges iudiciaque
constituit. Mercurius trimegistus primus
leges egyptiis tradidit. Solon primus leges
atheniensibus dedit. Ligurgus primus lace
demoniis iura ex appollinis auctoritate
confinxit. Numa pompilius qui romulo succes
sit in regno primus romanis leges edidit.
Deinde cum populus seditiosos magistratus ferre
non posset, decemviros legibus scribendis creavit qui
leges ex libris solonis in latinum sermonem
translatas xii. tabulas exposuerunt.

Nomina eorum qui leges xii. tabulis exposuerunt.

Fuerunt autem hii: apius. claudius. genucius.
veterius. iulius. manlius. sulpitius. sextius.
curiatius. romilius. postumius. Hii decemviri legum scribe
darum electi sunt. Leges autem redigere in libris
primus consul pompeius instituere voluit. sed
non perseveravit obtrectatorum metu. Deinde
cesar cepit id facere. sed ante interfectus est. Paula
tim autem antique leges vetustate atque
incuria absoleverunt. Quarum etiam
suam est nullus usus, noticia tamen necessa
ria videtur. Nove a constantino cesare ce
perunt et reliquis succedentibus, erantque per
mixte et inordinate. Postea theodosius
minor augustus ad similitudinem grego
riani et hermogeniani codicem factum consti
tutionum a constantini temporibus sub pro
prio cuiusque imperatoris titulo disposuit. quem
a suo nomine theodosianum vocavit.

Differt autem ius naturale a consuetudine
et constitutione. Nam iure nature omnia
communia sunt omnibus. quod non solum inter eos servatum
creditur de quibus legitur. Multitudinis
credentium erat cor unum et anima una. et cetera.
Verum etiam ex precedenti tempore a
philosophis traditum invenitur. Un
de apud platonem illa civitas iustissi
me et ordinata traditur. in qua quis
que proprios nescit affectus. Iure vero
consuetudinis vel constitutionis hoc
meum est. illud vero alterius.
Unde augustinus ait super iohannem.

Iure divino omnia sunt communia omnibus; iure vero con-
stitutionis hoc meum. illud alterius est.

Quo iure defendis villas ecclesie. divino
an humano? Divinum ius in scripturis
divinis habemus. humanum in legibus regum.
Unde quisque possidet quod possidet? Nonne iure
humano? Nam iure divino domini est terra et
plenitudo eius. Pauperes et divites deus de uno limo
fecit et pauperes et divites una terra suppor
tat. Iure ergo humano hoc dicitur. hec villa me
a est. hic servus meus. hec domus mea.
Iura autem humana iura imperatorum sunt.
Quare? quia ipsa iura humana per impera
tores et reges seculi deus distribuit humano generi. Vis?
Tolle iura imperatorum. et quis audet dicere. hec
villa est mea. meus est iste servus. mea est hec
domus. Si autem ut teneantur ista ab hominibus regi
um fecerunt. Vultis recitemus leges ut gaudeatis.
Item. Relegantur leges. ubi manifeste pre
ceperunt imperatores eos qui preter ecclesie catholice commu
nionem usurpant sibi nomen christianum. nec volunt
in pace colere pacis auctorem. nichil
nomine ecclesie audeant possidere. Sed dicitis quid
nobis et imperatori? Sed ut dixi de iure humano
agitur. Apostolus voluit serviri regibus.
voluit honorari reges et dixit. Reges
veremini. Noli ergo dicere quid michi et regi?
Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regum
possidentur possessiones. Dixisti quid michi et
regi? Noli ergo dicere possessiones tuas. quia ipsa
iura renuntiasti humana quibus possessiones possidentur.

Dignitate vero ius naturale similiter preva
let consuetudini et constitutioni. Quecumque enim
vel moribus recepta sunt. vel scriptis comprehensa. si
naturali iuri adversa fuerint. vana et irrita habenda
sunt. Unde augustinus ait in confessionum libro secundo.

Adversus naturale ius nulli
quicquam agere licet.

Que contra mores hominum sunt flagitia pro
morum diversitate sunt vitanda. ut pactum
inter se civitatis aut gentis consuetudine
vel lege firmatum. nulla civis aut peregrini
libidine violetur. Turpis enim est omnis pars uni
verso suo non congruens. Cum autem deus aliquid contra
morem vel pactum quorumlibet iubet. et si ibi
nunquam factum est. tamen faciendum est. et si omissum
restaurandum est. et si institutum non erat insti
tuendum est. Si enim regi licet in civitate cui
regnat iubere aliquid quod neque ante ipsum
quisquam nec ipse unquam iusserat. et non contra so
cietatem civitatis ei obtemperatur. immo contra
societatem eius est si ei non obtemperatur.
Generale quippe pactum est societatis hu

[Glosses:]

Peregrini. In quo ergo peregrini et
solitarii tenentur sequi consuetudinem
illorum inter quos com
morantur ...

Immo. q. d. non est contra pac
tum societatis humane
regibus obtemperare
secundum pactum quia in omni
pacto intelligitur
maioris exceptio auc
toritas ut extra de iure iurando
venientes. [...]

Generale. lex sic in hac
facit. ad propositum quia id
quod deus precepit cum sit
de iure naturali preferetur
consuetudini
vel consti
tutioni.

auctoritas ut extra de iure iurando venientes. Bernardus brixiensis.

[illegible]

mane obtemperare regibus suis; quanto magis deo regnatori universe creature sue ad ea que iusserit sine dubitatione serviendum est. Sicut enim in potestatibus societatis humane maior potestas minori ad obediendum preponitur, ita deus omnibus. Item Nicholaus papa Hyncmaro Remensi archiepiscopo.

Mala consuetudo radicitus evellenda est.

b Mala consuetudo non minus quam perniciosa corruptela est abicienda. Que nisi citius radicitus evellatur, in privilegiorum ius ab improbis assumitur, et incipiunt prevaricationes et varie presumptiones celerrime non compresse pro legibus venerari et privilegiorum more perpetuo celebrari. Item Augustinus de unico baptismo libro secundo.

Veritati et rationi consuetudo est postponenda.

Veritate manifestata cedat consuetudo veritati. Plane quis dubitet veritati manifestate consuetudinem cedere? Item. Nemo consuetudinem rationi et veritati preponat, quia consuetudinem ratio et veritas semper excludit. Item Gregorius VII papa Guillimundo Adversano episcopo.

Quibuslibet consuetudo veritati est postponenda.

Si consuetudinem fortassis opponas, advertendum est quod dominus dicit: Ego sum veritas. Non dixit: ego sum consuetudo, sed veritas. Et certe ut beati Cypriani utamur sententia, quelibet consuetudo quantumvis vetusta, quantumvis vulgata, veritati omnino est postponenda, et usus qui veritati est contrarius est abolendus. Item Augustinus in libro de unico baptismo parvulorum.

Veritate revelata consuetudinem sibi cedere oportet.

Qui contempta veritate presumit consuetudinem sequi, aut circa fratres invidus est et malignus, quibus veritas revelatur, aut circa deum ingratus est, inspiratione cuius ecclesia eius instruitur. Nam dominus in evangelio ait: Ego sum inquit veritas. Non dixit ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata cedat consuetudo veritati. Revelatione igitur facta veritatis, veritati cedat consuetudo, quia et Petrus qui circumcidebat cessit Paulo veritatem predicanti. Ergo cum Christus veritas sit, magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus, quia consuetudinem ratio et veritas semper excludit. Item in libro III de baptismo.

Consuetudo rationi frustra opponitur.

Frustra inquit quidam qui ratione vincuntur consuetudinem nobis obiciunt, quasi consuetudo maior sit veritate, aut non sit in spiritualibus sequendum quod melius a spiritu sancto fuerit revelatum. Hoc plane verum est, quia ratio et veritas consuetudini preponenda est. Sed si consuetudini veritas suffragatur, nichil oportet firmius retinere. Item Cyprianus.

Rationem consuetudo impedire non debet.

Consuetudo que apud quosdam irrepserat impedire non debet quominus veritas prevaleat et vincat. Nam consuetudo sine veritate vetustas erroris est. Propter quod relicto errore sequamur veritatem. Scientes quia apud Hesdram veritas vincit, sicut scriptum est: Veritas manet et invalescit in eternum, et vivit et obtinet in secula seculorum. Idem. Ignosci potest simpliciter erranti, sicut de se ipso Paulus apostolus dicit, qui primo fuit blasphemus et persecutor et iniuriosus: Sed misericordiam merui, quia ignorans feci. Post inspirationem vero et revelationem veritatis factam, qui in eo quod erraverat perseverat prudens et sciens, sine venia ignorantie peccat. Presumptione enim atque obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur.

Dei veritatem non hominum consuetudinem sequi oportet.

Si solus Christus audiendus est, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum putaverit, sed quid qui ante omnes est Christus prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed dei veritatem, cum per Ysaiam prophetam loquatur dominus et dicat: Sine causa colunt me mandata et doctrinas hominum docentes.

Liquido igitur apparet quod consuetudo naturali iuri postponitur. Quod autem constitutio naturali iuri cedat, multiplici ratione et auctoritate probatur. Ait enim Augustinus ad Bonefacium.

Leges principum naturali iuri prevalere non debent.

Quicumque legibus imperatorum que pro dei veritate feruntur obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Quicumque vero legibus imperatorum que contra voluntatem dei feruntur obtemperare non vult, acquirit grande premium. Item in prologo libri III de trinitate.

Scriptoribus canonicis tractatorum littere deserviunt.

Noli meis litteris quasi canonicis scripturis deservire, sed in illis et quod non credebas cum inveneris incunctanter crede. In istis autem quod certum non habebas nisi certum intellexeris noli firmiter tenere. Item ad Vincentium Victorem libro II.

In opusculis tractatorum multa corrigenda inveniuntur.

Negare non possum nec debeo sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis que possunt iusto iudicio et nulla temeritate culpari. Item ad Ieronimum epistola VIII.

D. IX

[illegible]

In scriptis canonicis mendacia non admittuntur.

a Ego solis eis scriptorum qui iam canonici appellantur didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere. At si aliquid in eis offendero quod videatur contrarium veritati, nichil aliud quam vel mendosum esse codicem, vel non esse assecutum interpretem quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinaque polleant, non ideo verum putem quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per alios auctores vel canonicas vel probabiles rationes quod a vero non abhorreat persuadere potuerunt. Item.

Libris veterum Hebrea volumina, novis Grecus auctor est.

c Sicut veterum librorum fides de Hebreis voluminibus examinanda est, ita novorum veritas Greci sermonis normam desiderat. Item in epistola prima ad Ieronimum.

Nichil auctoritatis scripture canonice remanebit, si ad eas mendacia fuerint admissa.

b Si ad scripturas sanctas admissa fuerint officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? Que tandem de scripturis illis sententia proferetur, cuius pondere contentiose falsitatis obteratur improbitas? Item de unico baptismo l. II.

Cunctis omnium episcoporum litteris est preponenda scriptura.

d Quis nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris quam novi testamenti certis suis terminis contineri, eamque posterioribus omnibus episcoporum litteris ita preponi, ut de illa omnino dubitari et disceptari non possit, utrum verum vel utrum rectum sit quicquid in ea scriptum esse constiterit; episcoporum autem litteras que post confirmatum canonem vel scripte sunt vel scribuntur, et per sermonem forte sapientiorem in ea re cuiuslibet peritioris et per aliorum episcoporum graviorem auctoritatem doctioremque prudentiam et per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte a veritate deviatum est. Item ad Vincentium.

Ex dictis quibuslibet episcoporum contra divina mandata calumnie non colligantur.

Noli, frater, contra divina tam multa, tam perclara, tam indubitata testimonia colligere velle calumpnias ex episcoporum scriptis sive nostris, sicut Hylarii, sive antequam pars Donati separaretur, Cypriani et Agrippini. Primo quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis distinguendum est. Non enim sic leguntur tamquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicubi forte aliter sapuerint quam veritas postulat. In eo quippe numero sumus, ut non dedignemur et nobis dictum ab apostolo accipere: et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis Deus revelavit.

Idem in epistola ad Fortunatianum.

Non debetur par auctoritas canonicis scripturis et expositoribus earum.

Neque quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum et laudatorum hominum, velut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat, salva honorificentia que illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere, si forte invenerimus quod aliter senserint quam veritas habet, divino adiutorio vel ab aliis intellecta vel a nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum, quales volo esse intellectores meorum. Idem ad Casulanum.

Exemplis ratio preferatur sane.

Sane quippe ratio et exemplis anteponenda est, cui quidem et exempla concordant, sed illa que tanto digniora sunt imitatione, quanto excellentiora pietate. Cum ergo in naturali iure nichil aliud precipiatur quam quod Deus vult fieri, nichil vetetur quam quod Deus prohibet fieri; denique cum in canonica scriptura nichil aliud quam in divinis legibus inveniatur, divine vero leges natura consistant, patet quod quecumque divine voluntati seu canonice scripture contraria probantur, eadem et naturali iuri inveniuntur adversa. Unde quecumque divine voluntati seu canonice scripture seu divinis legibus postponenda censentur, eisdem naturale ius preferri oportet. Constitutiones ergo vel ecclesiastice vel seculares, si naturali iuri contrarie probantur, penitus sunt excludende.

Constitutiones vero principum ecclesiasticis constitutionibus non preminent, sed obsecuntur. Unde Nicholaus papa scribit episcopis in concilio apud Suessionem congregatis:

Lex imperatorum ecclesiastica iura dissolvere non potest.

Lege imperatorum non in omnibus ecclesiasticis controversiis utendum est, presertim cum inveniatur evangelice ac canonice sanctioni aliquotiens obviare. Item. Lex imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus. Imperiali iudicio non possunt iura ecclesiastica dissolvi. Ad quod ostendendum duorum horum, Innocentii et Gregorii, satis sufficiunt testimonia. Sanctus quidem Innocentius in decretali epistola sua ad Alexandrinum Antiochenum episcopum ait: Quod sciscitaris, utrum divisis imperiali iudicio provinciis, ut due metropoles fiant, sic duo metropolitani debeant nominari? Non visum est nobis ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei ecclesiam commutari, honoresque aut divisiones perpeti, quas pro suis causis faciendas

ducitur imperatore. Beatus Gregorius scribens ad Theodosiam patriciam inter cetera inquit. Si religionis causa debere dissolui uniuersa matrimonia dicatur, sciendum est, quia si hec lex humana concessit, lex tamen diuina prohibuit. Ecce quemadmodum imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolui. Ecce quod imperatorum leges quibus sepe ecclesia utitur contra hereticos, sepe contra tirannos atque contra prauos quoslibet defensores dicimus penitus renuendas. Sed quod eas euangelicis et apostolicis atque canonicis decretis quibus postponende sunt nullum posse inferre preiudicium asserimus. Item Simachus in sexta sinodo.

Nichil euangelicis regulis obuium imperatori agere licet.

Non licet imperatori uel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra diuina mandata presumere, nec quicquam quod euangelicis propheticis et apostolicis regulis obuiat agere. Item Felix papa. In ecclesiasticis causis regia uoluntas sacerdotibus non est preferenda.

Certum est hoc rebus uestris esse salutare, ut cum de causis dei agitur, iuxta ipsius constitutionem regiam uoluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere non preferre, et sacrosancta per eorum presules potius discere quam docere. Ecclesie formam sequi, non huic humanitus sequenda iura prefigere, neque eius sanctionibus uelle dominari, cui deus uoluit clementie tue pia deuotione colla submittere, ne dum mensura celestis dispensationis exceditur, eatur in contumeliam disponentis. Item. Bonis moribus et decretis romanorum pontificum constitutiones contraire non possunt.

Constitutiones principum contra canones et decreta presulum romanorum uel bonos mores nullius sunt momenti. Item Nicholaus papa. Que sacerdotum sunt regibus usurpare non licet.

Imperium uestrum sue publice rei cotidianis administrationibus debet esse contentum, non usurpare que sacerdotibus domini solum conueniunt. Item Gregorius Nazazenus imperatoribus Constantinopolitanis. Tribunali regum sacerdotali sunt potestati subiecta.

Suscipitis ne libertatem uerbi? libenter accipitis, quod lex Christi sacerdotali uos subicit potestati atque istis tribunalibus subdit. Dedit enim et nobis potestatem, dedit principatum multo perfectiorem principatibus uestris. Aut numquid iustum uobis uidetur, si cedat spiritus carni, si a terrenis celestia superentur, si diuinis preferantur humana. Ecce quod constitutiones principum ecclesiasticis legibus postponende sunt. Ubi autem euangelicis atque canonicis decretis non obuiauerint, omni reuerentia digne habeantur. Unde Augustinus in dialogo contra Petilianum ait. Leges imperatorum in adiutorium ecclesie licet assumi.

Si in adiutorium uestrum etiam ipsi leges assumendas putatis non reprehendimus, quia fecit hoc Paulus cum aduersus iniuriosos romanum ciuem se esse testatus est. Item apostolicus Iuliano imperatori scribit dicens. Reges pontificibus pro eternis, pontifices regibus temporaliter indigent.

Quoniam idem mediator dei et hominum homo Christus Iesus sic actibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discreuit, propria uolens medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus in inferna demergi, ut et christiani imperatores pro eterna uita pontificibus indigerent, et pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur, quatinus spiritalis actio a carnalibus distaret incursibus, et ideo militans deo minime se secularibus negotiis implicaret, ac uicissim non ille rebus diuinis presidere uideretur qui esset secularibus negotiis implicatus. Item Leo iiij. Lothario Augusto. Leges imperatorum custodiri oportet.

De capitulis uel preceptis imperialibus uestris uestrorumque pontificum predecessorum irrefragabiliter custodiendis et conseruandis, quantum ualuimus et ualemus Christo propitio et nunc et in euum conseruaturos modis omnibus profitemur. Et si fortasse quilibet aliter uobis dixerit uel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem. Item Iohannes viij. Lodouico imperatori. Legis auctoritate dissoluitur quod contra eam fit.

Vides fili karissime quod contra leges presumitur per leges solui mereatur. Item Gelasius Rufino et Aprili episcopis. Non decet leges principum uel regulas patrum contempni.

Quis autem leges principum aut regulas patrum aut admonitiones patrias debere contempni, nisi quod uere puniri se cum uniuersis iustitie commissa. Item Theodorico regi. Seruentur ab omnibus romanorum principum leges.

Certum est magnificentiam uestram leges romanorum principum quas in negotiis hominum custodiendas esse precepit, multo magis circa reuerentiam beati Petri apostoli pro sue felicitatis augmento uelle seruari. Item Leo papa iiij. Lothario Augusto. Romana lex nulli umquam debet corrumpi.

Vestram flagitamus clementiam ut sicut actenus

romana lex iugulat absque uniuersis specialis et quod pro nullius persona hominis tempore statuit esse corrupta: ita nunc suum robur, proprium uigorem obtineat.

Quod non legibus consuetudo cedat, Ysidorus testatur in Synonimis lib. ii. Prauus usus ratione superatur et lege.

Usus auctoritati cedat. Prauum usum lex et ratio uincat. Item Nicholaus papa Michaeli imperatori. Statutis pontificum consuetudo cuiuslibet refragari non potest.

Consequens est, ut quod ab huius sedis rectoribus plena auctoritate sancitur, nullius consuetudinis preponderante occasione, propriis tantum sequendo uoluntatibus remoueatur, sed firmius atque inconcusse teneatur. Item Iulius. A consuetudine Romane ecclesie membris deuiare non licet.

Nolite errare fratres mei. Doctrinis uariis et peregrinis nolite abduci. Cum instituta apostolorum et apostolicorum uirorum canonesque habeatis, his fruimini, ut his freti circumdati inimicorum iacula persistere ualeatis. Sciatis enim indignum esse quemquam uel pontificum uel ordinum subsequentium hanc regulam refutare, que beati Petri sedem et sequi uidet et docere. Multum enim conuenit, ut totum corpus ecclesie in hac sibi obseruatione concordet, quod inde auctoritatem habet, ubi dominus totius ecclesie posuit principatum. Item codicis lib. viii. titulo .ii. Usus et consuetudo legem et rationem non uincit.

Consuetudinis ususque longeui non uilis auctoritas est. Uerum non usque adeo sui ualitura momento, ut aut rationem uincat aut legem. Cum uero nec sacris canonibus nec humanis legibus consuetudo obuiare monstratur, inconcussa seruanda est. Unde Augustinus ait libro de dictis Basilii. Inuiolabilis est consuetudo que nec humanis legibus nec sacris canonibus obuiare monstratur.

Ecclesiasticarum institutionum quasdam scripturis, quasdam uero apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus, quasdam uero consuetudine roboratas approbauit usus, quibus par ritus et idem utriusque pietatis debetur affectus. Unde quis uel aliquantulum sacrarum expertus scripturarum hesitauerit? Si enim attenderimus consuetudines, que non per scripturas a patribus traditas sunt, quasi exiguam religio de cetero sit latura, incaute despicientibus liquido constabit. Que enim, ut unde ordiamur, scripta salutari fere cunctis signaculo docuit fideles insigniri? Que uel epiphanie uerba sic panis et calicis benedictionis, consecrationis hec nobis consignauit? Nam non his que in euangelio continentur uel ab apostolo quodlibet inserunt sancti contenti fuerunt, sed et alia plura didicimus, magnam quidem uim continentia misteriis, que extremis Christus non litteris orare forma docuit. Benedicimus fontem baptismatis, oleo unctionis, hunc autem qui oleo unguimus qui baptizantur. Verbis abrenuntiare sathane et angelis eius informamus. Uidimus hec et alia in hunc modum non pauca nisi tacita ac mistica traditione a patribus ecclesiastico more ac reuerentiori diligentia sunt in misteriis obseruata magis silentio quam publicata scripto. Item Tertullianus presbiter. Laudabilis consuetudo que nichil fidei contrarium usurpat.

Consuetudinem laudamus, que tamen contra fidem catholicam nichil usurpare dignoscitur. Item ad eundem. Ubi auctoritas deficit, mos populi et maiorum instituta pro lege seruentur.

In his rebus de quibus nichil certi statuit diuina scriptura, mos populi dei et instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut preuaricatores legum diuinarum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. Item in libro de uera fide. Auctoritate traditionis generali uel speciali ecclesia regitur.

Catholica ecclesia per orbem diffusa tribus modis probatur existere. Quicquid in ea tenetur aut auctoritas est scripturarum, aut traditio uniuersalis, aut certe propria et particularis instructio. Sed auctoritate tota constringitur, uniuersali traditione maiorum nichilominus tota. Priuatis uero constitutionibus et propriis informationibus una queque per locorum uarietatem pro uniuscuiusque usu est. Subsistit et regitur. Item in libro contra Manicheos. Ualet ad fidem catholice auctoritas ecclesie.

Palam est quod in re dubia ad fidem ualet auctoritas ecclesie catholice, que ab ipsis fundatissimis apostolorum sedibus usque ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporum serie et tot populorum consensione firmatur. Item Leo papa. Ab apostolicis non licet institutis recedere.

Hoc uere indicium caritatis, ut ab apostolis institutis nullo aliter recedatis excessu. Quia multum post hec eritis non prouisi, si quisque apostolicas regulas aliquando crediderit esse negligendas. Item Innocentius Decentio episcopo.

a Quis nesciat petrus apostolus uel aliquis .i. eius mandato ut paulus uel petro ... auctoritate dum cum dicit seggare ... p. q. dic. c Nouitates .i. erroi. et hec scripsimus ...
b alius .i. suus sic pontifici .q. ... enim ... pvm ...

... uel presentium .i. ita dicetur q. si non aduersetur uel bonis mori...
... b. .i. c. osia. ... quis sit argumentantur ... ecclam ...
I ... more ... alie ecce uel hic uel illud faciunt ergo ...
... et uidetur ergo eius consuetudo unius ecce non subditur ...

Ab omnibus obseruari debere quod romana seruat ecclesia.

Quis nesciat aut non aduertat id quod a principe apostolorum petro romane ecclesie traditum est. nunc usque custoditur. ab omnibus debere seruari. nec superduci. aut introduci. aliquid quod auctoritatem non habeat aliunde accipere uel exemplum. Presertim cum sit manifestum in omnem italiam. gallias. hyspanias. affricam atque siciliam insulasque interiacentes. nullum instituisse ecclesias. nisi eos quos uenerabilis petrus apostolus aut successores eius constituerint sacerdotes. legant aut si in hys prouinciis alius apostolus inuenitur. aut legitur docuisse. quod si non legunt. quia nusquam inueniunt. oportet eos sequi. quod ecclesia romana custodit. a qua principium eos accepisse non dubium est. ne dum peregrinis sermonibus student. caput institutionum uideantur amittere. Sepe dilectionem tuam ad urbem uenisse. ac nobiscum in ecclesia conuenisse non dubium est. et quem morem. uel consecrandis misteriis. uel ceteris agendis archanis. teneat agnouisse. quod sufficere arbitrare ad informationem ecclesie tue. uel reformationem. si precessores tui minus aliquid aut aliter tenuerint: satis certum haberem. nisi de aliquibus nos consulendos esse duxisses. Quibus idcirco respondemus. non quod te ignorare credamus. sed ut maiori auctoritate. uel tuos instituas. uel siqui a romane ecclesie institutionibus errant. aut commoneas. aut nobis indicare non differas. ut scire ualeamus qui sunt. qui aut nouitates inducunt aut alterius ecclesie quam romane existimant consuetudinem esse seruandam.

Quod absque discretione iusticie nulli agere licet. Unde calixtus papa omnibus episcopis ait.

Sine discretione iusticie contra disciplinam romane ecclesie nulli agere licet.

Non decet a capite membra discedere. sed iuxta sacre scripture testimonium omnia membra caput sequantur. Nulli uero dubium est. quod apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum a cuius uos regulis nullatenus conuenit deuiare. et sicut filii conuenit facere uoluntatem patris: sic et uos implere uoluntatem matris uestre que est ecclesia. cuius caput ut dictum est romana existit ecclesia. Quicquid igitur sine discretione iusticie contra huius disciplinam actum fuerit ratum haberi nulla ratione permittitur. Item gregorius papa. Apostolicis preceptis nullus superbe resistat.

Apostolicis preceptis non dum superbia resistatur. sed per obedientiam que a romana ecclesia et apostolica auctoritate iussa sunt salubriter impleantur. si eiusdem sancte dei ecclesie que est caput uestrum communionem habere desideratis. Non nouum aliquid presenti iussione precipimus. sed illa que olim uidentur indulta firmamus. cum nulli dubium sit. quod non solum pontificalis causatio. sed omnis sancte religionis relatio. ad sedem apostolicam quasi ad caput omnium ecclesiarum debeat referri. et inde normam sumere unde sumpsit exordium. ne caput institutionis uideatur omittere. Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes qui nolunt ab apostolice petre soliditate diuelli. Si quis hec apostolice sedis precepta non obseruauerit percepti honoris esse hostis non dubitetur. Item nicholaus michaeli imperatori. Non est resistendum consuetudini. cui canonica non obsistat auctoritas.

Sed sancta romana ecclesia quod nichil obstare saluti credentium. diuerse pro loco et tempore consuetudines. uel consuetudines. si illis canonica non obsistat auctoritas. pro qua eas obuiare debeamus. Unde nil iudicamus esse debere uel posse resisti. Item iero. ad lucianum. Consuetudines que fidem non officiunt. ut a maioribus tradite sunt obseruentur.

Illud breuiter te ammonendum puto. tradiciones ecclesiasticas presertim que fidei non officiant. ita obseruandas ut a maioribus tradite sunt. nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subuerti. Item nichol. ignatio episcopo. Tradiciones a patribus institute. non sunt infringende.

Ridiculum est et satis abhominabile dedecus est. ut tradiciones quas antiquitus a patribus suscepimus infringi patiamur. Constitutionum li. primo titulo primo. Mores diuturni pro legibus sunt habendi.

Diuturni mores consensu utentium approbati legem imitantur. Item codicis li. viii. capitulo. q. s. in titulo. l. Quicquid fit contra longam consuetudinem reuocari oportet.

Consuetudo precedens et ratio que consuetudinem suasit tenenda est. et quicquid contra longam consuetudinem fiet. ad sollicitudinem suam reuocabit. preses prouincie. Item gregorius uniuersis episcopis numidie. Inmota maneat consuetudo que contra fidem catholicam nichil usurpare noscitur.

Nos consuetudinem que contra fidem catholicam nil usurpare dinoscitur. inmotam permanere concedimus.

Siue de primatibus constituendis, siue de ceteris capitulis, exceptis hiis que ex donatis ad ecclesiam peruenerunt, quos preuehi ad primatus dignitatem, et cum ordo eos retulerit ad locum eundem modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis conmisse sibi plebis curam gerere, non ante illos antistites, quos catholica fides in ecclesia sua docuit, et genuit ad optinendum culmen primatus anhelare. Item Gregorius.

Non negentur que consuetudinis sunt.

Quemadmodum que illicita sunt prohibere non patimur, sic que sunt consuetudinis non negamus. Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo. Non locus consuetudines, sed consuetudo locum commendat.

Nouit fraternitas tua Romane ecclesie consuetudinem, in qua se meminit nutritam. Sed michi placet, siue in Romana, siue in Gallicorum, siue in qualibet ecclesia inuenisti quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicite eligas, et in Anglorum ecclesia, que adhuc in fide noua est, institutione precipua, que de multis ecclesiis colligere potuisti, infundas. Non enim pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis que pia, que religiosa, que recta sunt elige, et hec quasi in fasciculum collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone. Item Augustinus ad Ianuarium. Quod neque contra fidem neque contra bonos mores esse inuenitur indifferenter est habendum.

Illa autem que non scripta, sed tradita custodimus, que quidem toto orbe terrarum obseruantur, datur intelligi, uel ab ipsis apostolis, uel a plenariis conciliis, quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri. Sicut idem quod Domini passio et resurrectio, et ascensio in celum, et aduentus Spiritus sancti anniuersaria celebrantur sollempnitate. Et si quid aliud tale occurrerit, quod seruatur ab uniuersis, quacumque se diffundit ecclesia. Alia uero que per loca terrarum regionesque uariantur, sicut est, quod alii ieiunant sabbato, alii non, alii cotidie communicant corpori et sanguini Domini, alii certis diebus sumunt uel accipiunt, et si quid aliud huiusmodi animaduerti potest, totum hoc genus rerum liberas habet obseruationes. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendum, et pro eorum inter quos uiuitur societate seruandum est. Augustinus idem auctoritate Ambrosii asserit.

Mater mea Mediolanum me secuta inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem, cepit fluctuare quid ageret. Tunc ego consului de hac re beatissime memorie Ambrosium episcopum. At ille ait: Cum Romam uenio, sabbato ieiuno, cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic etiam tu ad quam forte ecclesiam ueneris, eius morem serua, si cuiquam non uis esse scandalum, nec quemquam tibi. Hoc cum matri renuntiassem, libenter amplexa est. Hoc autem de consuetudine illa intelligendum est, que uel uniuersalis ecclesie usu, uel preceptis plurimorum roboratur. Ceterum si pro uarietate temporum uel animorum, uel locorum uarie consuetudines introducantur, inuenta opportunitate resecande sunt potius quam obseruande. Vnde Augustinus scribit ad inquisitiones Ianuarii.

Resecanda sunt que neque auctoritatibus neque in conciliis usitatis comprobantur.

Omnia talia que neque sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in conciliis episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine uniuersalis ecclesie roborata sunt, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter uariantur, ita ut uix aut numquam omnino possint inueniri cause, quas in eis constituendis homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur sine ulla dubitatione resecanda existimo. Quamuis enim neque hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem, quam paucissimis et manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei uoluit esse liberam, seruilibus honeribus premunt, adeo ut tolerabilior sit conditio Iudeorum, qui etsi tempus libertatis non cognouerunt, legalibus tamen sacramentis non humanis presumptionibus subiciuntur. Item in concilio Toletano xi. Omnes prouinciales eundem in psallendo teneant quem in metropolitana sede cognouerint.

De hiis qui contra uoluntatem passim circumferuntur omni uento doctrine. Placuit sancto concilio, ut metropolitane sedis auctoritate coacti, uniuscuiusque prouincie ciues rectoresque ecclesiarum unum eundemque in psallendo teneant modum, quem in metropolitana sede cognouerint institutum, nec aliqua diuersitate cuiusque ordinis uel officii a metropolitana sede patiantur se disiungi. Sicut enim iustum est ut inde unusquisque sumat regulas magisterii, unde honoris consecrationem accipit, ut iuxta maiorum decreta se

[illegible gloss] ... ad episcopum ut ... per singulas ... monasteriorum pertinet ... spectat ...

desque unicuique sacerdotalis dignitati est maior ecclesiastice dignitatis vel rationis sit magisterio ablatum: sane indultis officiis que iuxta voluntatem sui officii regulariter illis implenda sunt. Ceterum officia publica, id est vespertinum matutinum sive missarum, aliter quam in principali ecclesia celebrare non licet. Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communione privatus, apud metropolitanum sub penitentie censura maneat corrigendus, quatenus apud illum et preterite transgressionis culpam lacrimis diluat, et necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. Sub ista quoque regula discipline non solum metropolitanus totius sue provincie pontifices vel sacerdotes astringat, sed et ceteri episcopi subditos sibi ceterarum rectores obtemperare instructionibus cogant. Item ex concilio Bracharensi. Ordo servetur in matutinis et vespertinis officiis unus idem.

Placuit omnibus communi consensu, ut unus atque idem psallendi ordo in matutinis vel vespertinis officiis teneatur, et non diverse ac private, neque monasteriorum consuetudines cum ecclesiastica regula sint permixte.

D. XIII

Item adversus naturale ius nulla dispensatio admittitur, nisi forte duo mala ita urgeant, ut alterum eorum necesse sit eligi. Unde in Toletano concilio VIII. sic legitur: Minus malum de duobus malis eligendum est.

Duo mala licet cautissime omnino sint precavenda, tamen si periculi necessitas unum ex his perpetrare compulerit, id debemus resolvere quod minori nexu noscitur obligari. Quid autem levius ex his, quidve gravius sit, pure rationis acumine investigemus. Etenim dum periurare compellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promissa complevimus, et dei iussa superbe contempnimus, et proximis impia crudelitate nocemus, et nos ipsos crudeliori mortis gladio trucidamus. Ille enim duplici telo culparum punitur, hic triplici iugulatur. Item Gregorius in Moralibus in parte sexta libro XXXV. capitulo XIII. de eodem.

Nervi testiculorum leviathan perplexi sunt, quia suggestionum illius argumenta implicatis inventionibus alligantur, ut plerosque ita peccare faciant, quatenus si forte peccatum fugere appetant, hoc sine alio peccati laqueo evadant, et culpam faciant dum vitant, atque nequaquam se ab una valeant solvere nisi in alia consentiant se ligari.

Quod melius ostendimus, si que ex collatione hominum alligationis huius exempla proferamus. Est quidem dum mundi huius amicitias appetit, cuilibet alteri similis sui secreta dicturus, quod secreta illius omnimodo silentio tegat, se iurando astringit. Sed is cui iuratum est adulterium perpetrare cognoscitur, ita ut et maritum adultere occidere conetur. Is autem qui iusiurandum prebuit ad mentem reducit, et diversis hinc inde cogitationibus impugnatur, atque hoc silere formidat, ne silentio adulterii simul et homicidii particeps fiat. Prodere trepidat, ne iurati periurii se obstringat. Perplexis quoque testiculorum nervis ligatus est, qui in quamlibet partem declinet metuit, ne a transgressionis contagione liber non sit. Alius cuncta que mundi sunt deserens, ac per omnia frangere proprias voluntates querens, alieno se subdere regimini appetit. Sed cum qui sibi ad deum preesse debeat minus caute inquirens discernit. Qui forsitan is qui sine iudicio eligitur, cum iam preesse ceperit agere que dei sunt prohibet, que mundi sunt iubet.

Pensans itaque subditus vel quid sit culpa inobedientie, vel quod contagia secularis vite, et obedire trepidat et non obedire formidat, ne aut obediens deum in suis preceptis deserat, aut rursus inobediens deum in electo priore contempnat.

Alius pensare pondus ecclesiastici honoris negligens ad locum regiminis premiis ascendit. Sed quia omne quod hic cum pluribus meroribus afficitur quam honoribus gaudeat, dum cor plus tribulationibus premitur, ad memoriam culpa revocatur, doletque se ad laborem cum culpa venisse, et quam sit iniquum quod admisit, ex ipsa fructus difficultate cognoscit. Reum se igitur cum impensis premiis agnoscens, vult adepte sublimitatis locum deserere, sed timet ne gravius delictum sit susceptam gregis custodiam reliquisse. Vult suscepti gregis curam gerere, sed formidat ne deterior culpa sit regimina pastoralis gratie ~~emptum~~ comparata possidere. Per honoris igitur ambitum ligatum culpa hinc inde se aspicit esse, quippe sine terrore criminis neutrum videt, si aut susceptum gregem semel relinquat, aut

[illegible gloss] ... homicidio ... peccatum et minus dampnum ... dampnum ... suggestionum ... testiculorum ... leviathan ... diabolus ... implicatis ... complexionibus ... preceps ... contagione ... synodus in constantinopoli ...

Nimirum sagax actio sclavitur (?) contra tenetur. Undique metuitur et suspectus laqueus esse pertimescitur, ne aut stans in culmine regiminis non digne ligetur, quod non deserens emendat, aut certe regimen deserens dum aliud flere nititur. Rursus aliud de quo gregis destitutione committat, et cetera: quod ad destruendas Behemoth versutias subtilius fiat. Ut cum mens inter maiora et minora peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato aditus patet, minora semper eligantur. Quia et qui murorum undique ambitu ne fugiat clauditur, ibi se in fugam precipitat, ubi brevior murus invenitur. Hinc Paulus cum quosdam in ecclesia incontinentes aspiceret, concessit minora, ut maiora declinarent, dicens: Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat. Et quia tunc solum coniuges in admixtione sunt sine culpa, cum non pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscentur, ut et hoc quod concesserat sine culpa quamvis minima non esse monstraret, illico adiunxit: Hoc autem secundum indulgentiam dico, non secundum imperium. Non enim sine vitio est quod ignoscitur, non preceptum. Peccatum profecto vidit quod posse indulgeri previdit. Sed cum in dubiis constringimur, caute minimis subdimur, ne in magnis sine venia peccemus. Itaque plerumque nervorum Behemoth istius perplexitas solvitur, dum ad vitandas maximas per commissa minora transitur. Verum hoc ita in una eademque persona intelligitur.

D. XIIII

Ceterum autem an in diversis eadem dispensatio locum habeat, videlicet ut committantur minora, ne alii gravioribus implicentur, merito queritur. De his ita scribit Augustinus in libro Questionum super Genesim. *Non sunt aliqua a nobis committenda delicta, ne alii graviora committant.*

Quod ait Sodomitis Loth: Sunt mihi due filie que non noverunt virum, producam eas ad vos, utimini illis sicut placuerit vobis, tantum ut viris istis ne faciatis iniquum, quia prostituere volebat filias suas hac compensatione, ut viri hospites eius nichil a Sodomitis tale paterentur. Utrum admittenda sit hec compensatio flagitiorum vel quorumcumque peccatorum, ut nos aliquid mali faciamus, ne gravius malum alter faciat, an potius perturbationi Loth non consilio tribuendum sit? Quod hoc dixit, merito queritur. Et nimirum periculosissime admittitur hec compensatio. Si autem perturbationi humane tribuitur, et menti tanto malo permote, nullo modo imitanda est.

Consuetudinis autem vel constitutionis rigor non numquam relaxatur. Unde Leo papa ait: *Que constitutiones valeant temperari vel que non.*

Sicut quedam sunt que nulla ratione possunt convelli, ita multa sunt que aut pro necessitate temporum, aut pro consideratione etatum oporteat temperari. Illa semper consideratione servata, ut in his que vel dubia fuerint aut obscura, id noverimus sequendum quod nec evangelicis preceptis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum. *De ecclesiasticis legibus et earum auctoritate.*

D. XV

De naturali iure et constitutione vel consuetudine hactenus disseruimus, differentiam quoque ab invicem discernentes assignavimus. Nunc ad ecclesiasticas institutiones stilum vertimus, earumque originem et auctoritatem prout ex libris sanctorum patrum colligere possumus breviter assignantes. *Quo tempore canones generalium conciliorum ceperunt.*

Canones generalium conciliorum, ut Ysidorus in VI. libro Ethimologiarum ait capitulo XVI., a temporibus Constantini ceperunt. In precedentibus namque annis persecutione fervente docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diversas hereses scissa est, quia non erat episcopis licentia conveniendi in unum, nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit potestatem Christianis libere congregandi. Sub hoc enim sancti patres in concilio Niceno de omni orbe terrarum convenientes, iuxta fidem evangelicam et apostolicam secundum post apostolos simbolum tradiderunt. Inter cetera autem concilia quatuor esse venerabiles synodos, que totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor evangelia vel totidem paradysi flumina.

Harum prima Nicena synodus trecentorum decem et octo episcoporum Constantino augusto imperante peracta est. In qua Arriane perfidie condempnata est blasphemia, quam de inequalitate sancte Trinitatis idem Arrius asserebat; consubstantialem Deo patri Dei filium eadem sancta synodus per simbolum diffinivit.

Secunda synodus CL. patrum sub Theodosio seniore Constantinopoli congregata est, que Macedonium Spiritum sanctum Deum esse negantem condempnans, consubstantialem patri et filio Spiritum sanctum demonstravit, dans simboli formam, quam tota Grecorum et Latinorum confessio in ecclesiis predicat.

Tertia synodus Ephesina prima ducentorum episcoporum sub minore Theodosio augusto edita

a personas verbi et hominis. sed duas naturas, scilicet divinam et b humanam. b. — c unitatem. una est persona. sed ha[illegible] — Item concilia, atque utile iudicatur per multis. ut nos [illegible] si adsunt patris. — o apocrypha, id est sine certo auctore, ut sapientia Salomonis, liber Ihesu filii Sirach.

ra est, que Nestorium duas personas asserentem in Christo iusto anathemate dampnavit, ostendens manere in duas naturas unam domini nostri Ihesu Christi personam.

Quarta sinodus Calcedonensis DCXXX sacerdotum sub Marciano principe facta est, in qua Euticen Constantinopolitanum abbatem, unius Dei verbi et carnis unam naturam pronuntiantem, et eius defensorem Dioscorum quondam Alexandrinum episcopum, et ipsum rursum Nestorium cum reliquis hereticis una patrum sententia dampnavit. Predicans eadem sinodus Christum Deum sic natum de virgine, ut in eum substantiam divine et humane confiteamur nature.

Hec sunt quatuor sinodi principales, fidei doctrinam plenissime predicantes; sed et si que sunt alia concilia, que sancti patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem omni manent stabilita vigore, quorum gesta in hoc opere condita continentur.

Synodus autem ex greco interpretatur comitatus, vel cetus.

Concilii vero nomen tractum est ex more Romano. Tempore enim quo causa agebatur, conveniebant omnes in unum, communique intentione tractabant. Unde et concilium a communi intentione dictum, quasi concilium; cilia enim oculorum sunt. Vel concilium dictum est ex communi intentione, eo quod in unum dirigant omnes mentis obtutum. Supercilia namque oculorum sunt. Unde qui sibi invicem dissentiunt non agunt concilium, quia non sentiunt in unum.

Cetus vero conventus est, vel congregatio a coeundo, id est conveniendo in unum. Hinc et conventus est nuncupatus, quod ibi homines conveniant; sicut conventus vel cetus dicitur, sic et concilium a societate multorum in unum appellatur.

De his quatuor conciliis s. Leo Gregorius scribit ita dicens.

De auctoritate quatuor conciliorum.

Sicut sancti evangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere et venerari me fateor, Nicenum scilicet, in quo perversum Arrii dogma destruitur; Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii et Macedonii error convincitur; Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur; Calcedonense vero, in quo Euticetis et Dioscori pravitas reprobata. Hec tota devotione amplector, integerrima approbatione custodio, quia in his velut in quadrato lapide sancte fidei structura et edificatio consurgit, et cuiuslibet vite atque actionis norma existit.

Quintum quoque concilium veneror, in quo epistola que Ibe dicitur erroris plena reprobatur. In quo Theodorus mediatoris Dei et hominum personam in duabus subsistentiis separans ad impietatis perfidiam cecidisse convincitur; et in quo scripta Theodoriti, quibus per quem beati Cirilli fides reprehenditur, ausu dementie prolata refutantur. Cunctas vero, quas prefata veneranda concilia personas respuunt, respuo; et quas venerantur, amplector; quia dum universali sunt consensu constituta, se et non illa destruit, quisquis presumit aut absolvere quos religant, aut religare quos absolvunt. De his idem scribit et Gelasius papa dicens.

Que concilia sancta Romana ecclesia suscipiat.

Sancta Romana ecclesia post illas veteris et novi testamenti scripturas, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet. Sanctam sinodum Nicenam CCC decem et octo patrum, mediante maximo Constantino augusto, in qua Arrius hereticus condempnatus est. Sanctam sinodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore augusto, in qua Macedonius hereticus debitam dampnationem excepit. Sanctam sinodum Ephesinam primam, in qua Nestorius condempnatus est cum consensu beatissimi pape Celestini, mediante Cirillo Alexandrine sedis antistite et Archadio episcopo ab Italia destinato. Sanctam sinodum Calcedonensem, mediante Marciano augusto et Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana et Euticiana heresis simul cum Dioscoro eiusque complicibus dampnati sunt. Sed et si qua sunt concilia a sanctis patribus hactenus instituta, post istorum quatuor auctoritatem et custodienda et recipienda decrevimus.

Iam nunc subiciendum est de opusculis sanctorum patrum, que in ecclesia sancta recipiuntur. Opuscula Cipriani martiris et Carthaginensis episcopi. Item opuscula beati Iohannis Damasceni. Item opuscula beati Gregorii Nazanzeni episcopi. Item opuscula beati Athanasii Alexandrini episcopi. Item opuscula beati Hylarii Pictaviensis episcopi. Item opuscula beati Ambrosii Mediolanensis episcopi. Item opuscula beati Augustini episcopi Yponensis. Item opuscula beati Ieronimi presbiteri. Item opuscula beati Prosperi viri religiosissimi. Item opuscula beati Leonis pape ad Flavianum episcopum destinata; cuius textum si quis ad unum iota disputaverit, et non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. Item opuscula atque tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo a sancte Romane ecclesie

c Iniqua Euticen [illegible] — d defensorem [illegible] — e fidei [illegible] — f continentur [illegible] — g sicut [illegible] — h medio [illegible] — i sibi [illegible] — k persentiunt [illegible] — l sicut romane [illegible]

p clementis [illegible] — q continens [illegible] — r exceptis [illegible] — s plura [illegible]

unum celebratum et ideo Gratianus ponit quod dam[illegible] de canonibus apostolorum et eam non solvit [illegible] auctoritate [illegible] quod canones apostolorum non sunt recipiendi [illegible]

vero tempore [illegible] ut placuit et sic remansit [illegible] solutio stare non potest [illegible] sinodum [illegible] sunt celebrata tempore Agathonis [illegible] canonibus apostolorum [illegible] orientalis ecclesia et occidentalis [illegible] canonibus [illegible]

ut legitur .xviii. di. c. Decernimus. sed sexta synodus facta fuit in constantinopoli eccl(esi)a et loquitur de canonibus apostolorum sine quibus ecclesia recipit decretales P tempore agathonis pape ut .i. c. sexta sub iustiniano autem cuius leges leguntur celebrata est quinta synodus ut .i. c. sexta. b.

nomibus quare
et respicit
quasi uel saltem
plures quod fac
cretalis
ita sopita est
generalis de
sexta sinodo
item sepe in
nis non est di
cit leo in .c. quod
leo dicebat
sinodus .vi(?)
v. c. sufficere

D. XVI.

plerumque.
uero non de
capitulis dicit
sexte sinodi
et post est quod
nocensit i
plures sint
a. Propter ipso
minimus
illi quin sit
maioris auc
toritatis de
bent licet pa
rem uocem in
electione ut
in .lxiii. di. canonicis.
minus
aequalitatem
sinode fuerint
prior mento
nisi p(a)p(a) maio
rem auctori
tatem uice
na ponunt
ut .i. c. di. c.
sexta ibi pri
ma anno ti
tio et c. b.
b. Recipiam
sine tempus
sue edition
c. Sexta scim
et dubitat
sexte sinodi
falsae licet et
debet esse uel
sinodi qua
uel ipse dubi
taret sinodo
sexta de eo quod
ipsa fecerat
nullus mo
ueret de ipse
aber concilio.
d. Habeo uol
umtatem q
dam dicendi
aut ubi uni
fuisse uolu
tatem in ipso
sed dicendo uerum est
quod due fuerit
in eo uolun
tates in eo
quod homo fuit
una sensua
litas sine quo
nec dicit ut
Tum tamen non sicut
ego uolo et
e.

conformio dei uanauerunt. non ab eis fidei predicatore semotis sed communioni se ipsius gratia dei usque ad ultimum diem uite sue predicatores fuerunt. legenda decernimus.

Item decretales epistole quas beatissimi pape diuersis temporibus ab urbe roma pro diuersorum patrum consolatione dederunt. uenerabiliter suscipiende sunt.

Apostolorum canones qui per clementem romanum pontificem sicut quidam asserunt. dicuntur esse translati. sed .l. ipsos non recipiendos sed inter apocrifa scripta deputatos. hisidorus scribit dicens. Canones apostolorum apli

Canones qui dicuntur ea auctoritate caruerunt. apostolorum. seu quia eosdem nec sedes apostolica recipit. nec sancti patres illis consensum prebuerunt. pro eo quod ab hereticis sub nomine apostolorum compositi dinoscuntur. quamuis in eis inueniantur utilia. ab auctoritate tamen canonica. atque apostolica eorum gesta constant esse remota. et inter apocrifa deputata.

Zepherinus papa omnibus episcopis per siciliam constitutis. Apostolorum canones sunt recipiendi.

Sexaginta sententias apostoli sanxerunt. cum aliis quam plurimis episcopis. et seruandas esse censuerunt. hec leo papa .viii. in epistolam uicente abbas. Exceptis capitulis .l. canones apostolorum inter apocrifa deputantur.

Clementis librum .i. petri canones apostolorum nuntiant inter apocrifa scripta. exceptis capitulis .l. que decreuerunt orthodoxe fidei adiungenda. Sexta sinodus capitulo secundo. Placuit huic sancte synodi ut amodo confirmata et rata sint canonum apostolorum.

Placuit huic sancte .lxxxv. capitulis. synodo. ut amodo confirmata et rata sint. canonum apostolorum .lxxxv. capitula. uel.

Epistola ysidori in capite canonum. Ysidorus seruus christi lectori suo conseruo. Propter eorum auctoritatem ceteris conciliis preponimus canones. qui dicuntur apostolorum licet a quibusdam apocrifi dicantur. quoniam plures eos recipiunt. et sancti patres eorum sententias synodali auctoritate roborauerunt et inter canonicas posuerunt constitutiones.

Item primus ordo ut positum est. de celebrando concilio insertus habeatur. et post modum canones apostolorum. ac primorum apostolicorum et a sancto clemente usque ad sanctum siluestrum decretorum atque conciliorum diuersorum breuiarium est interpositum sequens ordinem suum.

Item. Cum adrianus papa sextam sinodum recipiat cum omnibus canonicis suis. Cum in sancta octo uniuersalia concilia professione romani pontificis sint roborata. in .vii. autem sinodo. sine .vi. concilio apostolorum canones sint recepti. et approbati. patet quod non sunt inter apocrifa deputandi. hec adrianus papa scribit tarasio patriarche. Sexta synodus auctoritate.

Sextam sinodum adriani pape corroboratur. sanctam recipio. cum omnibus canonibus suis.

Sed dubitatur de ea. an canones scripserit. quod ex quinta actione .vi. sinodi facile dissoluitur. ait enim petrus episcopus nicomedie.

Sexta sinodus canones scripsit.

Habeo librum continentem canones sancte synodi sexte. patriarcha dixit. Quidam per ignorantiam scandalizantur per canonibus istis dicentes. Nunquid sexta sinodus canones fecit. Sciant igitur quoniam sancta sexta sinodus sub constantino congregata est. contra eos qui dicebant unam operationem et uoluntatem esse in christo. In qua sancti patres illos uero hereticos anathematizauerunt. et orthodoxam fidem explanauerunt. Soluta est hec sinodus constantini .xiiii. anno. post .iiii. uero aut .v. annos idem sancti patres congregati sunt. sub iustiniano filio constantini. et predictos canones promulgauerunt. de quibus nullus dubitet. Qui enim sub constantino in sinodo fuerunt. idem ipsi sub iustiniano eisdem canonibus subscripserunt. Oportebat enim ut sinodus uniuersalis. canones ecclesiasticos promulgaret. Item sancta sinodus .vi.

Post promulgatam ab ea diffinitionem contra monoscelitas. constantino imperatore qui eam congregauerat non multo post defuncto iustiniano filio eius regnante per eandem sanctam sinodum diuinitus inspirata. sub constantino pogonato .iiii. autem .vi. anno congregata est. et canones uiri .c. duos ad correctionem ecclesie promulgauit. Constitutiones sinodi .vi.

Ex hiis igitur colligitur quod sexta sinodus bis congregata est. primo sub constantino. et nullos canones constituit. Secundo sub iustiniano filio eius. et prefatos canones promulgauit. unde sancti patres in eadem secundo congregati dixerunt.

Quoniam sancte et uniuersalis sinodi .v. sub iustiniano augusto .vi. sub constantino patre suo augusto. de misterio fidei plenissime disputantes. canones non fecerunt. sicut et cetere .iiii. uniuersales sinodi. propterea nos conuenientes in hanc imperialem urbem sacros canones conscripsimus.

g. Eadem sancta synodus. no. quod

Constantinum. non illius magni constantini qui fuit tempore siluestri sub quo celebrata fuit niceenum concilium tempore siluestri sub iustiniano sed certe nec cessat contrarietas quia tam leo quam synodus loquitur de capitulis sed distingue tempus et concordabit scriptura ut .i. q. .i. multi. b.

Constantinum. Constantinus .iiii. cui hec dona post (?) est aliud genus in quibus non est per sanctum et pro. secus quam ibi iustinianus uocat patrem suum iustinianum sed hic loquitur de alio iustiniano sub quo sexta synodus celebrata

Eadem dicitur synodus quia eidem patres illuc conuenerunt. sic. de .vii. q. i. De (?) in quo est sed non tamen ponebatur et cetera. quia eadem sed una appellatione cum eis

principali .ii. q. .vi. si quis. in quacumque. b. mm. mm. mm. mm.

Item placuit huic sancte sinodo. ut omnia ta ta et confirmata sint canonum apostolorum. lxxxv. capitula. et cetera. Confirmamus et omnes sanctorum canones et synodos. i. niceenam. anchiritanam. Neocesariensem. gangrensem. antiocenam. laodicensem. sardicensem et cartaginensem. Et opuscula theophili alexandrini episcopi et dyonisii alexandrini episcopi et aliis. Et gregorii thaumaturgi. neocesariensis episcopi. gregorii nisseni episcopi. Athanasii alexandrini episcopi. Basilii cesaree capadocie episcopi. Gregorii. Theologi amphilogii. et yconensis episcopi. Timothei alexandrini episcopi. Germani. constantinopolitani episcopi. Cirilli alexandrini episcopi. Cypriani carthaginensis episcopi. et synodum eius. Item ex libro diurno professo romani pontificis. Sancta octo concilia auctoritate romani pontificis.

Sancta octo concilia uniuersalia. scilicet. primum niceenum. constantinopolitanum. ephesinum. calcedonense. v. et vi. constantinopolitanum. item nicenum. vij. octauum quoque constantinopolitanum. usque ad unum apicem. immutilatam seruare. et pari honore et ueneratione digna habere. et que predicauerunt et statuerunt. omnibus modis sequi et predicare. queque condempnauerunt ore et corde condempnare profitemur. Quo autem tempore vi. sinodi. i. ij. iij. et v. congregata sit. Beda in libro de temporibus scribit dicens. De temporibus conciliorum.

Sexta sinodus uniuersalis constantinopoli celebrata est. et greco sermone conscripta temporibus pape agathonis exequente piissimo principe constantino intra palacium suum simulque legatis et apostolice sedis episcopis. c. l. residentibus. prima uniuersalis sinodus in nicena congregata est. contra arrium trecentorum decem et viij. patrum temporibus iulij. uel siluestri pape. sub constantino principe. Secunda in constantinopoli. c. l. patrum contra macedonium et eudoxium temporibus damasi pape. et gratiani principis. quando nectarius eiusdem urbis episcopus ordinatus est. Quarta in calcedone. dc. et xxx. patrum sub leone papa temporibus marciani principis. contra euticem nefandissimorum monachorum presulem. Quinta in constantinopoli temporibus uigilij pape. sub iustiniano principe contra theodorum et hereticos omnes. Prima autem in nichena sinodus. ccc. x. et viij. patrum contra arrianum alexandrinum episcopum qui tres gradus in trinitate asserebat. Patrem. s.

maiorem. filium minorem. spiritum sanctum creaturam. temporibus constantini principis. et siluestri pape romani. macharij ierosolimitani. Alexandri alexandrini. que condempnata est a te heresi statuerunt canones. xx. quorum auctor maxime presertus alexander episcopus fuit. Secunda in constantinopoli. c. l. patrum. contra macedonium constantinopolitanum episcopum. qui negabat spiritum sanctum deum esse. temporibus gratiani et theodosii principum damasi pape romani. cirilli ierosolimitani. nectarij alexandrini. que condempnata prefata heresi statuerunt canones. iij. quorum auctor maxime beatus nectarius fuit constantinopolitanus episcopus. Tercia in ephe so. ccc. patrum contra nestorium constantinopolitanum episcopum qui dicebat beatam uirginem mariam non dei sed hominis genitricem tantum. ut aliam personam carnis. aliam faceret diuinitatis. Temporibus theodosii principis minoris. celestini pape romani. iuuenalis constantinopolitani episcopi. cirilli alexandrini. qui capitula. xv. contra nestorij blasphemias totidem capitula auctore eodem sancto cirillo anathematizando scripserunt.

Quarta in calcedone. dc. et xxx. patrum contra euticem constantinopolitanum episcopum uel abbatem qui asserebat xpm post humanam assumptionem non ex duabus naturis existere. sed solam in eo diuinam naturam permanere temporibus marciani principis. leonis pape romani. iuuenalis ierosolimitani. que condempnata prescripta heresi. statuerunt canones. xxviij. quorum auctor maxime idem auctor sanctus athanasius constantinopolitanus fuit episcopus. Quinta in constantinopoli contra theodorum mopsuestenum et hereticos omnes. qui theodorus dicebat alium deum uerbum et alium xpm. et sacram uirginem negabat dei genitricem fuisse temporibus iustiniani principis. uigilij romani pape. domni anthioceni pape. entici constantinopolitani. qui xiiij. capitula anathematizando scripserunt. contra theodori et sociorum eius blasphemias. Sexta in constantinopolim. c. l. patrum. contra machariam anthiochenum episcopum. et socios eius. qui unam uoluntatem. et operationem in xpo falsa suspicione asserebat. Temporibus constantini principis agathonis pape romani. gregorius constantinopolitanus qui condempnata heresi prefata. anathematizando scripserunt viij. capitula. terminus annexa.

cantur et eq / tuor q magna

re simchore / pferendus

4

nn. sic et v. di. non locat. et tamen multi sunt sacerdotes in ss. manus d. mo.

ar. q. iii. c. v. de officio magistrorum officiorum. nullus agenti

Prima annotatio fuit anquirane sinodi. que ante nicenam fertur fuisse. sed post auctoritatem maiorem ponitur. in qua patres x. et viii. statuerunt canones xxiiii. quorum auctor maxime uitalis anthiocenus episcopus extitit.

Secunda neocesariensis. que post anquiranam et anthiochenam legitur fuisse. in qua patres x. et viii. statuerunt canones xiiii. Quorum auctor maxime uitalis salaminarum extitit.

Tertia grangrensis que post nicenam legitur fuisse. in qua patres xvi. statuerunt canones xx. propter quasdam necessitates ecclesiasticas maxime contra eustachium qui dicebat quod nullus in coniugali gradu positus. nec nullus fidelis qui non omnibus renuntiaret. que possideret. spem ullam ad dominum haberet. et multa alia uenenosa que numerare longum est.

Quarta uero sardicensis in qua patres lx. statuerunt xxx. i. canonum. quorum auctor maxime osius cordubensis episcopus et uincentius capuensis episcopus et ianuarius beneuentanus episcopus et calepodius neopolitanus sancte ecclesie romane legati extiterunt.

Quinta anthiochena in qua patres xxx. statuerunt canones xxv. quorum auctor maxime eusebius palestinensis episcopus extitit.

Sexta laudicensis in qua patres xii. canones lxxviii. statuerunt. quorum auctor maxime theodosius episcopus extitit.

Septima cartaginensis. in qua patres xx. et viii. statuerunt canones xx. iiii. quorum auctor maxime aurelius extitit. eusebius carthaginensis episcopus et sanctus augustinus yponensis episcopus in eadem sinodo fuisse leguntur. temporibus honorii augusti.

Octaua affricana. sub theodosio minore augusto. in qua sancti patres ccxxviii. recitauerunt et firmauerunt canones clx. qui per diuersa concilia affricane prouincie. temporibus aurelii carthaginensis episcopi leguntur esse conscripti.

Nona arelatensis in qua patres dc. statuerunt canones. quorum auctores maxime siluester urbis rome episcopus et sanctus ianuarius arelatensis episcopus extiterunt temporibus constantini augusti. sicut quidam asserunt.

Decima quoque arelatensis. in qua patres xx. et viii. statuerunt canones. quorum auctor maxime cesarius arelatensis episcopus extitit.

Undecima item arelatensis in qua patres decem et viii. statuerunt canones.

Duodecima item aurelianensis in uico orreusico. in qua patres xi. statuerunt canones. quorum maxime sanctus cesarius episcopus extitit.

Tertiadecima item item arelatensis. in qua patres xx. et viii. statuerunt canones. quorum auctor maxime sarpadius arelatensis episcopus extitit.

Quartadecima auracicensis. in qua patres xvi. statuerunt canones. quorum auctor maxime ylarius episcopus extitit.

Quintadecima eupanensis. in qua patres xxxvi. statuerunt canones xl. quorum maxime cesarius episcopus auctor extitit.

Sextadecima agathensis. in qua patres xxxiiii. statuerunt canones lx. quorum auctor cesarius maxime extitit.

Septimadecima aurelianensis. in qua patres lxxv. statuerunt canones. quorum auctor maxime aurelianus arelatensis episcopus extitit.

Octauadecima item aurelianensis in qua patres xxxi. canones statuerunt quorum auctor maxime melanius episcopus rodonensis extitit.

Nonadecima item aurelianensis. in qua patres xxv. statuerunt canones quorum auctor maxime sanctus albinus adegauensis episcopus extitit.

Uicesima arundinensis in qua patres xv. statuerunt canones. quorum auctor maxime honoratus brutensis episcopus extitit.

Uicesima prima matiscensis in qua patres xxi. statuerunt canones. quorum auctor maxime priscus lugdunensis episcopus extitit.

Uicesima ii. item matiscensis in qua patres lx. viii. statuerunt canones. quorum auctor maxime idem priscus lugdunensis episcopus extitit.

Uicesima iii. lugdunensis in qua patres xviii. statuerunt canones. quorum auctor maxime philippus uiennensis episcopus extitit.

Uicesima iiii. item lugdunensis. in qua xx. statuerunt canones. quorum auctor maxime idem priscus lugdunensis episcopus extitit.

Sed quod in nicena sinodus xx. canonum. super statuisse dicitur. contrarium uidetur ei quod in epistola athanasii inuenitur. Scribit enim athanasius alexandrinus episcopus marcho pape dicens ita. Epistola athanasii postulantis capitula niceni concilii.

Septuaginta niceni capitula que de prefata sinodo iubente domino meo alexandro. decreta omnium episcoporum attulit: que omnia igne sunt absumpta. optamus ut a sede sancte ecclesie uestra auctoritate percipere. que presentes legatos mereamur. Item presentibus nobis lxx. in memorata sinodo capitula tractata sunt. xxx. a grecis. greca edita lingua. triginta a

nacii. et cordubensis et honestior

ct. i. l. i. lv. di. ii. mitamur. et

bus ei honores debentur. ff. de mun. et ho. honores. l. ex. b. di. c. i. in fi.

ar. q. iii. i. lxxxvi. c. penult. et ult. b. mm. mm. mm. mmmmmmmm.

D. XVII

latinus. similiter latina edita lingua. Sed inuentum est. cccxviii. episcopis spiritu sancto repletis. et maxime iam dicto alexandro. et apostolice sedis aduersariis. ut x. capitula adunarentur aliis. atque congruis locis insererentur. et ad formam lxx. discipulorum. uel totius orbis trium linguarum lxx tanti. et tam excellentis concilii fierent capitula. que omnem christianorum informarent orbem. Quod non ergo tantum xx. capitula in nicena sinodo statuta dicuntur. sed lxx capitula. ut athanasius scribit in capitula monstrentur. hiis ita respondetur. Capitula nicene sinodi quedam in dissuetudinem abierunt. xx. tantum in romana sancta ecclesia habentur. Unde stephanus papa scribit leutobio magistrano episcopo dicens.

Nicenum concilium xx. capitula tantum habet.

Uiginti capitula tantum in sancta romana ecclesia nicene sinodi habentur. Sed quo neglectu alia defecerint. ambiguum est. Plurimi arbitrantur antiocheno concilio ea inserta esse. Sardicense quoque concilium auctoritate nicholai pape recipitur. Unde idem scribit clero constantinopolitano.

Auctoritate apostolica sardicense concilium recipitur.

Quod dicitis neque sardicense concilium. neque decretalia nos habere sanctorum patrum uel recipere non facile nobis facultas credendi tribuitur. maxime cum sardicense concilium quod penes uos in uestris regionibus actum est. et omnis ecclesia recipit. quod ratione conueniat. ut hec sancta constantinopolitana ecclesia abiceret. et ut dictum est non reciperet.

Generalia quoque concilia quorum tempore celebrata sint. uel quorum auctoritas ceteris preemineat sanctorum auctoritatibus supra monstratum est. Auctoritas uero congregandorum conciliorum penes apostolicam sedem est. Unde marcellus papa scribit maxentio episcopo.

Absque romani pontificis auctoritate congregari sinodus non debet.

Sinodus episcoporum absque huius sedis auctoritate. quamquam quosdam episcopos possitis congregare. non potestis tamen regulariter facere. Item iulius papa orientalibus episcopis.

Non est ratum concilium. quod auctoritate romane ecclesie fultum non fuerit.

Regula namque nullas habent uires. nec habere potest. quam nec ab ortodoxis episcopis hoc concilium actum est. nec romane ecclesie legato interfuere. canonibus precipientibus sine eius auctoritate fieri concilia non debere. nec ullum ratum est. aut erit umquam concilium. quod eius non fuit auctoritate fultum. Item damasus papa.

Nullus usurpet concessa romane ecclesie.

Huic sedi concessa nullus usurpare presumat sine eius consultu. qui non iubet honore ecclesiastico indignus ut contemptor iudicari. Item gregorius papa.

Absque apostolice sedis auctoritate. sinodus aliquibus congregare non licet.

Nec licuit aliquando nec licebit. preter illam sinodum congregari. Sed quotiens aliqua de uniuersali sinodo. aliquibus dubitatio nascitur. ad recipiendam de eo quod non intelligunt rationem. aut sponte hii qui salutem anime sue desiderant. ad apostolicam sedem percipienda ratione conueniant. aut si forte sic de talibus scriptum est. peccator cum uenerit in profundum uiciorum uel malorum contempnet. ita obstinati et contumaces extiterint. ut doceri non uelint. eos ab eisdem apostolicis sedibus aut attrahi ad salutem. quoquomodo necesse est. aut ne aliorum perditio esse possint. secundum canones per seculares conueniet opprimi potestates. Item pelagius episcopis qui conuenerunt ad illicitam uocationem iohannis constantinopolitani episcopi.

Non est concilium sed conuenticulum quod sine sedis apostolice auctoritate celebratur.

Multis denique apostolicis et canonicis atque ecclesiasticis instruimur regulis. non debere. absque sententia romani pontificis concilia celebrari. quam papa ut iam dictum est. recte non concilium. sed uestrum conuenticulum uel conciliabulum cassatur. et quicquid in eo actum est. irritum habeatur et uacuum. Uos quoque deinceps uidete ut nullatenus hortatu talia presumatis. si apostolice sedis communione carere non uultis. Si uero in qualibet prouincia orte fuerint questiones. et inter ipsius prouincie episcopos discrepare ceperint. atque inter sese dissidentes non conueniant ad maiorem tunc sedem referant. et si illic quidem facile. et iuste non discernitur. non fuerit sinodus regulariter congregata. canonice et iuste iudicentur. Maiores uero et difficiliores questiones ut sancta sinodus statuit. et beata consuetudo exigit. ad apostolicam sedem deferantur. Item simachus papa.

Prouincialia concilia sine romani pontificis presentia pondere carebunt.

D. XVII.

Concilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quotannis decreta per provincias explenda ipsi non habent validitudinem, perdiderunt. Legistis insanissimi aliquem in illis ecclesiasticis legibus preter apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum, et non de maioribus negotiis ad consultationem si quid occurrerit prefate sedis apostolice arbitrio fuisse servatum.

Hinc etiam cum auctoritas Theoderici regis ex diversis provinciis ad urbem Romanam sacerdotes convenire precepisset, ut super synodum ... iudicarent de his que venerabili pape Simacho presuli apostolice sedis ab adversariis ipsius dicebantur impingi, Liguriae et Emiliae episcopi seu Venetiarum suggesserunt ipsum qui dicebatur impetitus debere synodum convocare, scientes quia eius sedi primum apostoli Petri meritum, deinde secuta iussionem Domini conciliorum venerandorum auctoritas singularem in ecclesiis tradidit potestatem. Nec antedicte sedis antistitem minorum subiacuisse iudicio. Ad hec serenissimus rex deo inspirante respondit sinodalis arbitrii esse in tanto negotio sequenda prescribere, nec aliquid ad se preter reverentiam de ecclesiasticis negotiis pertinere. Committens in potestate pontificum, ut sive propositum vellent audire, sive propositum nollent, quod magis putarent utile deliberarent, dum in venerandi provisione concilii pax in civitate Romana daretur. Episcopi vero in sinodo residentes congregata auctoritate eiusdem Simachi dixerunt: Simachus papa sedis apostolice presul ab huiusmodi oppositionibus impetitus, quantum ad homines respicit, sit immunis et liber, cuius causam totam dei iudicio reservamus. De clericis vero memorati pape qui ab episcopo suo ante tempus contra regulas discesserunt et scisma fecerunt, hoc fieri decrevimus, ut hii satisfacientes episcopo suo misericordiam consequantur, et officiis ecclesiasticis se gaudeant restitui. Laurentius episcopus Mediolanensis ecclesie huic statuto nostro in quo totam causam dei iudicio commisimus subscripsi. Petrus episcopus ecclesie Ravennatis sub eisdem verbis subscripsi, et preterea .lxxv. episcopi.

Illud de clericis pro pace in urbe reformanda misericorditer et dispensative factum dinoscitur. Hoc quoque notandum est, quod in hoc concilio et in alia sinodo Simachi pape ante Ravennatem episcopum Mediolanensis episcopus subscripsisse et respondisse legitur. Ex quo et sedis prerogativam ante eum habuisse colligitur. Ut enim Gregorius scribit Siagrio episcopo Augustidunensi: Archiepiscopos secundum ordinationis sue tempus sive ad consedendum in concilio, seu ad subscribendum, vel in qualibet alia re sua attendere loca decernimus, et suorum sibi prerogativam ordinum vendicare. Verum tempus ordinationis non ad ecclesias, sed ad personas refertur. Sic ex consuetudine cardinalium sancte Romane ecclesie et episcoporum uniuscuiusque provincie evidenter apparet.

Episcoporum generalia concilia ubi ex premissis apparet sunt invalida ad diffiniendum, ad constituendum, non autem ad corrigendum. Sunt enim necessaria concilia episcoporum ad exhortationem et correctionem, que etsi non habent vim constituendi, habent tamen auctoritatem imponendi et indicendi quod aliter statutum est et generaliter seu specialiter observari preceptum est. Unde Leo papa Thessalonicensi episcopo.

Bini conventus per singulos annos ab episcopo celebrentur.

De conciliis autem episcopalibus non aliud indicimus, quam sancti patres salubriter ordinaverunt, ut scilicet bini conventus per singulos annos habeantur, in quibus de omnibus querelis que inter diversos ecclesie ordines nasci assolent, iudicetur. Ac si forte inter ipsos qui presunt de maioribus peccatis nascitur causa, quod absit, que provinciali examine nequeant diffiniri, fraternitatem tuam de totius negotii qualitate metropolitanus curabit instruere, ut si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem quicquid illud est transferatur. Item ex concilio Niceno.

Quo tempore episcoporum concilia sunt celebranda.

Habeatur semel concilium ante dies quadragesime, ut omnibus si que sunt simultatibus amputatis mundum et sollempne munus deo possit offerri. Secundum vero agatur circa tempus autumpni. Item ex concilio Anthiocheno.

Ad morum correctionem et controversiarum dissolutionem bis in anno provinciale concilium fiat.

Propter ecclesiasticas utilitates et que existunt controversias dissol-

a Habeantur dies. xl. in sequenti. c. eo quod post tertiam ebdomadam pasche. [illegible] non prohibetur illi qui [illegible] canonem [illegible] xvi. di. c. sexta. [illegible] prima. uel legitima [illegible] b Tempus. s. idibus octobris ut. i. e. c. sequenti. b.

c. i. [illegible] predicta. et [illegible] tribunal. [illegible] contumacia. [illegible] pupillis [illegible] quia [illegible] o Qui quidem [illegible]

[illegible]

uendas sufficere uisum est. bis in anno per singulas prouincias episcoporum concilia fieri. semel quidem post tertiam ebdomadam paschalis sollempnitatis ita ut in quarta ebdomada que consequitur. i. media pentecostes. concilium compleatur. admonentibus comprouinciales episcopos. hiis qui in amplioribus. i. qui metropolis ciuitatibus degunt. Secundum uero concilium idibus octobris habeatur. qui dies apud grecos hyperberetei mensis decimus inuenitur. In ipsis autem conciliis et presbiteros et diaconos presentes esse oportet. et omnes quicumque se lesos existimant. et sinodicam expectare sententiam. nec liceat aliquibus apud semetipsos concilia. sine metropolitanorum et episcoporum conscientia et consensu facere quibus de omnibus causis constat esse permissum iudicium. Item ex concilio laudicensi.

Scriptos accusare qui uocati sinodum ire contempnunt.

Non oportet episcopos uocatos ad sinodum contempnere. sed adire debere et aut docere. aut doceri. que sunt ad correctionem ecclesie uel ceterorum utilia. Quod si contempserint. se ipsos uidentur accusasse. nisi forte ire non possint. Item ex concilio calcedonensi.

Corripiantur episcopi: qui ad concilium uocati uenire recusant.

Peruenit ad nostras aures. quod in prouinciis constituta episcoporum concilia: minime celebrentur. hoc ex eo plurimum quod multe que correctione opus habent. ecclesiastice res negligantur. Statuit ergo hec sancta sinodus. secundum patrum regulas. bis in anno in unum conuenire per singulas prouincias episcopos. ubi singula que emerserint corrigantur. qui uero noluerint conuenire episcopi constituti in suis ciuitatibus. et hoc maxime cum sint corporis sanitate. et ab omnibus occupationibus et ab omnibus aliis urgentibus necessitatibus et excusabilibus negotiis liberi sunt. licere eos fraterne caritatis ammonitionibus corripi. Item ex sexta sinodo.

Canonicis subiaceat penis metropolitanus. qui semel saltem in anno celebrare concilium negligit.

Quoniam quidem regula est que dicit. bis in anno per singulas prouincias oportet fieri per conuentum episcoporum regulares inquisitiones. mente et propter fatigationes et ut oportune habeantur ad iter agendum: hii qui congregandi sunt diffinierunt. Sexte sinodi sancti patres omni excusatione remota. modis omnibus semel in anno fieri et deprauata corrigi. hunc ergo canonem et nos renouamus. et si quisquam princeps inuentus fuerit hoc prohibere: communione priuetur. Si quis uero metropolitanorum hoc neglexerit agere absque necessitate uel ui. seu aliqua occasione rationabili: canonicis penis subiaceat. Dum autem sinodus agitur. super canonicis et euangelicis negotiis. oportet episcopos congregatos in meditatione et sollicitudine fieri. custoditores diuinorum et uiuificorum domini mandatorum. Porro non habeat metropolitanus licentiam ex his que defert episcopus sumere. siue iumentum: siue aliquam speciem expetendi. quod si hoc egisse conuictus fuerit soluat in quadruplum. Item leo. iiii.

Non cogatur presbiter ad sanctum concilium eulogia deferre.

De eulogiis ad sacra concilia deferendis nichil inuenimus a maioribus constitutum. sed sicut uniuscuiusque presbiteris placuit. Nam si constitutum fuit illo in tempore benedictiones afferre. forsitan minus libenter ad sinodos occurrerent. et magis uenire obtrectabunt. que non sunt ut arbitror irrationabiliter reiciende. nec ultro delate respuende. Item ex concilio cartaginensi v°.

Sine graui infirmitate episcopus ad sinodum ire non tardet.

Episcopus ad sinodum ire non tardet. si non satis graui necessitate inhibeatur. Sciens tamen ut in persona sua legatum mittat. suscepturus salua fidei ueritate: quicquid sinodus statuerit. Item ex concilio cartaginensi sexto.

Excusatorias litteras dirigat. qui graui ad sinodum ire non possunt.

Placuit ut quotienscumque congregandum est concilium: episcopi qui neque etate. neque egritudine. neque alia grauiori necessitate inpediuntur. competenter occurrant. quod si non potuerint excusationes suas litteratorie subscribant. si autem rationem impedimenti sui apud suum primatem reddiderint. esse sue communione debent contenti. Item ex concilio arelatensi secundo.

A communione sit alienus: qui sinodo adesse contempnit.

Si quis autem adesse neglexerit. uel cetum fratrum antequam concilium dissoluatur crediderit deserendum. alienatum se a fratrum communione agnoscat. nec eum recipi liceat. nisi in sequenti sinodo fuerit absolutus. Item ex concilio agatensi.

Usque ad primam sinodum a communione abstineat. qui a metropolitano uocatus. absque graui necessitate sinodo adesse neglexerit.

Si episcopus metropolitanus ad comprouinciales

[illegible]

i Causis que ad statum [illegible] licet enim non debeant [illegible]
k Non oportet autem [illegible]
l Ac [illegible]
m Per [illegible]
n Necessitatibus que necessitas excusat [illegible]
o Quanto [illegible]
n [illegible]

[illegible] si quis. nec presumitur [illegible] certa scientia [illegible]

p Excusationem [illegible] rationales [illegible]
q Communione [illegible]

excommunican q uenit et alı̄ cotib ut rebi ·d· no sint impar . aliquo et in siant nob · et cab rō crimne agio; aut qa p pinnca · aliquo et ... uel vi . uidetur ergo q si aliquis p imum de inetur ab aliquo i

p communione uidetur q aliquid pot' ee excoıcat' ... et lvui di si quis d altius et sic e ... m · q · b · quisquis ... in sec ... epis non coıcabit q no uenit ...

epōs eplās dirext̄ . in quib; eos aut ad ordinatiōem sūmi pontificis . aut ad sinodū inuitet . p'positis omib; excepta graui infirmitate corporis . ac pceptione regia ad constitutā diē adesse n̄ differant . quod si defuerit . sicut prisca canonū precepit auctoritas . usq; ad p'mā sinodū a caritate frm̄ . & ecce coione p'uetur. Itē ex concilio terraconensi.

Communione p'uetur ep̄s q a metropolitano uocat' ad synodum uenire contempnit.

Si quis ep̄or conmonitus a metropolitano ad sinodū . nulla corpali grauāte incōmodo; ... uenire ...; sicut statuta prīm sanxerunt . usq; ad futurū concilū cunctor ep̄or caritatis coione p'uet' . Itē ex concilio martini pp̄.

Pbr̄i & diaconi et cuncti q lesos se existimāt ad metropolitani sinodum conueniant.

Propt' ecclasticas cās . et altercationum p'solutionū solutiōes bn̄ placuit per singulas p'uincias bis in anno concilium fi . inuocante metropolitano ep̄o . oēs c̄puinciales ep̄os ita ut ad concilū ueniant oēs pbr̄i & diacones . et hij qui se lesos existimant . ut in concilio cause examinate ad iustū iudiciū p'ducant' . Et si qui manifeste ep̄i uel pbr̄i aut diacones inuenti fuerint in ostensa . sed nutrōem excoıcent' q dum cōi consensu de hijs placuit dare sniam.

Nulli autem ep̄orum liceat p'pria apud semetipm̄ concilia facere p'ter eos quib; metropoles sunt credite .

C Singuli uero ep̄or suis eccijs no t'fitare studeāt . q i concilijs statuitur. Unde in concilio toletano legit'.

Que in concilijs statuuntur singli ep̄or decernunt' ut dū suis non fiant eccijs.

Dum qualibet concilū agitur uniusquisq; ep̄or a monitōib; suis infra sex mensiū spacia . oēs abb'es . pb'ros . diacones . atq; clericos . seu et omnem conuentū ciuitatis ip'ius . ubi p'esse dinoscit' . necnon & cunctā diocesi sue plebis aggregare nequaq; moretur . quatinus corā eis plenissime oīa referet . q eodē anno in concilio acta l' diffinita ē no sciunt' . Q̄d si quispiā h' p pr'pendia crediderit sniā excoıcatōis duor mensiū curriculo p'sistat usq; quaq; mulctat' .

D · XIX

De eplis uero decretalib; q'ritur . an uim auctoritatis optineant . cū in corpe canonum n̄ inueniantur. De hijs itaq; scribit nicholaus pp̄ . archiep̄is & ep̄is p gallias constitutis.

Decretales eplē uim auctoritatis habent.

Si romanor pontificū decreto . ceteror opuscula . tractator approbantur . l' reprobant' . ita ut qd' tunc sedes aplica approbauit . hodie teneatur acceptū . et qd' ita repulit . hactenī inefficax habeatur . Quanto ergo pot' que ipa p catholica fide . p sanis dogmatib; p uarijs & multiplicatis eccl'e necessitatib; & fideliū morib; diuiso tpe prescripsit . omni debent honore p'ferri . et ab oib; p'sus in quib;lib; oportunitatib; dispensatōe . l' discretōne magistr' recipi ē assumi . q'nq; quidā uiri scripserunt haut illa decretalia p'scor pontificū . in toto canonū codicis corpe eē descripta . & ideo inter canones non assumenda . cū ipi ubi sue intentōi hec suffragari conspiciunt . illis indifferēt' utunt' . & solū nūc ad diminutōem . sedis aplice potestatis . & ad suor augmentū p'uilegior . minus accepta esse p'hibeant . Item. Si ō n̄ ē decretales eplās p'iscor pontificū romanor admittendas debent . q in codice canonū non hnt' ascrpte . ergo nec scī gregorij . nec ulli' alterius qui an̄ ipm̄ fuit . uel post ipm̄ est . aliquid institutū . uel scriptū recipiendū eo q in codice canonū n̄ habeat ascriptū . Ergo doctrinā eor & sanctiones q ab omni lingua ueneratur' . quia in codice canonum non hnt' ascripte de codicib; suis abradant . ut qd' ul' mēbranas occupant . postq; n̄ hnt' accepte . Sz quare multū imoremur . cū nec ipas diuinas scripturas ueteris & noui t'. iam recipient' . si istos diceret' audiendos . et tñ neutrū hor in codice canonum ecclasticor hr inserti . Sz respondent' ist' . q ad resistendū pot' q obediendū parati sunt . q uete' canones inueniat' cap scī pp̄ innocentij . cuius auctoritate docetur a nobis utrū testamentū eē recipiendū . q'nq; in ipis p'mis canonib; nullū eor ex toto contineat' insertū . qb; ad hec assendū ē . qm si ueteris nouiq; testamenti

a Prestat. quod ... optinet in uno debet obtinere in aliis similibus ... [illegible] ... b capitulum. illud capitulum est ... [illegible]

Intelligo in suo more ut extra ... [illegible] ... eius in parte supposito ... [illegible] ... et carta falsa que non habet testes inscriptos, ut extra de pen. c. i. ... [illegible]

XIX

sunt recipienda, non quod codici canonum ex toto habeantur annexa, sed quod de his recipiendis sancti pape Innocentii prolata uidentur esse sententia. Restat nunc inquirendum, an decretales epistole Romanorum pontificum sint recipiende, et si non sint canonum codici compaginate. Quoniam inter ipsos canones unum beati Leonis capitulum constat esse premissum, quo ita omnia decretalia constituta sedis apostolice custodiri mandantur, ut si quis in illa commiserit, nouerit sibi ueniam denegari. Dicendo uero omnia decretalia constituta, nullum de decretalibus constitutis pretermisit, quod non mandauerit esse custodiendum. Et rursus asserendo omnium predecessorum nostrorum, nullum pontificum Romanorum qui ante se fuerunt excepit, cuius constituta ita non precepit decretalia ab omnibus custodiri, ut si quis in illa commisit, ueniam esse deinceps nouerit denegari. Itaque nichil interest utrum sint omnia necne decretalia sedis apostolice constituta inter aliorum canones inserta, cum omnia in uno corpore compaginari non possunt, et illa eis inserta sunt, que firmitatem his que desunt et uigorem suum assignant. Preterea cum sinodalia gesta, in quibus ipsi canones instituti sunt, in codice canonum non habeantur, sed a nobis omni cultu debito ueneratur. Consonat autem huic beatissimo pape Leoni et sanctus facundissimus in omnibus decretis suis papa Gelasius, ita inquiens:

Decretales epistolas quas beatissimi pape diuersis temporibus ab urbe Roma pro diuersorum patrum consultatione dederunt, uenerabiliter suscipiendas decernimus.

In quo notandum est quod non dicit decretales epistolas que inter canones habentur, uel quas moderni pontifices ediderunt, sed quas beatissimi pape diuersis temporibus ab urbe Roma dederunt. Dicens autem diuersis temporibus, et illa tempora intelligi comprehendit, que crebrescentibus paganorum persecutionibus ad sedem apostolicam deferri causas episcoporum difficillime permittebant. His namque diuina fauente gratia predicatis, ostenditur nullam differentiam esse inter illa decreta que in corpore canonum habentur sedis apostolice presulum, et ea que pre multitudine uix per singula uolumina corpora reperiuntur, cum omnia et omnium suorum decessorum decreta constituta atque decretales epistolas quas beatissimi pape diuersis temporibus ab urbe Roma dederunt, uenerabiliter fore suscipiendas et custodiendas eximios presules Leonem scilicet et Gelasium mandasse probauimus. Item Agatho papa omnibus episcopis.

Omnes sanctiones apostolice sedis irrefragabiliter sunt obseruande.

Sic omnes apostolice sedis sanctiones accipiende sunt, tamquam ipsius diuina uoce Petri firmate. Item ex capitulo Karoli imperatoris.

Tolerandum est iugum quod a sancta sede imponitur, licet importabile uideatur.

In memoriam beati Petri apostoli honoremus sanctam Romanam ecclesiam et apostolicam sedem, ut que nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat ecclesiastice magistra rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas, et licet uix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus et pia deuotione toleremus. Si uero quod non decet quilibet, siue sit presbiter, siue diaconus, aliquis perturbationem machinando et nostro ministerio insidiando redarguatur falsam ab apostolica sede detulisse epistolam uel aliud quod inde non uenit, salua fide et integra gratia erga apostolicum cum humilitate, penes episcopum sit potestas utrum eum in carcerem aut in aliam intrudat custodiam usque quo per epistolam aut per ydoneos sue partis legatos apostolicam interpellet sublimitatem, ut potissimum sua sancta legatione dignetur decernere, quid de talibus sancta Romana statuit diffinire, ut lex nostra et his corrigantur, et ceteris modus imponatur. Item Stephanus V.

Quicquid Romana ecclesia statuit uel ordinat ab omnibus est obseruandum.

Enim uero, quia in speculum et exemplum sancta Romana ecclesia, cui nos Christus preesse uoluit, posita est, omnibus quicquid statuit, quicquid ordinat, perpetuo irrefragabiliter obseruandum est. Item Gregorius.

A pontificalibus sit alienus officiis, qui apostolicis non uult obedire preceptis.

Nulli fas est uel uelle uel posse transgredi apostolice sedis precepta, nec nostre dispositionis ministerium, quod uestram sequi oportet caritatem. Sit ergo ruine sue dolore prostratus, quisquis apostolicis uoluerit contraire decretis. Nec locum inter sacerdotes deinceps habeat, sed extorris a sancto fiat ministerio, nec de eius iudicio quisquam postea curam habeat, quoniam iam dampnatus a sancta synodo et ab apostolica ecclesia sua inobedientia atque presump

b Dicendo. ... [illegible]

c Quicquid. ... [illegible]

d Diuersis. ... [illegible]

e Sic omnes. ... [illegible]

f In memoriam. ... [illegible]

... prelatis ... sacerdotes. tacito ... [illegible]

g Falsam. ... [illegible]

qui non obedit statutis Romane ecclesie sit hereticus ... [illegible]

h Inobedientia. ... [illegible]

i Maior ... [illegible]

tote a quoque esse non dubitatur, quae maioris excogitationis deiectione est abiciendus. Cum sancte ecclesie commissa fuit disciplina, qui non solum prelatis sancte ecclesie nullo modo parere debuit, sed etiam aliis ne pareret insinuare. Sicque a divinis alienus et a pontificalibus officiis, qui noluit preceptis obtemperare apostolicis. Item Augustinus de doctrina christiana l. II. c. VIII. In canonicis scripturis decretales epistole annumerantur.

In canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum quamplurimum divinarum scripturarum sollertissimus indagator auctoritatem sequatur. Inter quas sane et ille sunt, quas apostolica sedes habere et ab ea meruerunt accipere epistolas. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, ut eas que ab omnibus accipiuntur ecclesiis preponat eis quas quidam non accipiunt. In eis vero que non accipiuntur ab omnibus, preponat eas quas graviores et plures accipiunt eis quas pauciores minorisque auctoritatis ecclesie tenent. Si autem alias invenerit a pluribus, alias a gravioribus haberi, quamquam hoc inveniri non possit, equalis tamen auctoritatis eas habendas puto. Item Leo.

Misterii divini ita se exortem intelligat, qui a soliditate Petri recedit.

Ita dominus noster Iesus Christus humani generis salvator instituit, ut veritas, que antea legis et prophetarum preconio continebatur, per apostolicam tubam in salutem universitatis exiret, sicut scriptum est: In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum. Sed huius muneris sacramentum ita Dominus ad omnium apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro summo apostolorum omnium principaliter collocarit, et ut ab ipso quasi quodam capite dona sua velit in corpus omne diffundere, ut exortem se misterii intelligeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium individue unitatis assumptum id quod ipse erat Dominus voluit nominari, dicendo: Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, ut eterni templi edificatio mirabili munere gratie Dei in Petri soliditate consisteret, hanc ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas posset appetere, nec porte inferi contra illam prevalerent.

Verum nimis hanc petram istius sacratissimam firmitatem, Deo ut diximus edificante constructam, nimis impia vult presumptione violare quisquis eius potestatem temptat infringere, favendo cupiditatibus suis, et id quod accepit a veteribus non sequendo.

Hoc autem intelligendum est de illis sanctionibus vel decretalibus epistolis, in quibus nec precedentium patrum decretis nec evangelicis preceptis aliquid contrarium invenitur. Anastasius enim secundus favore Anastasii imperatoris quos Acacius post sententiam in se prolatam sacerdotes vel levitas ordinaverat acceptis officiis rite fungi debere decrevit, ita inquiens:

Nulla lesionis portio attingat qui ab hereticis iam dampnatis ordinantur.

Secundum ecclesie catholice statuta et consuetudinem sacratissimum serenitatis tue pectus agnoscat, quod nullum de his quos baptizavit Acacius, vel quos sacerdotes sive levitas secundum canones ordinavit, aliqua ex nomine Acacii portio lesionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam et baptisma, quod procul sit ab ecclesia, sive ab adultero, sive a fure datum fuerit, ad percipientem munus pervenit illibatum, quia vox illa que sonuit per columbam, hic est filius, omnem maculam humane pollutionis exclusit, quia declaratur cum dicitur: Hic est qui baptizat in Spiritu sancto et igni. Nam si visibilis solis istius radii cum per loca fedissima transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur, multo magis illius qui istum visibilem fecit virtus nulla ministri indignitate perstringitur. Nam et Iudas cum fuerit sacrilegus atque fur, quicquid egerit inter apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce: Scribe, inquit, et pharisei super cathedram Moysi sedent; que dicunt facite, que autem faciunt nolite facere. Dicunt enim et non faciunt. Quicquid igitur ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari, hoc totum contineri implente divinitatis effectu.

a plantavi. predicando. b Apollo. discipulus Pauli. c rigavit bapti-zando. d incrementum. gratiam et remissionem peccatorum. b.

q. ut evidenter vi. q. iii. et si ad tempus. xviii. q. ii. si quis. sic et pe. di. v. consideret. et de pe. di. vi. qui vult ergo confiteri et quia leges scire tenetur ... [illegible]

Ita ille per quem Christus loquitur Paulus affirmat. Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus. Adeo autem non queritur quis vel qualis predicet, sed quem predicet, ut in Iudeos et Christum bonum predicare contingit, quo malo ipse diabolus detectus est. Et hoc ipse predicare non desinit. Ideo ergo et hic cuius nomen dicitur esse recitandum, male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inviolabile sacramentum quod per illum datum est, illis perfectionem sue virtutis obtinuit. Quod quidem generaliter verum est, nisi aliquis tamen se extendit curiosa suspicio, ut ymaginetur prolato a Felice papa iudicio, postea inefficaciter in sacramentis quamquam Acatius usurpavit egisse. Nec perinde oportet eos metuere, qui vel in consecrationibus vel in baptismate ministeria tradita susceperunt, ne irrita beneficia videantur.

Omnia quidem illicite et non canonice. Sed et decretis predecessorum et successorum suorum hec rescripta dederit, ut probat Felix et Gelasius, qui Acacium ante Anastasium excommunicaverunt, et Hormisda, qui ab ipso Anastasio tertius eundem Acacium postea dampnavit. Ideo ab ecclesia Romana repudiatur, et a Deo percussus fuisse legitur hoc modo. Anastasius a Deo reprobatus nutu divino percussus est.

Anastasius secundus natione Romanus fuit temporibus Theoderici regis. Eodem tempore multi clerici se a communione ipsius abegerunt, eo quod communicasset sine concilio episcoporum vel presbiterorum et clericorum cuncte ecclesie catholice diacono Thessalonicensi nomine Fotino, qui communicaverat Acacio, et quia voluit revocare occulte Acacium, et non potuit, divino nutu percussus est.

Hinc et de Maximo episcopo in Constantinopolitana synodo statutum est. Que circa indisciplinatos vel ab eis geruntur in irritum revocentur.

Propter totius indisciplinationis eius doctrinam que Constantinopoli orta est, statutum est ne Maximus fuisse aut etiam putetur episcopus, neque hii qui ab eo sunt ordinati, qualemcumque clericatus gradum optineant, omnibus scilicet que circa eum vel ab eo gesta sunt in irritum revocatis.

D. XX.

Decretales itaque epistole canonibus conciliorum pari iure exequntur. Nunc autem queritur de expositoribus sacre scripture, an exequntur, an subiciantur eis. Quo enim quisque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba esse videntur. Plerique autem tractatorum, sicut pleniori gratia Spiritus Sancti, ita ampliori scientia aliis precellentes, rationi magis adhesisse probantur. Unde nonnullorum pontificum constitutis Augustini, Ieronimi atque aliorum tractatorum dicta eis videntur esse preferenda. Sed aliud est causis terminum imponere, aliud scripturas sacras diligenter exponere. Negotiis diffiniendis non solum est necessaria scientia, sed etiam potestas. Unde Christus dicturus Petro: Quodcumque ligaveris super terram et cetera, prius dedit sibi claves regni celorum: in altera dans ei scientiam discernendi inter lepram et lepram, in altera dans potestatem eiciendi aliquos de ecclesia vel recipiendi. Cum ergo quelibet negotia finem accipiant vel in absolutione innocentium vel in condempnatione delinquentium, absolutio vero vel condempnatio non scientiam tantum, sed etiam potestatem presidentium desiderant vel continuant. Apparet quod divinarum scripturarum tractatores, etsi scientia pontificibus premineant, tamen quia dignitatis eorum apicem non sunt adepti, in sacrarum scripturarum expositionibus eis preponuntur, in causis vero diffiniendis secundum post eos locum merentur. Unde Leo IIII. scribit episcopis Britannie. Aliorum scripture Romanorum pontificum decretis non sunt preponende.

De libellis et commentariis aliorum non convenit aliquos iudicare, et sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, que habentur apud nos simul cum canonibus, quibus in omnibus ecclesiasticis utimur iudiciis, id est apostolorum, Nicenorum, Ancyranorum, Neocesariensium, Gangrensium, Sardicensium, Carthaginensium, Affricanensium, et cum illis regule presulum Romanorum Silvestri, Siricii, Innocentii, et Zozimi, Celestini, Leonis, Hylarii, Gelasii, Hormisde et Gregorii iunioris. Isti omnino sunt, et per quos iudicant episcopi, et per quos episcopi simul et clerici iudicantur. Nam si tale emerserit vel exigerit inusitatum negotium, quod per istos minime possit diffiniri, tunc illorum quorum memi-

[illegible]

m propter obtineant ... [illegible]
v decretales ... [illegible]
d de libellis. scilicet libellos commentarios. b. omissis canonibus ... [illegible]
e canonum ... [illegible]
f iunioris ... [illegible]

nisi de dicta lex. augustini. ysidori. vel ceterorum similiter sanctorum doctorum similium. si reperta fuerint magnanimiter sunt retinenda ac promulganda. vel ad apostolicam sedem referantur de talibus. Quam ob causam luculenter et magna voce pronunciare non timeo. quia illa que dicimus sanctorum patrum statuta que apud nos canones pretitulantur. sive sit episcopus sive clericus. sive sit laicus. non indifferenter convincitur recipere. nec catholicam nec apostolicam fidem. nec quatuor sancta evangelia utiliter et efficaciter ad perfectum servare et tenere vel credere probatur. Item nicholaus papa clero constantinopolitano. *Corripiendi sunt qui decreta romanorum pontificum non habent vel non observant.*

Si decreta romanorum pontificum non habetis: de neglectu atque incuria estis arguendi. Si vero habetis et non observatis: de temeritate estis corripiendi et increpandi. Item innocentius papa. *Ad quos sit decurrendum: cum sacre scripture auctoritas non occurrit.*

De quibus causis nulla solvendi vel ligandique auctoritas in libris veteris et novi testamenti. quatuor evangeliorum. cum scriptis totius apostolorum non apparuerit. ad divina recurrite scripta greca. Si nec in illis ad catholice ecclesie historias catholicas a doctoribus catholicis scriptas manum mittite. Si nec in illis sanctorum exempla perspicaciter recordamini. Quod si in omnibus his inspectis huiusmodi consensus qualitas non lucide investigatur: seniores provincie congregate et eos interrogate. Facilius enim invenitur quod a pluribus senioribus queritur. Veraciter enim repromissor dominus ait. Si duo ex vobis vel tres convenerint super terram in nomine meo de omni re quacumque petierint fiet illis a patre meo.

D. XXI.

Decretis ergo romanorum pontificum et sacris canonibus conciliorum ecclesiastica negocia ut supra monstratum est terminantur. Ministri vero sacrorum canonum et decretorum pontificum sunt summi pontifices et infra presules ac reliqui sacerdotes. quorum institutio in veteri testamento est inchoata et in novo plenius consummata. Summi enim pontifices et minores sacerdotes a deo sunt instituti per moysen. qui ex precepto domini aaron in summum pontificem. eius filios vero unxit in minores sacerdotes. Postea david cum ministeria domus domini ampliaret: ianitores et cantores instituit. Porro salomon quendam modum exorcizandi invenit. quo demones adiurati ab obsessis corporibus pellebantur. Huic officio mancipati exorciste vocati sunt. de quibus dominus in evangelio. Si ego in beelzebub eicio demonia: filii vestri in quo eiciunt? Hec in novo testamento ecclesia imitata. habet suos ianitores quos hostiarios appellamus. pro cantoribus lectores simul et cantores instituit. Exorcistas autem nomine antiquo et officio permanente recepit. Pro filiis vero aaron qui infra summum pontificem sacerdotium administrantes sunt consecrati. Inter hos quedam discretio servata est. ut alii appellarentur simpliciter sacerdotes. Alii archipresbiteri. alii corepiscopi. alii episcopi. alii archiepiscopi. seu metropolitani. alii primates. alii patriarche. alii summi pontifices. Horum discretio maxime a gentibus introducta est. qui suos flamines. alios simpliciter flamines. alios archiflamines. alios protoflamines appellabant. Simpliciter vero maiorum et minorum sacerdotum discretio in novo testamento ab ipso christo sumpsit exordium. Qui xii. apostolos tanquam maiores sacerdotes. et lxxii. discipulos. quasi minores sacerdotes instituit. Petrum vero quasi in summum sacerdotem elegit. dum ei pre omnibus et pro omnibus claves regni celorum tribuit. et a se petra petri sibi nomen imposuit. atque pro eius fide se specialiter rogasse testatus est. Et ut ipse ceteros confirmaret: subiunxit dicens. Ego pro te rogavi petre. ut non deficiat fides tua. et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Hanc eandem formam secuti apostoli. in singulis civitatibus episcopos et presbiteros ordinaverunt. Levitas autem ab apostolis ordinatos legimus. quorum maximus fuit beatus stephanus. Subdiaconos et acolitos procedente tempore ecclesia sibi constituit. De hiis quoque scribit beatus ysidorus. in libro vii. ethimologiarum. cap. xxii. nomina illorum et nominum causas exponens ita inquiens. *Unde nomina ecclesiasticorum ordinum vel graduum sumantur.*

Cleros et clericos hinc appellatos credimus. quia mathias sorte electus est. Cleros enim grece: latine sors. Heredi-

tas dicitur. Propterea ergo dicti clerici: quia de sorte domini sunt. vel quia partem domini habent.
Generaliter autem clerici nuncupantur omnes qui in ecclesia Christi deserviunt. quorum gradus et nomina hec sunt. hostiarius. psalmista. lector. exorcista. acolitus. subdiaconus. diaconus. presbiter. episcopus.
Ordo episcoporum quadripartitus est. id est in patriarchis. archiepiscopis. metropolitanis atque episcopis.
Patriarcha greca lingua: summus patrum interpretatur. quia primum id est apostolicum retinet locum. et ideo quia summo honore fungitur. tali nomine censetur. sicut romanus. anthiocenus. alexandrinus.
Archiepiscopus. a greco vocabulo. quod sit summus episcoporum. Tenet enim vicem apostolicam. et presidet tam metropolitanis quam ceteris episcopis.
Metropolitani autem a mensura civitatis vocantur. Singulis enim provinciis preminent. quorum auctoritati et doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt. sine quibus nichil reliquos licet agere episcopos. Sollicitudo enim totius provincie: ipsis episcopis commissa est. Omnes autem superiores designati ordines. uno eodemque vocabulo episcopi nominantur. sed ideo privato nomine quidam utuntur propter distinctionem potestatum. quam singulariter acceperunt.
Patriarcha: patrum princeps. archos enim princeps. archiepiscopus: princeps episcoporum.
Metropolitanus: a mensura civitatum.
Episcopus autem vocabulum. inde dictum est. quod ille qui episcopus efficitur: superintendat curam. scilicet subditorum gerens. Scopin enim grece: latine intendere. Episcopi enim grece. latine speculatores interpretantur. Nam speculator est in ecclesia prepositus dictus. eo quod speculetur. atque prospiciat populorum infra se positorum mores et vitam.
Pontifex princeps sacerdotum. quasi via sequentium. ipse et summus sacerdos ipse pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atque levitas. ipse ordines omnes ecclesiasticos disponit. ipse quid unusquisque facere debeat ostendit. Ante autem pontifices et reges erant. Nam maiorum hec erat consuetudo. ut rex esset et sacerdos et pontifex. Unde et romani imperatores: pontifices dicebantur.
Vates a vi mentis appellantur. cuius significatio multiplex est. Nam modo sacerdotem modo prophetam significat. modo poetam.
Antistes: sacerdos dictus est ab eo quod ante stat. Primus enim est in ordine ecclesie. et supra se nullum habet. sive latine sacer dux.
Sacerdos autem nomen habet compositum. ex greco et latino. quod est sacrum dans. sicut enim rex a regendo. ita sacerdos a sanctificando dictus est. consecrat enim et sanctificat. Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur. hii in capite habebant pilleum. in quo erat brevis virga. desuper habens lane aliquid. Quod cum per estum ferre non possent. filum tantum in capite ligare ceperunt. Nam nudis eos penitus capitibus incedere nefas erat. Unde et a filo quo utebantur flamines dicti sunt. quasi filamines. sed in festis diebus filo deposito pilleum imponebant pro sacerdotii eminentia.
Presbiter grece. latine senior interpretatur. non modo pro etate. vel decrepita senectute. sed propter honorem et dignitatem quam acceperunt. presbiteri nominantur. Ideo autem et sacerdotes presbiteri vocantur. quia sacrum dant sicut episcopi. qui licet sint sacerdotes tamen pontificatus apicem non habent. quia nec crismate frontem signant. nec paraclitum spiritum dant. quod solis episcopis deberi. lectio actuum apostolorum demonstrat. Unde et apud veteres idem episcopi et presbiteri fuerunt. quia illud nomen est dignitatis non etatis.
Levite ex nomine auctoris sunt vocati. De levi enim levite exorti sunt. a quibus in templo dei mistici sacramenti ministeria explebantur. hii grece diacones. latine ministri vocantur. quia sicut in sacerdote consecratio. ita in diacono ministerii dispensatio habetur. hypodiacones grece: quos nos subdiacones dicimus. qui ideo sic appellantur. quia subiacent preceptis et officiis levitarum. Oblationes enim in templo domini a fidelibus ipsi suscipiunt. et levitis superponendas altaribus deferunt. Hii apud hebreos nathinnei vocantur.
Lectores a legendo. psalmiste a psalmis canendis vocati sunt. Illi enim predicant populis quid sequantur. isti canunt ut excitent ad compunctionem animos audientium. licet quidam lectores ita miserabiliter pronuntient. ut quosdam ad luctum lamentationemque compellant. Idem etiam pronuntiatores vocantur. quia porro annuntiant. Tanta enim et tam clara erit eorum vox. ut quamvis longe positorum aures adimpleat.
Cantor autem vocatus. quia vocem modulatur in cantu. huius duo genera nominantur in

macomimstratõe.ut.ii.q.vii.puto posse aliquis ee maior alio i ordie et minor i amministratõe ut archipresbr maior ẽ archidiacono ut vi. | sacio hoc quia nec pot absoluere nec ligare tercia tal' ẽ quia pot soluere et ligare quelibet hatum regulatum exceptõe in hac prima videtur.

arte musica. sicut ea doctissimi homines
latine dicere potuerunt. Precentor et suc
centor. precentor scilicet qui vocem premittit
in cantu. subcentor qui subsequenter
canendo respondet. Concentor autem dicitur
quia consonat. qui autem non consonat.
nec concinit. nec concentor erit.
Acoliti grece. latine ceroferarii dicuntur
a deportandis cereis. quando legendum est.
evangelium. aut sacrificium offerendum.
Tunc enim accenduntur luminaria ab
eis. et deportantur. non ad fugandas tene
bras dum sol eodem tempore rutilat. sed ad
signum leticie demonstrandum. ut sub
typo luminis corporalis. illa lux osten
datur. de qua in evangelio legitur.
Erat lux vera. que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.
Exorciste ex greco in latinum adiurantes
sive increpantes vocantur. Invocant enim
super cathecuminos. vel super eos qui habent
spiritum inmundum nomen domini ihesu adiuran
tes per eum ut egrediatur ab eis.
Hostiarii. idem qui et ianitores qui in
veteri testamento electi sunt ad custodiam templi ut non
ingrederetur in eum inmundus in omni re.
Dicti sunt autem hostiarii quia presunt hostiis
templi. Ipsi enim tenentes claves omnia
intus extraque custodiunt. atque inter bo
nos et malos habentes iudicium fideles
recipiunt. et respuunt infideles. Item
Anacletus. Romana ecclesia a Christo prima
tum accepit.
In novo testamento post Christum dominum
a petro sacerdotalis cepit ordo. quia ipsi pri
mo pontificatus in ecclesia Christi datus est. di
cente domino ad eum. Tu es inquit petrus
et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte infe
ri non prevalebunt adversus eam. et tibi dabo claves regni celorum.
Hic ergo ligandi solvendique potesta
tem primus accepit a domino. primusque
ad fidem populum virtute sue predicationis
adduxit. alioque instituit. Ceteri vero apostoli
cum eodem pari consortio honorem et pote
statem acceperunt. ipsumque principem eorum esse
voluerunt. qui etiam iubente domino in toto or
be dispersi. evangelium predicaverunt. Ipsis
quoque decedentibus in loco eorum succe
sserunt episcopi. quorum ordinatio per tempora
fieri debet ordine et modo. Quos qui re
cipit et verba eorum domini recipit. Qui autem
spernit eos. eum a quo missi sunt et cuius funguntur
legatione. spernit. et ipse indubitanter sper
netur a domino. Videntes autem ipsi apostoli mes
sem quidem multam et operarios paucos rogave
runt dominum messis. ut mitteret
operarios in messem suam. Unde ab eis
electi sunt lxxii. discipuli quorum typum
gerunt presbiteri. atque in eorum loco sunt constituti
in ecclesia. Item pelagius urbis rome episcopus omni
bus orthodoxis scribens ait. Primatum
romane ecclesie non aliqua sinodus sed Christus
Quamvis universe ecclesie per orbem diffuse. instituit.
orbem catholice unus thalamus Christi sit.
tamen sancta romana ecclesia catholica et apostolica
nullis synodicis constitutis. ceteris ecclesiis
prelata est. sed evangelica voce domini et
salvatoris nostri ihesu Christi primatum obti
nuit. Tu es inquit dominus petrus et sup
hanc petram edificabo ecclesiam meam. Cui data est societas et beatissi
mi pauli vasis electionis. qui non diverso sicut
heretici garriunt. sed uno tempore uno eodemque
die gloriosa morte cum petro in urbe
roma sub cesare nerone agonizans est.
coronatus. et supradictam pariter romanam
ecclesiam Christo domino consecrarunt. eamque omni
bus urbibus in universo mundo sua presentia
atque venerando triumpho pretulerunt.
Est ergo prima apostoli petri sedes romana ec
clesia. non habens maculam neque rugam. nec
quid aliud huiusmodi. In hiis omnibus
quanto gradus celsior. tanto maior
auctoritas invenitur. In maioribus
siquidem est regendi et iubendi pote
stas. in minoribus obsequendi necessitas.
Unde nicholaus papa scribit constantino
politano episcopo dicens. Inferiores a su
Inferior sedes perioribus iudicandi sunt.
potiorem absolvere non potest. Sola enim po
tior inferiorem convenienter absolvit. hic
liquido providetur. quia quem non potest
absolvere nec potest iudicio inferior
potiorem ligare. Unde propheta ait. Num
quid gloriabitur securis contra eum qui secat
in ea. aut exaltabitur serra contra eum qui
trahit eam. Hiis ita ex divina scrip
tura commemoratis: sole clarius ex
hibuimus non posse quemquam qui mi
noris auctoritatis est. eum qui maio
ris potestatis est: suis iudiciis addice
re aut propriis diffinitionibus subiugare. Item eodem.
Nolite existimare nos cuiuscumque priori
mox nostrorum ea que sunt digna repre hen
sione velle defendere. sed quod ita velit filios
circa spiritualem patrem et discipulos erga
magistrum devotos esse: ac sobrios. ut in
illa patris veritate. ad eorum vitam ut
non iam dicam diiudicandam sed non saltem

consecrauerunt. sic ergo ecclesia consecratur in sanguine. alicuius sic aliquis baptizatur in sanguine sicut de con. di. iiii. baptismi. b. | decem in aula. c. de sco suffraganeorum ignatium constantinopolitanum archiepiscopum qui a suis suffraganeis spatonis fauore est depositus. b.
Vincentem prima dignitate nam tempore antiochena precessit istam. ut. xxiiii. q. i. rogamus. ubicumque sunt boni ibi est ecclesia. | m. Hinc. arg. quod verum ine est in uno quod in reliquo. xi. q. i. c. di. de. hiis et xvi. di. de iii. et. ii. q. vi. hoc quippe. ff. de v. ob. iiii.
nec aliquid atque omnibus quibus s. dicit. e. c. cleros.
gradus i. in ordine maiorem. e. s. h. c. et. i. e. decem quod tres colliguntur regule
inferior sedes inferior prima est hic inferior non pot absoluere vel ligare | n. propria virtus exhibuimus i. probauimus. b. abcdefghiklmnopq.

a Nolite reprehendere. sed contra ii. q. vii. Nonne. et xix. q. iii. Si autem in libro. quod subditi possint reprehendere prelatos solo triplex est reprehensio impiosa. xliii. di. sit rector quieti in ... potestatis ... tim in maioribus conceditur ... alia ... et conceditur in minoribus ... tertia ... que ... sic hec nulli conceditur nisi vel delatori ... quarta ... nota ... ii. q. vii. ... item cum Balaam ... xvi. di. Arcisio.

b Denique ad Hebreos. hic legitur quod Melchisedech benedixit Abrahe et per hoc probat apostolus in Melchisedech fuisse maiorem.

c maledicatur ... nominatim ... ut s. e. inferior ... ob inobedientiam ...

d maiore suo. argumentum minor iudicet non potest ... ut ... pro ... maiore iudice ... vi. ... ff. de offi. pro. l. ... ii. q. i. pervenit. et C. de doni. ... sacratissima ... dicit quod si minor ... maiorem a maiore ... te ... interrogatione ... vole ...

e benedicere. sed dicitur post benedictionem ... pro nobis ... in quibus locis ipse inferior dicit ... benedicere ... benedictio legitur. b.

f premere. argumentum quod ... possit ... malum sit ... xvi. q. i. Nolite ... Anacletus ... b.

g Nunc autem ... duos ... patres ... persone ... erant ... administrationem ... dignitatem. b.

Tenuit reprehendendam presumpsit. Item Nicholaus papa. **Inferiores maioribus nec benedicere nec maledicere possunt.**

Denique sicut in epistola ad Hebreos legimus, quod minor a maiore benedicitur, restat profecto ut exigente ratione etiam maledicatur. Siquidem prosequentes hec periculosa tempora, illi qui ante nos fuerunt, pro tradam eis consuetudinem tradiderunt. Hodie quoque in Romana ecclesia, que magistra est omnium ecclesiarum, inpermissa servatur, ita ut nullus sacerdos maiori suo et minuente consacerdote cuiuslibet rei benedictionem dare inveniatur. Sed anterior stans ad pronuntiandum aliquam lectionem, benedictionem quidem postulat, sed ei quilibet inferior non audet benedicere. Cur hoc? Numquid benedicere peccatum est? Absit. De maledicis enim non benedicis dicit apostolus, quod regnum Dei non possidebunt. Sed per hoc innuitur, quod ecclesiastice censure freno inferiores quoque a suis prepositis iudicandi et cohercendi sunt. Idem Michaeli imperatori. **De eodem.**

Nunc autem divina inspiratione non nos pigebit, nec nobis impossibile erit ostendere vobis, si tamen audire velitis, non posse quemquam rite ab his qui inferioris dignitatis vel ordinis sunt iudicialibus submitti diffinitionibus. Siquidem tempore Diocletiani et Maximiani Romanorum augustorum Marcellinus episcopus urbis Rome, qui postea insignis martyr effectus est, adeo compulsus est a paganis, ut templum eorum ingressus grana thuris super prunas imponeret. Cuius rei gratia collecto numeroso concilio episcoporum et inquisitione facta, hoc idem pontifex se egisse confessus est. Nullus tamen eorum proferre sententiam in eum ausus est, dum ei sepissime omnes dicerent: Tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio. Noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam. Et rursum: quoniam ex ore tuo iustificaberis, aut ex ore tuo condempnaberis. Iterum dicunt: prima sedes non iudicabitur a quoquam. Item in eadem. Sed et cum quidam tempore quondam Sixti pape temptassent quidam mali rumoris obicere, et in concilio cum Valentiniano augusto interdictum fuisse non licere adversus pontificem sententiam dari, surrexit inde prout imperator et in arbitrio presentium pontificali

tribuit iudicare suum iudicium. Et cum nullus pontificum minorum vel inferiorum urbium subactus iudiciis invenitur. Item Nicholaus papa. **Maiores a minoribus iudicari non possunt.**

Submittitur ignavi minorum inferiorum et subiectorum deliberationibus et contra sacris canonibus pater[n]is ... exemplis sanctorum patrum semper ubi maior est auctoritas eundum est, ut in omnibus controversiis ad potioris sedis iudicia actio dirigatur. Quod non solum a catholicis verum etiam ab ipsis constat observatum esse hereticis. Alioquin acephalum constat esse concilium, ubi de tanta persona agitur et maiorum non expectatur sententia. Et nec in clericorum etiam inferioris gradus solius episcopi sui iudicium tantum postulandum sit, nisi suorum clericorum presentia fulciatur. Idem Michaeli imperatori. **Minorum sententia maiores dampnari non possunt.**

Tamen hanc presumptionem sancti patres apud Calcedonem detestati sunt, ut Dioscorum Alexandrinum antistitem non ceteros temerario potissimum sine ulla restitutione dampnaverit, quia potentibus in celum os suum, lingua eius transeunte super terram, excommunicationem in sanctum Leonem papam dictavit, ita ut in sententia eius ipsa in plana hec videatur memorare prepue dicentes: quoniam sedis excessibus prepue priorem iniquitate valde transcendit. Preterea super enim excommunicationem dictare est adversus sanctissimum et beatissimum archiepiscopum magne Rome Leonem et cetera. Numquid ibi legitur inquisitionem fuisse factam, utrum iuste Dioscorus prefatam excommunicationem dictasset? Non plane, sed absque omni controversia verum in eo utique sunt, quia cum esset inferior, potiorem quibuslibet conatus est lacessere iniuriis. Teste Anatholio Constantinopolitano presule, qui dicit propter fidem non est dampnatus Dioscorus, sed quia excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni.

Quia ergo maior a minori iudicari non debet, videndum est, que inter ceteras ecclesias primum locum sedium teneant obtineat. Romana ecclesia, sicut iam supradictum est, primum locum inter ecclesias obtinet. Alexandrina ecclesia secundum. Antiochena ecclesia ab ea tertium accepit. Unde Nicholaus papa scribit Mediolanensibus. **Romana ecclesia inter ecclesias primatum obtinet.**

Te corpus per ... dies iacuit inhumatum. nocte sequenti apparuit Petrus Marcello pape qui successit ei corpus Marcellini sepelire se et sepelivit eius secus pedes Petri.

h Marcellinus ... ut ... legitur quod concilio congregato confessus est quod fecerat et inde tulit sententiam depositionis et veniens coram ... confessus est se sepulturam et excommunicavit quicumque eum post mortem sepeliret. sed invenitur quod ... sententia qua precepit corpus suum non sepeliri continet errorem ... nulla debebat esse ut ... de sen. ex. per tuas. si quis ... quod corpus suum non sepelliretur preceptum non adimplendum ... fide ... tam precepta ... potuit se excommunicare ... deponere ... nec ... eodem ... innotuit ... non fuit sententia quam tulit. sed que ... interpretatio ... fuit ... dicunt ... alii ... dicunt ... alii quod sepultus fuit post ... es post mortem ... quia ... non depositus ... confessus ... xl. di. Si papa ... b. Si papa ... corrigi ... ipse sibi ...

[MARG] h/st

Marcellinus legitur in gestis Romanorum quod cum Marcellinus pontifex ... sacrificasset ydolis sic ei ... convenerit ... episcoporum numero ... cum lacrimis et gemitu ... se ... confessus est ... sepatinum obedire quicquid imponeretur eis ... dixerunt collige causam tuam in sinu tuo ... ore te iudico ... audiens ... sententiam. Ego Marcellinus ... ydolatrie quod infelix commisi iudico me deponendum ... anathema ... illos qui meum corpus tradiderint ecclesiastice sepulture ... ad ... ultro professo ... capitalem suscepit sententiam cuius ...

a Cum ... casus ... Constantinopolitanus patriarcha ... alterum ... patriarcham et Antiochenum excommunicavit et deposuit quod sibi non ...

i XXII. ... Antiochenum ... Concilio ... depositus ... dicit apostolus ... non debebit ... deponere ... fecit ... presbiteros ... b.

i Cum ... absolutus ... conditionali ... fuisset absoluta non reliquisset ut ... presbiteros ... b.

k Et concilio. argumentum quod aliquis potest ... ii. ... arbitrator ... contentiosa non potest ... voluntaria ... b.

l Submittatur ... argumentum ... argumentum tamen ... ii. ... q. ... vii. q. ii. questa ... non ... menius. ... solus episcopus ...

m inferioris ... xv. q. vii. ... ibi dicitur quod episcopus ... ibi ... clericis et alii ... xv. q. vii. ... nullus. b. ... conquerebatur Achatius ...

Omnes sive patriarche in cuiuslibet apicem, sive metropoleon primatus, aut archiepiscopatuum cathedras, vel ecclesiarum cuiuscumque ordinis dignitatem instituit Romana ecclesia. Illam vero solus ipse fundavit, et super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro eterne vite clavigero terreni simul et celestis imperii iura commisit. Non ergo quelibet terrena sententia, sed illud verbum quo constructum est celum et terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundavit ecclesiam. Illius certe privilegio fungitur, eius auctoritate fulcitur. Unde non dubium est, quia quisquis cuilibet ecclesie ius suum detrahit, iniusticiam facit. Qui autem Romane ecclesie privilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in heresim labitur; et cum ille notetur iniustus, hic est dicendus hereticus. Fidem quippe violat qui adversus illam agit, que est mater fidei, et illi contumax invenitur, quem eiusdem ecclesie prefuisse cognoscit. Unde sanctus Ambrosius in omnibus sequi magistram sanctam Romanam ecclesiam profitetur.

Item Anacletus sanctus ibidem. **Non ab apostolis sed ab ipso Domino Romana ecclesia primatum accepit.**

Sacrosancta Romana et apostolica ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso Domino salvatore nostro primatum obtinuit. Sicut beato Petro apostolo dixit: Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam etc. usque solutum et in celo. Adhibita est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi apostoli Pauli vasis electionis, qui una die, unoque tempore cum Petro gloriosa morte coronatus est, et ambo sanctam Romanam ecclesiam consecraverunt, atque aliis omnibus urbibus in universo mundo eam sua presentia atque venerando triumpho pretulerunt. Et licet pro omnibus apud Deum assidua effunderetur omnium sanctorum oratio, his tamen verbis beatissimus Paulus Romanis proprio chirographo pollicetur dicens: Testis michi est Deus, cui servio in spiritu meo in evangelio filii eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Prima ergo sedes est celesti beneficio Romana ecclesia, quam, ut memoravimus, beatissimi Petrus et Paulus martirio suo consecraverunt. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco eius discipulo atque evangelista consecrata est. Tertia vero sedes apud Antiochiam eiusdem beatissimi apostoli nomine habetur honorabilis, quia illic priusquam Romam veniret habitavit, et Ignatium episcopum constituit, et illic primum nomen Christianorum exortum est. Et post pauca: Inter beatissimos apostolos quedam fuit discretio, et licet omnes apostoli essent, Petro tamen a Domino concessum est, et ipsi inter se idipsum voluerunt, ut reliquis omnibus preesset apostolis, et Cephas, id est caput et principium teneret apostolatus. Qui et eandem formam suis successoribus et reliquis apostolis episcopis tenendam tradiderunt. Ceterum solum hoc non novo est constitutum, sed et in veteri fuit. Unde scriptum est: Moyses et Aaron in sacerdotibus eius, id est principes inter eos fuerunt. Et post pauca: Hec vero apostolica sedes caput et cardo, ut prefatum est, a Domino et non ab alio constituta est; et sicut cardine hostium regitur, sic huius sancte sedis apostolice auctoritate omnes ecclesie Domino disponente reguntur.

Hac auctoritate Alexandrina ecclesia secundum a prima locum habere censetur. Set postea in Constantinopolitana sinodo ecclesia Constantinopolitana secundum a sede apostolica locum accepit. Unde in eadem sinodo ita constitutum est.

Secundum a Romano pontifice Constantinopolitanus episcopus obtinet locum.

Constantinopolitane civitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum, propter hoc quod sit nova Roma.

Item Gregorius Iohanni episcopo Siracusano. **Apostolice sedi Constantinopolitanam constat esse subiectam.**

De Constantinopolitana ecclesia quod dicit, quis dubitet eam sedi apostolice esse subiectam? Tamen si quid boni vel ipsa vel altera habet, ego et minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus enim est, qui in eo primum se existimat, ut bona que viderit discere contempnat.

Item eidem Constantinopolitano. Nam quod primas Bizantenus sedi apostolice se dicat subici, si qua culpa in episcopis invenitur, nescio quis ei subiectus non sit. Cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis equales sunt.

Item Gelasius papa Constantinopolitanis episcopis. **Constantinopolitanus episcopus auctoritate Romana deponitur.**

Qua traditione maiorum apostolicam sedem in iudicium vocant? An sedis secunde antistites et tercie ceterique, qui suo sibi consortio sacerdotio depelli debuerunt, et qui extiterunt religionis inimici depelli non debuerunt? Videantur ergo si alios habent canones, quibus suas ineptias vel nequitias exequantur. Ceterum isti, qui sacri, qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem apostolicam ad iudicium vocare non

a Est sic. p̄ ronice dic. ... pe gelasiu constant. ec. nō hūit sūi locum. romi ne nel nisi ...
b Nullum nomen q̄ ... uocat' p̄p̄ hesim ibi statuit. an. xv. di. c. eos n̄ obstat. ex decret.
q̄ obligentiam. b.

[illegible]

c Renovantes similia sī mile priuilegium hēt in quibus quadripart. appellatur ... [illegible]

d Prius q̄ sic ergo ... [illegible]

D. XXIII

[illegible]

e Diffinimus ierosol ... patriarch. ... [illegible]

f Breviter in hac dist. ... ostendit qualiter sū post ostendit qualiter p̄p̄ debeat eligi et ordinari. secundo qualiter ordinandus debeat in ep̄m examinari. tercio q̄ ep̄i et alii inferiores ordinentur. quarto annectit debitum clericorum et q̄ monachi non debent contingere sacra uasa. ibi nouit beatitudo.

g In nomine. hec sunt uerba innocentii ... [illegible]
h Indicione. i. modo dī spatium trium lustrum. b.
i Patriarche. signo p̄p̄ frequentius residet. b.
k Trapezitas. i. campsores. b.
l Adeo hic tangit latenter qd̄ legitur in cronicis q̄ benedictus ep̄c.

posuit. Constantinopolitane urbis episcopus, qui utique per canones nulla sedes nullum nomen accepit, in ordine recedens prioribus non debuit submoveri. Item ex eodem in VI synodo. Constantinopolitana ecclesia a Romana secundum optinet locum.

Renovantes sancti Constantinopolitani concilii decreta, petimus ut Constantinopolitana sedes similia privilegia que superior Roma habet accipiat; non tamen in ecclesiasticis rebus magnificetur ut illa, sed hec secunda post illam existens, prius quam Alexandrina sedes numeretur. Deinde Antiochena, et post eam Ierosolimitana. Hinc datur intelligi quod Alexandrina ecclesia de secunda sit facta tercia, et Antiochena de tercia sit facta quarta, nisi forte quis duas contendat esse sedes, ut Constantinopolitanam et Alexandrinam, que parem sue dignitatis vellent locum obtinere. Unde in VIII. sinodo legitur: Que patriarchalium sedium primum et deinceps obtineat locum.

Diffinimus neminem prorsus mundi potentium quemquam eorum qui patriarchalibus sedibus presunt inhonorare aut movere a proprio throno temptare, sed prius quidem sanctissimum papam senioris Rome, deinceps autem Constantinopoleos patriarcham, deinde vero Alexandrie ac Antiochie ac Ierosolimorum.

Breviter que inter ecclesiastica officia differentia sit monstravimus. Nunc autem a summo incipientes et usque ad ultimum gradum descendentes, qualiter quisque eorum debeat ordinari, sanctorum auctoritatibus ostendamus. Decretum Nicolai pape de electione Romani pontificis.

In nomine domini nostri et salvatoris Ihesu Christi, ab incarnatione eius anno M. L. VIIII. mense aprili, indictione XII, propositis sacrosanctis evangeliis, presidente quoque reverendissimo Nicolao papa in basilica Lateranensis patriarchii, que cognominatur Constantiniana, considentibus et reverendissimis episcopis, abbatibus, presbiteris, diaconibus, venerabilis pontifex auctoritate apostolica decernens de electione summi pontificis inquit: Novit beatitudo vestra, dilectissimi fratres et coepiscopi, inferiora quoque membra non latuit, defuncto pie memorie domno Stephano predecessore nostro, hec apostolica sedes, cui auctore domino deservio, quot adversa pertulerit, quot denique per symoniace heresis trapezitas repetitis malleis crebrisque tunsionibus subiacuerit, adeo ut columpna dei viventis iam pene videretur nutare, et sagena summi piscatoris procellis intumescentibus cogeretur in naufragii profunda submergi. Unde si placet vestre fraternitati, debemus auxiliante domino futuris casibus prudenter occurrere, et ecclesiastico statui, ne rediviva, quod absit, mala prevaleant, precavere. Quapropter instructi predecessorum nostrorum aliorumque sanctorum patrum auctoritate decernimus atque statuimus, ut obeunte huius Romane ecclesie universali pontifice, in primis cardinales episcopi diligentissima simul consideratione tractantes, mox sibi clericos cardinales adhibeant, sicque reliquus clerus et populus ad consensum nove electionis accedant, nimirum precaventes ne venalitatis morbus aliqua occasione subrepat. Et religiosissimi viri preduces sint in promovenda pontificis electione, reliqui autem sequaces. Certus vero atque legitimus hic electionis ordo perpenditur, si perspectis diversorum patrum regulis sive gestis, etiam illa beati predecessoris nostri Leonis sententia recolatur. Nulla, inquit, ratio sinit ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a provincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Quia vero sedes apostolica cunctis in orbe terrarum prefertur ecclesiis, atque ideo super se metropolitanum habere non potest, cardinales vero episcopi procul dubio metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum antistitem ad apostolici culminis apicem provehant. Eligant autem de ipsius ecclesie gremio, si reperitur idoneus, vel si de ipsa non invenitur, ex alio assumatur. Salvo debito honore et reverentia dilecti filii nostri Henrici, qui inpresentiarum rex habetur, et futurus imperator deo concedente speratur, sicut iam sibi concessimus, et successoribus illius, qui ab apostolica sede personaliter hoc ius impetraverint. Quod si pravorum atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura et sincera atque gratuita in urbe fieri non possit electio, cardinales episcopi cum religiosis clericis catholicisque laicis, licet paucis, ius potestatis obtineant eligere apostolice sedis pontificem ubi c

I Qui successit simplicius electus sed ... pontificatum et fes ē p̄p̄. Io. sabin. ep̄s per pecuniam cui impositum ē nomen siluester. iste ē ... deiectus et ... et restitutus ... electus ... iohannem archip̄b ... portalatin ... nomen ... [illegible]

m Casibus. ... [illegible]

n Tractantes. ... [illegible]

o Religiosi. i. ep̄i cardinales.

p Preduces. ... [illegible]

q Nulla. ... [illegible]
r Funguntur. ... [illegible]

s Gremio ergo ... [illegible]

sunt corpore uiciati uel aliq. hūit impedimentum ... [illegible] ... nobis. b.

personaliter. ex his verbis apparet personale privilegium hic fuisse et id. ... non prorogari ... et item et viii. q. i. petisti. et viii. q. i. licet. etiam. b.

quod dicitur ordinandus est consecrandus est tunc est scrutinium faciendum ... ista examinatio non est facienda nisi circa ignotos. ... de petro ...

gnuerit. plane postquam electio fuit facta. Sed bellica tempestas. vel qualiscumque hominum conatus malignantis studio restiterit. ut is qui electus est in apostolica sede iuxta consuetudinem inthronizari non valeat. electus tamen sicut verus papa auctoritatem optineat regendi romanam ecclesiam et disponendi omnes facultates illius. quod beatissimum gregorium ante suam consecrationem fecisse cognovimus. Quod si quis contra hoc nostrum decretum sinodali sententia promulgatum per seditionem aut presumptionem aut quolibet ingenio electus aut etiam ordinatus seu inthronizatus fuerit. auctoritate divina et sanctorum apostolorum petri et pauli perpetuo anathemate cum suis auctoribus fautoribus sequacibus a liminibus sancte dei ecclesie separatus abiciatur. sicut antichristus et invasor et destructor totius christianitatis. nec aliqua super hoc audientia aliquando ei reservetur. sed ab omni ecclesiastico gradu in quocumque fuerat prius sine retractatione deponatur. cui quisquis adheserit. vel qualemcumque tamquam pontifici reverentiam exhibuerit. aut in aliquo illum defendere presumpserit pari sententia sit mancipatus. Quisquis huius nostre decretalis sententie temerator extiterit. et romanam ecclesiam sua presumptione contra hoc statutum confundere et perturbare temptaverit. perpetuo anathemate atque excommunicatione dampnetur. et cum impiis qui non resurgunt in iudicio deputetur. omnipotentis dei scilicet iram sentiat. et sanctorum apostolorum petri et pauli. quorum presumit ecclesiam confundere in hac vita et in futura furorem semper sentiat. Fiat habitatio eorum deserta. et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Fiant filii eorum orphani et uxores eorum vidue. Commotus amoveatur ipse atque filii eius. et mendicent. et eiciantur de habitationibus suis. Scrutetur fenerator omnem substantiam eius. et diripiant alieni labores eius. Orbis terrarum pugnet contra eum. et cuncta elementa sint ei contraria. et omnium sanctorum quiescentium merita illum confundant. et in hac vita super eum apertam vindictam ostendant. Observatores autem huius nostri decreti omnipotentis gratia protegat. et auctoritas beatorum apostolorum petri et pauli. ab omnium peccatorum vinculis absolvat.

Episcopi vero et ceteri ordines in sacris constituti qualiter ordinari debeant primum ex auctoritate carthaginensis concilii. quarto. cui interfuit augustinus. tempore honorii augusti ostendamus. ab eorum examinatione incipientes.

Qualiter sit examinandus qui in episcopum eligitur.

Qui episcopus ordinandus est. ante examinetur. si natura sit prudens. Si docibilis. si moribus temperatus. si vita castus. si sobrius. si semper suis negotiis cavens. si humilis. si affabilis. si misericors. si litteratus. si in lege domini instructus. si in scripturarum sensibus cautus. vel acutus. si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus. et ante omnia. si fidei documenta verbo simpliciter asserat. id est patrem et filium et spiritum sanctum unum deum esse confirmans. totamque trinitatis deitatem coessentialem et consubstantialem et coeternalem et coomnipotentem predicans. si singulares quasque in trinitate personas plenum deum. et totas tres personas unum deum. si incarnationem divinam non in patre neque in spiritu sancto factam. sed in filio tantum credat. ut qui erat in divinitate dei patris filius. deus verus ex patre esset. et homo verus ex matre carnem ex matris visceribus habens. et animam humanam rationalem simul in eo utrasque naturas id est deum et hominem. una persona. unus filius. unus christus. unus dominus creator omnium que sunt et auctor. dominus et creator cum patre et spiritu sancto omnium creaturarum. qui passus sit pro salute nostra. vera carnis passione mortuus. vera corporis sui morte resurrexerit. vera carnis sue receptione. et vera anime resumptione in qua veniat iudicare vivos et mortuos. Querendum est etiam ab eo. si novi et veteris testamenti. id est legis et prophetarum et apostolorum. unum eundemque credat auctorem et deum vivos et mortuos iudicaturum. et si diabolus non per conditionem. sed per arbitrium factus sit malus. Querendum est etiam ab eo si credat huius quam gestamus carnis et non alterius resurrectionem. si credat iudicium futurum et recepturos singulos pro his que in carne gesserunt. vel penas. vel premia. Si nuptias non prohibeat. si secunda matrimonia non dampnet. si carnium perceptionem non dampnet vel culpet. si penitentibus reconciliatis communicet. si in baptismo omnia peccata. id est tam illud originale peccatum contractum. quam illa que voluntarie admissa sunt dimittantur. Si extra catholicam ecclesiam nullus salvetur. Cum in his omnibus examinatus inventus fuerit plene instructus. tunc cum consensu clericorum

a His igitur lege spectaculis nisi tempore [illegible] ... non oportet [illegible] presbiteri. non oportet. c Prodigia. [illegible]

b Conuiuia. [illegible] ... et cotidie [illegible] debet [illegible]

[illegible]

et laicorum et consensu totius prouincie episcoporum maximeque metropolitani uel auctoritate uel presentia ordinetur episcopus. Susceptio in nomine Christi episcopatu non sue delectationi, sed nec suis motibus, sed hiis patrum diffinitionibus acquiescat. Item Ysidorus de uita clericorum. Qualis debeat esse clericorum conuersatio.

His igitur lege patrum cauetur, ut a uulgari uita seclusi a mundi uoluptatibus se abstineant, non spectaculis, non pompis intersint. Conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica, sed et sobria colant. Usuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationibus lucrorum non fraudibus cuiusquam studium appetant. Amorem pecunie, quasi materiem cunctorum criminum fugiant. Secularia officia negotiaque abiciant. Honoris gradum per ambitionem non suscipiant. Pro beneficiis disciplinae dei munera non accipiant. Dolos et coniurationes caueant. Odium, emulationem, obtrectationem atque inuidiam fugiant. Non uagis oculis, non effrenata lingua aut petulanti tumidoque gestu incedant, sed pudorem atque uerecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant. Obscenitatem etiam uerborum et operum penitus exsecrentur. Uiduarum et uirginum frequentationes fugiant. Contubernia extranearum feminarum nullatenus appetant. Castimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant, aut certe unius matrimonii uinculo federentur. Senioribus quoque debitam prebeant obedientiam, neque ullo iactantie studio semetipsos attollant. Postremo doctrine, lectionibus, psalmis, ymnis, canticis, exercitio iugiter incumbant. Tales enim esse debent, qui diuinis cultibus sese mancipandos student, scilicet ut dum scientie operam dant, doctrine gratiam populis ministrent. Item Clemens. Qui digne sacramenta tractare non ualent, ad ministerium non eligantur diuinum.

Tales ad ministerium eligantur clerici, qui digne possint dominica sacramenta tractare. Melius est enim domini sacerdotum paucos habere ministros, qui possint digne opus dei exercere, quam multos inutiles, quo honus grauem ordinatori adducant. Item ex concilio Carthaginensi quarto.

Tunc electo episcopo aliquid obicitur, v. uel vi. episcopi ad eius purgationem ueniant.

Illud statuendum est, ut quando ad eligendum episcopum conuenimus, si qua contradictio fuerit oborta, quia talia sunt facta sunt sepe apud nos, non presumant ad purgandum eum qui ordinandus est tres tantummodo, sed postulentur ad numerum supradictorum v. uel vi. et in eadem plebe cui ordinandus est discutiantur primo persone contradicentium, postremo etiam illa que obiciuntur pertractentur, et cum purgatus fuerit sub conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc decretum sanctitatis uestre animo concordat roboretur uestre dignitatis responsione. Ab uniuersis episcopis dictum est: Satis placet. Item ex concilio Toletano xi. Uota sue promissionis spondeant, quos ecclesiastica promouet disciplina.

Quamquam omnes qui sacris mancipantur ordinibus canonicisque regulis teneantur astricti, expositione tamen est, ut promotionis sue uota sub cautione spondeant, quos ad promotionis sue gradus ecclesiastica prouehit disciplina. Solet enim plus timeri quod singulariter pollicetur, quam quod generali sponsione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, ut unusquisque qui ad ecclesiasticos gradus est accessurus, non ante honoris consecrationem accipiat, quam placiti sui innodatione promittat, ut fidem catholicam sinceritate cordis deuotione custodiens, iuste et pie uiuere debeat, et in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat, atque ut debitum per omnia honorem atque obsequium sue reuerentie prepositis suis unusquisque dependat, iuxta illud Leonis pape edictum: Qui se scit aliquibus esse prepositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum, sed obedientiam quam exigit etiam ipse dependat. Pena tamen iuxta ecclesiastice consuetudinis morem et placitis talium inferenda et ab hiis qui transgressores fuerint persoluenda est. De hiis disponitur, qualiter ecclesiastica officia ordinentur. Qualiter ordinetur episcopus. in eodem.

Episcopus cum ordinatur, duo episcopi ponant et teneant euangeliorum codicem super caput et ceruicem eius, et uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes episcopi qui adsunt manibus suis caput eius tangant. Qualiter ordinetur presbiter. in eodem.

Presbiter cum ordinatur, episcopo eum benedicente et manum super caput eius ponente, etiam omnes presbiteri qui presentes

[illegible]

m Ad eligendum. [illegible]
n Oborta. [illegible]
o Purgandum. [illegible]
p [illegible]
q Tantummodo. [illegible]
r In eadem plebe. [illegible]
s Plebe. [illegible]

[illegible]

b Transgressores. [illegible]

a. Post collectam. conficiunt quem admodum libet istorum episcoporum ordinet episcopum et an appositio h[ui]us manus sit de substantia consecrationis, sed dico quod nullus solus consecrat sed quilibet eorum cum consecrat, quod consecrare est cum alio sacrare. ut xxviii. q. i. pute[?]

p. Quod siquis imperitiores minus intelligant et cetera. ut ex. c. cum in sententia. b. Sed quomodo tamen clerici communiter posuisse dicuntur, cum hic dicitur quod duo sacramenta imperfecta efficiunt unum perfectum, et hic idem quod sacramenta tamen sunt mutatis et cetera.

sunt; manus suas iuxta manus episcopi super caput eius teneant.

§ Sicut autem in die ordinationis sue sacerdos orario utroque humero ambitur, ita tempore consecrationis eodem orario instituendus debet. Unde in Bracarensi concilio legitur:

Quod quisque accipit tempore consecrationis, ferat tempore oblationis.

Ecclesiastica institutione legibus prefixum est, ut omnis sacerdos cum ordinatur orario utroque humero ambiatur, scilicet ut qui imperturbatus precipitur consistere inter prospera et adversa, virtutum semper ornatu utroque circumseptus appareat humero. Qua ergo ratione tempore sacrificii non assumitur, quod se in sacramento accepisse non dubitatur? Proinde modis omnibus convenit, ut quod quisque percepit in consecratione honoris, hoc retineat et in oblatione vel perceptione sue salutis. Scilicet ut cum sacerdos ad sollempnia missarum accedit, aut per se deo sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi sumpturus, non aliter quam orario utroque humero circumseptus, sicut et tempore ordinationis sue dinoscitur consecratus, ita ut de uno eodemque orario cervicem pariter et utrumque humerum premens signum in suo pectore preferat crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debite subiacebit.

Dalmaticis autem nec episcopi nec archidiaconi absque apostolica licentia uti permittuntur. Unde Gregorius Aregio episcopo scribit:

Absque apostolica licentia nec episcopis nec archidiaconibus uti licet dalmaticis.

Communis filius diaconus Cyprianus nobis innotuit, quod fraternitas vestra tempore quo hic fuit poposcerit, ut sibi et archidiacono suo utendi dalmaticas licentiam preberemus. Sed quia hominum suorum instantia compulsus festinanter abscessit, ut non ipse merito inveniens, dummodo ut dignum erat et res desiderata poscebat, sinceritate permanente, et nos in multis implicatos ut exhiberi debuit consideratio. nonnullum hoc inconsulte et subito non permisimus indulgeri. Iterato postulante, ne prolongatus effectus esset, nunc dum caritatis tue bona revocavimus ad animum, huius auctoritatis nostre serie petita concedimus, atque te et archidiaconum tuum dalmaticarum usu decorandos esse concessimus, easdemque dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate deferente transmisimus.

Qualiter ordinatur diaconus.

Diaconus cum ordinatur, solus episcopus qui eum benedicit manum super caput illius imponat, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

Queritur autem, an post benedictionem manus presbiterorum et diaconorum crismatis liquore debeant ungi. De hiis ita scribit Nicholaus papa Rodulpho Bituricensi archiepiscopo:

Nec presbiteris nec diaconibus in consecratione manus unguntur.

Porro sciscitaris utrum solis presbiteris an et diaconibus debeant, cum ordinantur, manus crismatis liquore perungi. Quod in sancta Romana ecclesia, cui auctore deo deservimus, nequaquam agitur. Sed quod sit a nove legis ministris actum, nusquam, nisi nos fallat oblivio, legimus. Ergo ad beati Innocentii pape canonica decreta, que sanctitati tue transmisimus, et que tibi sunt in consecrationibus et ordinationibus observanda, principia pagine ad decentium Eugubinum episcopum misse recapitare debebis.

Item queritur an eorum ordinatio sit rata habenda, quibus episcopus oculorum languore impeditus manum imponit, et presbiter super eos orationem dicit. De hiis ita statutum est in concilio Toletano:

Rata est ordinatio diaconorum, super quos presbiter, dum episcopus manum imponeret, et aliis orationem diceret.

Quorundam clericorum dum unus ad presbiteratus honorem, duo ad leviticum ministerium sacrarentur, episcopus oculorum dolore detentus fertur manum suam tantum super eos posuisse, et presbiter quidam illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse. Sed quia iam ille examini divino relictus humano iudicio accusari non potest, hii qui supersunt gradum sacerdotii vel leviticii ordinis, quem per se adepti sunt, amittant. Item.

Qualiter ordinetur subdiaconus.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de manu episcopi vacuam accipiat, et calicem vacuum. De manu vero archidiaconi accipiat urceolum et aquam manile et manutergium. Item.

Qualiter ordinetur acolitus.

Acolitus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda ecclesie luminaria mancipari. Accipiat et urceolum vacuum ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi. Item.

Qualiter ordinetur exorcista.

Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi

b. Ecclesiastica. orarium id est stola. b.

c. Corporis. nota quod sine negligentia sumit sacerdos eucharistiam nec cantabit sine stola utrumque humerum. b.

d. Cervicem. et cum sacerdos legit evangelium quando non est diaconus, utitur stola sicut diaconus. ut quod sic. di. xxiii. precipimus. xxiiii. di. i. et ii. Sacerdos secundo consuetudinem. xxiii. di. sed sola in domibus maxime in his que breviter dicta sunt a priore. secundo inventis in spi. i. a. et c. b.

e. Communis. fuit ille diaconus.

f. Fuori [?] nota quod si propter infirmitatem suo[rum] aliquis potest se excusare sic propter timorem suum. ut extra de appellationibus. item nota quod propter tempus et locum aliquis excusatur. ut hic et lxxxi. di. quorundam. xxxv. ex de violentia. ubi dilectus et cetera. Io.

g. Nonnullum. nota quod ea que de novo petuntur non sine magna deliberatione conceduntur. ut hic et lxi. q. i. impossibile maxime. Item ecce quod olim in agnitionem tunc talis et solet tractari. ut xcix. di. quod apostolice quoniam inter nobis consuetudines, cum desiderie esse nostris in ii. de consuetudine prima. in iii. et nono c. iii. diaconi cum dalmatica et [?]

h. Diaconus cum ordinatur solus sacerdos autem imponunt manus etc. presbiteri astantes tonsi et presbiteri. sacerdotis oleo inungitur similiter brachium.

i. Crismatis. manus humerum principis sed manus et caput episcopi inungitur crismate. ut extra de sacra unctione cum venisset. insuper hinc assignatur. xvi. di. q. i. ecce sufficienter libro. quod manus episcopi et sacerdotis consecratur oleo sed non crismate. ut dicitur. si autem aliquis est inunctus oleo presbiteri vel crismate ordinatus est sed suppleri debet ideo quod omnis est ut extra de sacra unctione pastoralis. b. stola inter in pectore suo. unde Urbanus dicit quod non

k. Calce [?]. nota ergo quod repetuntur presbiterum qui interest uxor simul possit suscipere presbiteri. xxvii. q. ii. quamvis et tum antecessor eius Leo illud prohibuerat. di. xxvii. non plus et hec dicendo quare autem dicit quod presbiter stola intra in pectore suo ut eo teste omnium. dum est in [?] precatum quod stola in presbiteram potius nam et

m. Non posset. quia clericus morte extinguitur et nullus post mortem potest accusari. ut xviii. q. i. c. ultimo. col. [?] quia ad sua iam mortem sibi q. i. lxi. c. et xxiii. q. ii. amonet et nisi communicetur. et cetera. xxiii. q. i. sane. vel si aliquis hereticos in stituit sibi heredes vel est de heretico si quis est vel sit in notorio et decessit. ut xxiii. di. ut extra xxiii. q. v. placuit. presbiteri sicut non n. xviii. q. i. in finem.

n. Amittant. sed nunquid tamen receperunt ecclesiasticum aliquis consensum quod nisi sic fuit. ut c. q. vi. q. xxiii. q. iii. consilia. nus. b.

o. Subdiaconus. ab hoc loco usque ad finem distinctionis ponitur causa quod hec plana est. b.

p. Manus impositionem. i. non est consecrationem sed ordinationem. b.

q. Accipit. impositionem. id est unctionem quam manus imponitur super caput subdiaconi vel sacerdotis sed imponitur manus super primum huiusmodi impositio manus est quod ordinatio et sic non obstat quod in m. ii. xxii. di. quod ibi dicitur quod et lectori manus imponitur.

r. Acolitus cum ordinatur ceroferarium i. candelabrum. b.

s. Accendenda. nota in lampadibus sed cum legitur evangelium. ut xxv. di. clericos. b.

t. Urceolum. ad vinum in eucharistiam. i. in calicem. b.

a Exorciste. energuminos. energumini dicuntur lunatici ... dicti ab en quod est in et ergon quod est labor et mene quod est defectus. b.

r sacratos, id est non sacros. s Non liceat portare, impressione et notat ...

... presentibus maxime nec absentibus quod cum pertinebit quis nisi mutatur ... b.

dicitur ei ab episcopo. Accipe et commenda memorie, et habeto potestatem inponendi manus super energuminos siue baptizatos siue cathecuminos. Qualiter ordinetur lector. Lector cum ordinatur, faciat de illo uerbum episcopus ad plebem, indicans eius fidem, ac uitam, ac ingenium. Post hec spectante plebe tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicens: Accipe et esto relator uerbi dei, habiturus si fideliter et utiliter impleueris officium partem cum eis qui uerbum dei ministrauerunt.

Item. Qualiter ordinandus sit hostiarius. Hostiarius cum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo dei debeat conuersari, ad suggestionem archidiaconi, tradat ei episcopus claues ecclesie de altario, dicens ei: Sic age, sicut reddituris deo rationem pro his rebus que his clauibus recluduntur. Idem.

Psalmista, id est cantor. Qualiter ordinetur psalmista. Potest absque scientia episcopi sola iussione presbiteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbitero: Vide ut quod ore cantas, corde credas, et quod corde credis, operibus comprobes.

Clerici comam nutrire prohibentur, quia caput desuper in modum spere rasum esse debet. Unde Anicius papa. Clerici comam nutrire prohibeantur.

Prohibete fratres per uniuersas regiones, ut clerici iuxta apostolum comam non nutriant, sed desuper caput in modum spere radant. Item ex concilio Agathensi. De eodem.

Clerici qui comam nutriunt ab archidiacono, etiam si noluerint, inuiti detondeantur. Vestimenta etiam uel calciamenta eorum, nisi que religionem deceant, uti aut habere non liceat. Sanctimonialis quibus uestibus est induta, in eisdem consecranda est.

Sanctimonialis uirgo cum ad consecrationem suo episcopo offertur, in talibus uestibus applicetur, qualibus semper usura est professioni et sanctimonie aptis. Vasa sacra et uestimenta altaris mulieres deo dicate contingere et incensum circa altaria deferre prohibentur. Unde Sother papa episcopis Italie. Vestimenta sacra altaris et uasa sacra mulieres tangere prohibentur.

Sacratas deo feminas uel monachas sacra uasa uel sacratas pallas penes uos contingere, et incensum circa altaria deferre, perlatum est ad apostolicam sedem.

Que omnia reprehensione et uituperatione plena esse nulli recte sapientium dubium est. Quapropter huius sancte sedis auctoritate hec omnia uobis resecare funditus quantocius poteritis censemus; et ne pestis hec latius diuulgetur, per omnes prouincias abstergi citissime mandamus. Item ex concilio Laodicensi. Sacrarium subdiaconibus ingredi non licet.

Non oportet subdiaconos licentiam habere in secretarium siue sacrarium, quod greci diaconicum appellant, ingredi et contingere uasa dominica. Item ministrum non oportet orarium uti, nec hostia derelinquere.

Item non oportet lectores aut psalmistas orarium uti, et sic legere aut psallere.

Item ex concilio Carthaginensi quarto. Mulierem in conuentu uiros docere non permittitur.

Mulier quamuis docta et sancta, uiros in conuentu docere non presumat. Laicus autem presentibus clericis, nisi ipsis rogantibus, docere non audeat. Item ex concilio Agathensi. Ministris non sacratis uasa sacra contingere non licet.

Non oportet insacratos ministros licentiam habere in secretarium, quod greci diaconicum appellant, ingredi et contingere uasa dominica. Item ex concilio Bracarensi .v. de eodem. Cuilibet ex lectoribus uasa sacra altaris portare non licet.

Non liceat cuilibet ex lectoribus sacra uasa altaris portare, nec aliis nisi his qui ab episcopo subdiaconi sunt ordinati. Item ex concilio Martini pape de eodem. Ex lectoribus uasa sacra portare cuilibet non licet, et ut di[...] comam non nutriant.

Non liceat cuilibet mistico uasa tangere nisi subdiacono aut acolito in secretario, id est uasa dominica.

Non oportet clericos comam nutrire et sic ministrare, sed attonso capite, patentibus auribus, et secundum Aaron talarem uestem induere, ut sit in habitu ornato. Idem. Qualiter sponsus et sponsa sint benedicendi.

Sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis uel a paranimphis offerantur. Qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in uirginitate permaneant.

Qualiter episcopus sit examinandus, qualiter episcopi simul cum reliquis infra ipsum constitutis sint ordinandi, breuiter monstratum est. Nunc autem uidendum est de sacerdotibus et reliquis, an sine examinatione sint promouendi. De his itaque scribit apostolus ad Timotheum.

D. XXIIII

ut .lxxxi. statuimus. [et] lxxxi. di. c. ult. [illegible] et officium archid. et representat [illegible] a. qui et sacerdotes tum hoc intelligitur de aliis ordinandos et abbatissas ponere in sede ut et de officio archid. ut infra et est ar. ad hoc .xxi. p. t. host

P. ordinatum [illegible] si primo fuit criminosus intelligas de maiori crimine. quod si quis in minori crimine existens ordinatur, sic punitur. nam deponitur set imponitur ei pena ut l. di. c. lxxxiii. di. presbiter. et de pe. et re. quia est in.

Manus cito nemini imposueris, et nichil sine preiudicio facias, in alteram partem declinando. Item ex concilio Carthaginensi IIII. Nullus clericus nisi probatus ordinetur.

Nullus clericus ordinetur nisi probatus vel examine episcoporum vel populi testimonio. Item Gelasius papa Celestino episcopo. Ad ministerium alicuius ecclesie clerici eiusdem promoveantur.

Presbiteri, diacones per universis clerici Sponensium civitatis. Petronio nobis suggessere porrecto: in ecclesia beati martyris Eleutherii episcopi, que in supradicte civitatis parrochia posita est constructa, presbiterum qui consistebat fatalitate decessisse, atque in eius locum Iulianum diaconem ipsius ecclesie pro celebritate ipsius loci quantocius debere ordinari. Et ideo frater karissime, si de eius vita vel moribus nichil est quod canonum veniat statuta, supradictum presbiterii honore decorabis. Scituris te visitatoris nomine non cardinalis creasse pontificis. Pariter et felicissimum diaconum in eiusdem ecclesie ministerio si consensus et parrochie subrogabis, ut locus processionis celebrium ad ministrorum consecrationem nec sacerdote indigeat nec ministro. Item ex concilio Laodicensi. Metropolitanorum episcoporum examine promoveantur ceteri episcopi.

Episcopi iudicio metropolitanorum et eorum episcoporum qui circa circa sunt provehantur ad ecclesiasticam dignitatem, hii videlicet qui plurimo tempore probantur tam verbo fidei quam recte conversationis exemplo.

Cum itaque sine examinatione nullus sit ordinandus, quemadmodum et quo tempore sacerdotum et ceterorum inferiorum examinatio fieri debeat, ex subiectis considerari potest. De his in concilio Namnetensi sic statutum legitur. Qui ordinandi sunt IIII. feria ad examinationem conveniant.

Quando episcopus ordinationem facere disponit, omnes qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feria IIII. ante ipsam ordinationem evocandi sunt ad civitatem una cum presbiteris qui eos representare debent. Et tunc episcopus a latere suo eligere debet sacerdotes et alios prudentes viros gnaros divine legis et exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, etatem, institutionem, locum ubi educati sunt, si sint bene litterati, si in lege Dei instructi,

ante omnia diligenter investigentur si fidem catholicam firmiter teneant, et verbis simplicioribus non duplicibus asserere queant. Isti autem quibus committitur cura, cavere debent ne aut favoris gratia, aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti a vero deviant, ut indignum et minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, et ille qui indigne accesserit ab altari removebitur, et illi qui donum Sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condempnati, ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur, et sic sabbato qui probati fuerint episcopo representantur.

Colligitur autem ex hoc quod sine clericorum videlicet consilio et populi testimonio nullum episcopus ordinare presumat. Unde in concilio Carthaginensi IIII. legitur: Sine suorum clericorum consilio episcopus clericos non ordinet.

Episcopus sine consilio suorum clericorum clericos non ordinet, ita ut civium conniventiam et testimonium querat.

Queritur quid sit debeat de his qui sine examinatione provecti sunt, post peccata sua confitentur. De his ita legitur in concilio Martini pape. De his qui sine examinatione ordinantur et post ea peccata sua confitentur.

Si quis presbiter aut diaconus sine aliqua examinatione ordinatus est, aut certe cum discutiuntur peccata sua confessi sunt, aut post ordinationem ab aliis convicti abiciantur ex clero. Similiter nos et de universo clericorum ordine sentimus. Nam hoc sibi quod irreprehensibile est sancta catholica defendit ecclesia.

Quod nullus sine examinatione sit ordinandus breviter probatum est. Quid autem ad episcopum, quid ad unumquemque inferiorem pertineat, subiecto declaratur capitulo. Ysidorus Yspalensis episcopus in epistola ad Ludefredum scribit ita dicens: Quid episcoporum vel ceterorum sit officium et universarumque in ecclesia.

D. XXV.

Perlectis sanctitatis tue litteris gavisus sum, quod optatam salutem tue caritatis cognovi. De his autem que in sequentibus insinuare eloquii tui sermo studuit, gratias ago Deo quod sollicitudinem officii pastoralis impendis, qualiterque ecclesiastica officia ordinentur perquiris, et licet omnia prudentie tue sint cognita, tamen quia sincero affectu me consulis, ex parte qua valeo expediam, et de omnibus ecclesie gra-

a. [illegible] annis et sunt inter [illegible] debet examinari [illegible] b. presbiterum [illegible] c. [illegible] d. [illegible] e. [illegible] f. [illegible]

g. sine clericorum [illegible] ubi dicitur quod solus episcopus honorem dare potest, solus auferre non potest [illegible] non excludit clericos suos set alios episcopos [illegible]

h. si quis presbiter confessi [illegible] crimine [illegible] legitur [illegible] quantum ad ordinatos [illegible]

di. l. et lxxxi. [illegible]

i. irreprehensibile. quod minores ordines cum examinatione conferendi sunt [illegible]

k. quod nullus [illegible] ostendit quid pertinet ad unumquemque ordinem. [illegible] ponit regulam apostolicam: oportet episcopum esse sine crimine [illegible] quid sit mortale et quid veniale.

l.

l. perlectis [illegible]

dibus quid ad quemque pertineat eloquar.

Ad hostiarium namque pertinent claves ecclesie, ut claudat et aperiat templum dei, et omnia que sunt intus et extra custodiat, fideles recipiat, excommunicatos et infideles eiciat.

Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter tenere, manusque super energuminos et cathecuminos in exorcizando imponere.

Ad acolitum pertinet preparatio luminariorum in sacrario. Ipse cereum portat, ipse suggesta pro eucharistia preparat.

Ad psalmistam pertinet officium canendi, dicere benedictiones, laudes, sacrificium, officia, responsoria, et quicquid pertinet ad canendi peritiam.

Ad lectorem pertinet lectiones pronuntiare, et ea que prophete vaticinati sunt populis predicare.

Ad subdiaconum pertinet calicem et patenam ad altare Christi deferre, et levitis tradere eisque ministrare. Urceolum quoque et aquamanile et manutergium tenere, episcopo, presbiteris et levitis pro lavandis ante altare manibus aquam prebere.

Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus et ministrare in omnibus que aguntur in sacramentis Christi, in baptismo scilicet, in crismate, in patena et calice, oblationes quoque afferre et disponere in altare, componere etiam mensam Domini atque vestire, crucem ferre, et predicare evangelium et apostolum. Nam sicut lectoribus vetus testamentum, ita diaconibus novum predicare preceptum est. Ad ipsum quoque pertinet officium precum, et recitatio nominum. Ipse premonet aures habere ad Dominum, ipse hortatur clamare, ipse donat pacem, et ipse annuntiat.

Ad presbiterum pertinet sacramentum corporis et sanguinis Domini in altario Dei conficere, orationes dicere, et benedicere dona Dei.

Ad episcopum pertinet basilicarum consecratio, unctio altaris, et confectio crismatis. Ipse predicta officia et ordines ecclesiasticos distribuit. Ipse sacras virgines benedicit. Et dum presit unusquisque in singulis, iste est tamen preordinator in cunctis. Hii sunt ordines et ministeria clericorum, que auctoritate pontificali in archidiaconi cura, et primicerii ac thesaurarii sollicitudine dividuntur. Archidiaconus enim imperat subdiaconibus et levitis, ad quem ista pertinent ministeria: ordinatio vestiendi altaris a levitis, cura in ecclesia et sacrificii necessaria sollicitudo. Quis levitarum ad apostolum vel evangelium legat, quis preces dicat, seu responsoria in dominicis diebus aut sollempnitatibus decantet. Sollicitudo quoque parrochiarum et ordinatio et iurgia ad eius pertinent curam. Pro reparandis diocesanis basilicis ipse suggerit sacerdoti. Ipse inquirit parrochias cum iussione episcopi, et ornamenta vel res basilicarum vel parrochianorum gesta, libertatum ecclesiasticarum episcopo idem refert. Collectam pecuniam de communione ipse accipit et episcopo defert, et clericis proprias partes distribuit. Ab archidiacono nuntiatur episcopo excessus diaconorum. Ipse denuntiat sacerdoti in sacrario ieiuniorum dierum atque sollempnitatum, et ab ipso publice in ecclesia predicantur. Quando vero archidiaconus absens est, vicem eius diaconus sequens adimplet.

Archipresbiter vero se esse sub archidiacono eiusque preceptis sicut episcopi sui sciat, et specialiter ad eius ministerium pertinet. Super omnes presbiteros in ordine positos curam gerere, et assidue in ecclesia stare, et quamdiu episcopi sui absentia exigit, ipse vicem eius missarum sollempnia celebret et collectas dicat, vel cui ipse iniunxerit.

Ad primicerium pertinent acoliti, exorciste, psalmiste atque lectores. Signum quoque dandum pro officio clericorum pro vite honestate, et officium cantandi et peragendi sollicitudo. Lectiones, psalmum, laudes, offertorium, responsoria, quis clericorum debeat dicere. Ordo quoque et modus psallendi in choro pro sollempnitate et tempore. Ordinatio quoque pro luminaribus deportandis. Si quid etiam necessarium fuit pro reparatione basilicarum que sunt in urbe, ipse denuntiat sacerdoti. Epistolas episcopi pro diebus ieiuniorum parrochianis per hostiarios ipse dirigit. Clericos urbis quos delinquere cognoscit, ipse distringat; quos vero emendare non valeat, eorum excessus ad agnitionem episcopi deferat. Ceteri etiam qui sunt extra urbem ad archidiaconi curam pertinent. Basilicanos, id est basilicarum custodes, ipse constituat, quos de hostiariis faciat. Et matriculas ipse disponat, quibus notatur, qui personarum officia singulis peragant diebus vel septimanis pro more ecclesie. Quando autem primicerius absens est, ea que dicta sunt ipse exequatur, qui ei aut loco sui gradus est proximus aut eruditione.

Ad thesaurarium pertinet hostiarii basilicarum ordinatio, mensis preparatio, cura crismatis conficiendi, preparatio baptismi

sterii. circa baptisterium ordinandi. ipsum luminariorum in sacrario et sacrificiis.

Ex hac epistola legitur quid cuiusque officii sit. **Quid ab episcopis aut quid a presbyteris, quid a diaconibus audire oportet.**

Est et alia distinctio episcoporum, presbyterorum, diaconorum, quam facit Clemens in epistola sua dicens: Ita. Audire episcopum attentius oportet, et ab ipso suscipere doctrinam fidei. Monita autem vite a presbyteris inquirere. A diaconibus vero ordinem discipline. Sacerdos quoque utrique humero orario ambitur, diaconus vero sinistro tantum, ut ad ministerium expeditus discurrat. Unde in Toletano concilio IV. legitur: **Quare levita tantum in humero sinistro orario ambitur.**

Oportet levitam gestare in sinistro humero orarium propter quod orat, id est predicat. Dextram autem oportet habere liberam, ut expeditus ad sacerdotale ministerium discurrat.

Nunc autem per singulos gradus ordinem recurrentes, qui ex quibus ordinibus in quos gradus ascendere possint, qui post lapsum valeant reparari, vel in quibus culpis proprio gradu mereantur deici, quo accusante, quibus testificantibus possint convinci, quive sint solvendi vel dampnandi, breviter ostendamus. Ac primum a pontificali gradu incipientes, qualem oporteat eum esse qui in episcopum est ordinandus diligenter investigemus. Apostoli regulam secuti, qui in huiusmodi re Thimotheo in prima scribit dicens: Oportet episcopum irreprehensibilem esse, id est non obnoxium reprehensioni. Hoc ad Thimotheum. Ad Titum autem: Oportet episcopum esse sine crimine. Quod autem ut Ieronimus scribit ad Oceanum est idem. Nomine autem criminis quodlibet et peccatum intelligitur. Unde in eadem epistola Ieronimus dicit: Res pene contra naturam est ut sine peccato aliquis sit. Sed talis eligatur, cuius comparatione ceteri grex dicantur. In epistola vero ad Titum crimen vocatur criminale peccatum vel criminalis infamia. Unde ibi legitur: Crimen est quedam, id est peccatum accusatione et dampnatione dignum. Quod autem sine crimine iubetur esse qui in episcopum eligitur non ante baptisma sed post baptisma intelligendum est, tempore videlicet baptismatis nullius criminis conscientia mentem eius remordeat.

Criminis appellatio aliquando late patet et complectitur omne peccatum quod ex deliberatione procedit.

Unde Beda super epistolam Iacobi: Peccata que ex ignorantia vel infirmitate humana committuntur, dicit ex propria alterutrum confitenda, quia facile dimittuntur. Que vero sunt ex deliberatione non nisi per penitentiam.

Hinc etiam Augustinus ait: Nullum peccatum adeo veniale quod non fiat criminale dum placet. Alias enim decem sufficiunt que semel commissa ad dampnationem sufficiunt.

Multa enim ex deliberatione procedunt, que nisi sepius iterata et in consuetudinem fuerint deducta, quamvis graviora sint post mortem, non tamen criminalia probantur; quia et si quidam ratione crimina appellentur, tamen mortifera et capitalia non sunt. Unde Augustinus in omelia de igne purgatorio exponens verba apostoli: Si quis super hoc fundamentum edificaverit ligna, fenum, stipulam. Multi sunt qui lectionem istam male audientes falsa securitate decipiuntur, dum credunt quod si super fundamentum Christi crimina capitalia edificaverint, peccata ipsa per ignem purgatorium posse purgari, et ipsi postea ad vitam etiam pervenire. Intellectus iste fratres karissimi corrigendus est, quia ipsi se seducunt qui sic sibi blandiuntur. Illo enim transitorio igne de quo dicit apostolus: Ipse salvus erit, sic tamen quasi per ignem, non capitalia sed minuta peccata purgantur. De quibus et si non omnia vel aliqua commemoranda sunt, ne aliquis inaniter excusare conetur et dicat se nescire que sint minuta peccata, que crimina capitalia. Et quamvis apostolus plura capitalia commemoret, nos tamen ne desperationem facere videamur, breviter dicemus que illa sunt. Sacrilegium, homicidium, adulterium, fornicatio, falsum testimonium, rapina, furtum, superbia, invidia, avaritia, et si longo tempore teneatur iracundia, et ebrietas si assidua sit, in eo numero computatur. Quicumque enim aliquid de istis in se dominari cognoverit, nisi digne emendaverit, et si habuerit spatium longo tempore penitentiam non egerit et largas elemosinas non erogaverit, et a peccatis ipsis non abstinuerit, illo transitorio igne de quo ait apostolus purgari non poterit, sed eterna illa flamma sine ullo remedio cruciabitur. Que autem sint minuta peccata, licet omnibus nota sint, tamen quia longum est ut omnia replicentur, opus est ut ex eis vel aliqua nominemus. Quotiens aliquis in cibo et potu plus accipit quam necesse est, ad minuta peccata

a plus tacet. in platis taciturnitas est mortale peccatum ... sic secundum ... Item in aliis est veniale ... de ... mortale peccatum
b ieiunantibus. scilicet non in ... intelligas de ieiunijs ...

Item ... Ex ... a ... negatur ... non plenum ... necessitatis bigamus promoveatur ... quatuor ... qui bigamus non potest promoveri ...

noscitur prius. Quotienscumque plus loquitur quam oportet, plus tacet quam expedit. Quotiens pauperem importune petentem exasperavit. Quotiens cum sit corpore sanus, aliis ieiunantibus prandere voluerit, aut somno deditus tardius ad ecclesiam surgit. Quotiens excepto filiorum desiderio uxorem suam cognovit. Quotiens in carcere positos tarde requisierit, infirmos tardius visitavit. Si discordes ad concordiam revocare neglexerit. Si plus aut proximum aut uxorem aut filium aut servum exasperaverit quam oportet. Si amplius fuit blanditus quam oportet. Si cuicumque maiori personae aut ex voluntate aut ex necessitate adulari voluit. Si pauperibus esurientibus nimium deliciosa vel sumptuosa convivia preparavit. Si se in ecclesia aut extra etiam fabulis ociosis de quibus in die iudicii reddenda est ratio occupavit. Si dum iocamur et incaute iuramus, et cum hoc per aliquam necessitatem implere non potuerimus, utique periuramus. Et cum omni facilitate aut temeritate maledicimus. Cum scriptum est: Neque maledici regnum dei possidebunt. Item Gregorius. Que sunt venialia peccata que post hanc vitam purgantur.

Qualis quisque hinc egreditur, talis in iudicio presentatur. Sed tamen de quibusdam levibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est, pro eo quod veritas dicit: Quia si quis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit, neque in hoc seculo neque in futuro remittetur ei. In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo, quasdam in futuro posse relaxari. Quod enim de uno negatur, consequens intellectus patet quod de quibusdam conceditur. Sed tamen, ut predixi, hoc de parvis minimisque peccatis fieri posse credendum est. Sicut est assiduus et ociosus sermo, inmoderatus risus, vel peccatum cure familiaris, que vix sine culpa vel ab ipsis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant sciunt, quod et post mortem gravat, si adhuc in vita positis minime fuerit relaxatum.

Alias autem in ea delicta significat que sunt ... infamia. Unde illud Ieronimi: Primum itaque sine crimine etc. Unde Ieronimus scribit in eadem epistola ad Titum. A die baptismi sine crimine debet vivere qui in episcopum est ordinandus.

Primum itaque sine crimine iubetur esse episcopus, quod alio vel alio ad Thimotheum irreprehensibilem nominatum puto, non quod eo tempore transacto quo ordinandus est sit sine ullo crimine, et priores maculas nova conversatione deleverit, sed quod ex eo tempore quo in Christum renatus est, nulla peccati conscientia mordeatur. Quomodo enim potest preses ecclesiae auferre malum de medio eius, qui in delicto simile corruerit? aut qua libertate corripere peccantem, cum tacitus ipse sibi respondeat eadem se admisisse que corripit?

Ecce quod ordinandus in episcopum non tempore sue ordinationis, sed omni tempore post baptismum a crimine debet esse immunis. Sequitur in utraque epistola: Unius uxoris virum, post baptisma videlicet, non ante baptisma. Unde Ieronimus scribit ad Oceanum. Post baptismum debet esse monogamus qui episcopus est ordinandus.

Unius uxoris virum, id est monogamum post baptismum. Si enim et ante coniugem habuit que obierit, non ei imputatur, cum prius novo nec stupra nec alia que ante fuerint tamen obsunt. Augustinus vero contra testatur, scribens in epistola ad [illegible]. Qui ante baptismum habuit unam et post baptismum alteram, ordinandus non est.

Acutius intelligunt qui nec eum qui catechumenus vel paganus habuit alteram ordinandum censuerunt, quia de sacramento agitur, non de peccato. Propter sanctitatem sacramenti. Sicut femina, si catechumena viciata est, non potest post baptismum inter dei virgines consecrari, ita non absurde visum est bigamum non peccasse, sed normam sacramenti amisisse, non quantum ad vite meritum, sed ad ordinationis signaculum. Unius uxoris virum episcopum significat ex omnibus gentibus unitatem uni viro Christo subditam. Sicut duobus dominis servire, sic ab uno domino apostatare atque in alterius supersticionem ire non licet. Item Innocentius Rufo et Eusebio et ceteris episcopis Macedonibus. Bigamus probatur qui ante baptismum habuit uxorem et post baptismum alteram.

Deinde opponitur non dici oportere bigamum eum, qui catechumenus habuit atque amiserit uxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus, eamque primam videri que novo homini copulata sit, quia illud coniugium per baptismum sacramentum cum ceteris criminibus sit ablatum. Quod cum de una utique dicatur, certe si tres habuit in veteri positus homine, uxor erit ei que post

D. XXV[I]

o culpis ... venialibus ... dicere quod quedam culpe tolluntur per ignem purgatorium
p credendus est hoc ... usque ad diem iudicii ...
q blasphemia. qui peccat per impotentiam dicitur peccare in patrem ... qui peccat per ignorantiam dicitur peccare in filium ... qui peccat ex certa malitia dicitur peccare in spiritum sanctum ... sic ille qui est obstinatus in peccato ... non ita de facili remittitur ...
r negatur ... de uno negatur de alio conceditur ...
s culpa. similiter militia, mercatio, procuratio sine administratio aliqua vix sine peccato fit ...
t Sequitur ... episcopum esse unius uxoris virum quod

fugitivus ... non purgat vitium ... licet ... sit mortale peccatum acta penitentia potest quis promoveri nisi sit crimen enorme ... non impedit promovendum ... nemo repellitur post penitentiam nisi in homicidio ...
c Sanctitatem sacramenti ... triplex designat sacramentum ...

baptismum quarta est. Sic michi probantibus prima virginis eius nomen acciperet, que quarta ducta est loco. Quis oro illud non videat esse apostoli esse preceptum, qui ait unius uxoris virum oportere fieri sacerdotem. Sed obicitur quod in baptismo totum quicquid in veteri homine gestum est, sit solutum. Dicite michi, ut cum pace vestra loquar, crimina tantum dimittuntur in baptismo, an et illa que secundum domini precepta ac divina iussione complentur. Uxorem ducere crimen est, an non est crimen? Si crimen est, ergo ut peracta vicia dicerem, erit auctor in culpa, qui ut crimina committerentur in paradiso precepit, cum ipse eos benedixit. Si vero non est crimen, quomodo dicitur institutum? Nuptias enim appellant. Et Salomon addidit: Et cum a deo preparatur uxor viro. Quomodo credimus tantum crimina esse dimissa, que a deo auctore legitimo consummata? Quid de talium filiis pensetis? Numquid erunt admittendi in hereditatis consortium, quos ex ea susceperit, quam ante baptismum habuit uxorem? Eruntque appellandi vel naturales, vel spurii, quia non est legitimum matrimonium, nisi illud ut nobis videtur quod post baptismum assumitur. Preterea dominus cum interrogaretur a iudeis si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: Quos ergo deus coniunxit, homo non separet. Ac ne de hiis locutus esse credatur, que post baptismum sortiuntur, meminisse debemus a iudeis interrogatum, et iudeis esse responsum. Quero et sollicitus quero, si una eademque sit uxor eius, qui ante cathecuminus, postea sit fidelis, filiosque cum esset cathecuminus ex ea susceperit, ac postea alios cum fidelis, utrum sint fratres appellandi, ac non habeant postea defuncto patre heredes eiusdem hereditatis consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis creditur abstulisse? Quod cum ita absurdum esse sentire, quomodo est hoc defendi, et vacua magis opinione iactari, quam aliqua auctoritate roborari, cum non possit, nisi peccata deputari, que lex preceperit, et deus iunxerit? Numquid qui cathecumini, castitatibus student, humilitatem sectantur et patientiam tenuerunt, elemosinas faciunt, morti destinatos qualibet ratione eripiunt, adulteria exhorruerunt, castitatem tenuerunt, ideo scilicet, cum fuerint facti fideles, amittunt, quia per baptismum totum quod vetus homo gesserat, putatur auferri?

Aspicias gentilem hominem Cornelium orationibus atque elemosinis vacantem, angelum audientem per revelationem, ipsumque Petrum videntem. Numquid per baptismum hec illi ablata sunt, que quia ei et baptismata videntur esse concessa? Si ita crediderint, non credite, non modicum errantur, quia quicquid gestum fuit, et secundum precepta legalia custoditum, non potest facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula, que dei mandato perficitur, non potest dici peccatum, et quod peccatum non est, solum inter peccata credi non debet, eiusque integrum existimare aboleri non posse, posteaquam nomen uxoris cum non sit dimissum per peccatum, quia ex dei voluntate sit completum.

Item Ambrosius in libro de officiis. In baptismo culpa dimittitur, non lex coniugii abolentur.

Una tamen nec reperitur nobis copula. Tunc committitur, et in ipso coniugio lex est non iterare coniugium, nec secunde coniugis coniunctionem, quod plerisque mirum videtur, cum etiam ante baptismum iterata coniugia electionis muneris et prerogative ordinationis impedimenta generent, cum etiam delicta obesse non soleant, si lavacri fuerint remissa sacramento. Sed intelligere debemus, quia in baptismo culpa dimittitur, lex coniugii aboleri non potest. In coniugio non culpa, sed lex est. Quod culpe est igitur in baptismo relaxatur, quod legis in coniugio non solvitur. Quomodo autem potest hortator esse viduitatis, qui ipse coniugia frequentaverit?

Iohannes baptista dum Herodem ab incestu prohiberet dicens: Non licet tibi habere uxorem fratris tui, evidenter ostendit, inter infideles coniugia esse. Unde datur intelligi, quod bigami dicuntur non solum qui post baptismum coniugia frequentant, sed etiam qui ante baptismum unam, et post baptismum alteram habuisse probantur. Bigamus vero in sacerdotem ordinari non debet, non quia deliquerit secundam accipiendo uxorem, sed quia prerogativa caruit sacerdotis. Unde Ambrosius in epistola ad Vercellenses. Non peccat bigamus, sed prerogativa sacerdotis

Qui sine crimine uxoris unius exuitur.

Qui sine crimine est, unius uxoris vir, tenetur ad legem sacerdotii suscipiendi. Qui autem iteravit coniugium, culpam quidem non habet coinquinationis, sed prerogativa exuitur sacerdotis.

Quod autem unius uxoris vir episcopus iubetur eligi, quidam de episcopi ordinatione hoc sic accipiendum, ut in tempore sue ministrationis non possit copula fungi, quia

uiuam, et uirginem sibi desponsauit. Item Martinus papa presbiteris dicens: *Non ordinetur diaconus nisi castitatem professus fuerit.*

Diaconus qui eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio, et dixerit se in castitate non posse manere, hic non ordinetur. Quod si in ordinatione tacuit, et ordinatus fuerit, et postea matrimonium desiderauit, sit alienus a ministerio, et uacet a clero.

Hac auctoritate datur intelligi, quod illi qui uxores habent, uel accipere habent, nec diacones nec sacerdotes fieri possunt, nisi continentiam promiserint. Si uero diaconus a ministerio cessare uoluerit, contracto matrimonio licite potest uti. Nam et si in ordinatione sua castitatis uotum obtulit, tamen tanta est uis in sacramento coniugii, quod nec ex uiolatione uoti potest dissolui ipsum coniugium. Unde Augustinus in libro de bono coniugali ad Julianam: *Nubentes post uotum non sunt admonendi separandi.*

Quidam nubentes post uotum asserunt adulteros. Ego autem dico uobis, quod grauiter peccant qui tales diuidunt. Item Theodorus: *De eodem.*

Si uir uotum uirginitatis habens adiungitur uxori, postea non dimittat uxorem, sed tribus annis peniteat. Item Ieronimus scribit contra Iouinianum: *Dampnabile est uouentibus uirginitatem uelle nubere.*

Uouentibus uirginitatem non solum nubere, sed etiam uelle dampnabile est. Idem contra Iouinianum: *Dampnationem non habebit si nupserit que uirginitatem non uouit.*

Si nupserit uirgo non peccat, non illa uirgo que semel diuino cultui dedicata est. Harum enim si qua nupserit, habebit dampnationem, quia primam fidem irritam fecit. Item Nicholaus Alduino Nouiensi: *Que se monialem esse finxit, nubere non ualet.*

Quod interrogasti de femina que post obitum mariti sui sacrum uelamen super caput suum imposuit, et finxit se sub eodem uelamine sanctimonialem esse, postea uero ad nuptias rediit, quia per hypocrisim ecclesiasticam regulam conturbare uoluit, et non legitime in uoto suo permansit, penitentiam agat de illusione nefanda, et reuertatur ad id quod spopondit, et ad sacrum ministerium quod inchoauit. Item Calixtus papa: *In sacris ordinibus constituti non ducant uxores, si ducunt separentur.*

Presbiteris, diaconibus, subdiaconibus, et monachis concubinas habere, seu matrimonium contrahere penitus interdicimus. Contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, et personas ad penitentiam debere redigi, iuxta sanctorum canonum diffinitionem iudicamus.

Hic distinguendum est, quod uouentium alii sunt simpliciter uouentes, de quibus Augustinus et Theodorus locuti sunt. Alii sunt quibus post uotum accedit benedictio consecrationis uel propositum religionis, de quibus Nicholaus et Calixtus scripserunt. Unde et contra Iouinianum Ieronimus scribens ait: *Incestae sunt uirgines que post consecrationem nubunt.*

Uirgines que post consecrationem nupserint, non tantum adultere sunt, quam incestae.

Ecce ostensum est quod nolentes continentiam uouere, non ad subdiaconatum nec ad superiores gradus conscendere possunt. Unde ad subdiaconatum ascendentes non sine uoto castitatis iubentur admitti, auctoritate beati Gregorii, qui scribens Petro subdiacono ait: *Non fiat subdiaconus qui se caste uicturum non promittit.*

Nullum facere subdiaconum episcopi presumant, nisi qui se caste uicturum promiserit, quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Item Innocentius secundus: *Subdiaconi et supra constituti incontinentes officio et beneficio careant.*

Decernimus ut hi qui in ordine subdiaconatus et supra uxores duxerint aut concubinas habuerint, officio atque ecclesiastico beneficio careant. Cum enim ipsi templum, uasa Domini, sacrarium Spiritus sancti debeant esse et dici, indignum est eos cubilibus et inmunditiis deseruire. Item ex concilio Toletano .v.: *Castos se uicturos promittunt qui in diacones uel presbiteros ordinantur.*

Quando presbiteri et diacones per parrochias constituuntur, oportet eos professionem episcopo suo facere, ut caste et pure uiuant sub timore Dei, ut dum eos talis professio obligat, uite sancte disciplinam retineant. Item Gregorius nobilibus ciuibus Neapolim: *Qui longam corporis sui continentiam non habet, in episcopum eligi non debet.*

Preuisis ad nos scriptis uestris, Johannem diaconem qui ab alia parte electus est, paruulam habere filiam quorundam relatione cognouimus. Unde si iniquum noluissent attendere, nec illi eum eligere, nec ipse debuerant consentire. Nam qua presumptione ad episcopatum audet ac

neque adhuc longam sui corporis continentiam. Filia vestre communicet non habere. Ad subdiaconatum accessuri continentiam profiteantur.

De his quos voluntas parentum a primis infantie annis clericatus officio manciparit, id statuimus observandum, ut mox detonsi vel ministerio lectorum traditi in domo ecclesie sub episcopali presentia a preposito sibi debeant erudiri. At ubi xviii. etatis sue compleverint annum, coram totius cleri plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab episcopo perscrutetur. Quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit, et promissionem castimonie sue absque coniugali necessitate se spoponderint servaturos, hi tanquam appetitores artissime vie lenissimo Domini iugo subdantur, ac primum subdiaconatus ministerium habita probatione professionis sue a vicesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter ac inoffense xx. et v. annum peregerint, ad diaconatus officium si se adimplere posse ab episcopo probantur promoveri debebunt. Cavendum tamen est his ne quando sue sponsionis inmemores aut ad terrenas nuptias aut ad furtivos concubitus ultro recurrant. Quod si forte fecerint, ut sacrilegii rei ab ecclesia habeantur extranei. Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab apostolo licentiam auferre non possumus. Ita ut cum provecte etatis in coniugio positi renuntiaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint, ad sacros ordines aspirent. Item ex concilio Arelatensi ii.

In coniugio constitutus ad sacerdotium assumi non debet.

Assumi aliquem ad sacerdotium in coniugii vinculo constitutum non oportet, nisi fuerit promissa conversio. Item ex eodem concilio.

Non ordinentur diaconi qui castitatem non profitentur.

Placuit ut deinceps non ordinentur diacones coniugati, nisi qui prius conversionis proposito confessi fuerint castitatem. Verum illa priori auctoritate diaconibus videtur permitti coniugium, cum ad sacerdotium tantum coniugati prohibentur assumi. Porro sequenti videtur permitti subdiaconibus, cum de diaconibus specialiter precipiatur ut sine probatione castitatis non ordinentur. Hoc idem in Anchiritana synodo videtur permissum esse, in qua sic statutum est:

Non prohibeantur a ministerio diaconi pro nuptiis, si in ordinatione dixerunt se non posse continere.

Diaconi quicumque ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt dicentes se velle habere uxores, nec posse continere, hi si postea ad nuptias venerint, maneant in ministerio, propterea quod his licentiam episcopus dedit. Quicumque sane tacuerint et susceperint manus impositionem professi continentiam, si postea ad nuptias convenerint, a ministerio cessare debebunt. Item ex concilio Neocesariensi.

Presbiter ducens uxorem ab ordine deponatur.

Presbiter si uxorem duxerit, ab ordine illum debere deponi. Quod si fornicatus fuerit vel adulterium commiserit, extra ecclesiam abici et ad penitentiam inter laicos redigi oportet. Item Gregorius de eodem.

De eo qui relictam cuiusdam diaconi duxit uxorem.

Quia sunt culpe in quibus culpis est relaxare vindictam, quedam est semper vitiosa ut vindicari debeat, tertium accusatam noxa compescit, an a pena innocentia patefacta subducat. Itaque pervenit ad nos Saturninum defensorem ultionem exercere in Petrum latorem presentium voluisse, pro eo quod in coniugium duxit relictam cuiusdam diaconi, tempore quo adiutor fuit marito traditur. Sed quoniam iste coniugem diaconi asserit non fuisse, dicens nec eam virginem ad eum venisse. Denique nec religiosam vestem mutasse, postquam ille in ordine sacro promotus est, addiciens in presbiteratu ad diaconatum venire, et postea penitentiam illam opinionem venisse, ideo fraternitatem tuam huius hortamur affatibus, ut cum Dei sicut decet timore causam hanc subtili omnino investigatione perquiras. Et si in coniugio diaconi mulierem de qua agitur fuisse constiterit, et supra scriptus lator memorati defensoris et rectoris patrimonii ad vindictam modis omnibus tradatur, et est competenti emendatione hi qui male sociati sunt disiungantur. Si vero in eius coniugio non fuit, memoratum Saturninum ex nostro mandato commonere te volumus, ut ei nil presumat facere, nec falsa actione illum in aliquo pregravet. Item ex concilio Arelatensi.

De uxore presbiteri vel diaconi si aliis se coniunxerint.

Si se cuicumque mulier duplici coniugio presbiteri vel diaconi relicta coniunxerit, aut castigate separentur, aut certe sem sua

go. fin quosda notum ista est sollepne et p pa pfessione ut ext qui cli ... uo esiliut al' non uetetur q sola scia in illis sollepniter notum ... ipa expresse uouerat set intectur q sola esto ...

vn q ii c p qui filios ... longa pcessit ... manifesta ...
... pnuiscit ...
quesita de reb ... uel intum ...

terminus contentie pstiterint: pari ex
coicatoe plectetur. Itē ex 9cilio mar
tini pp. De eodem.

Si q̄ uidua epi l' pbri aut diaconi ma
ritū acceperit. nullus clicus nulla re
ligiosa psona cū ea conuiuiū sumat.
Nunq̄ communicet: morienti tn̄ et sac
menta subueniant. Item pelagi' ca
thego patrio. Cuiusdam epi ordina
tio differtur. q̄ uxorē 7 filios habet.

De siracusane urbis antistite. opta
uetam in q̄o initio glē ure desideriis
obedire ñ nos multiplex ratio, ipius
ñ paucis tēpib; ordinationē sacer
dotij differre coegisset; ob hoc q̄ uel pso
ne qualitas. sicut et nos melius no
stis. l' supstes uxor. aut filij p quos
eccl'astica solet pclitari subā. nr̄os
animos diuinus ab eī ordinatōne
suspenderet. 7 quāti ad humanā caute
lam gñner integro pene anno distu
limus. Oppinantes q. in melius sira
cusanor puenire possz electio. s; q̄ i
uoluntatis sue posito irreuocabil'
pstiterit. 7 nullus alius ē repertus in
eade eccl'a. ñ longiorib; adhuc tēpor
spacijs differre. ne paulo amplius in
sanirent. sic filij nr̄i uiri magnifi
ci pretoris testificatoe didicim̄. ut
huiusmodi ambiguitates illud cō
sultius iudicauim̄ faciendū. ut cō
grua prudentia cām ip̄ q̄ pnapa
lis constitutio hr̄em filios 7 uxorē.
ad epātus ordinē pmouī prohibet.
salua dispōne concilij muniremus.
Qua de re summo studio ab eadē sira
cusane urbis ep̄o. pmissa a nob' con
gñt ordinari. Quūm exegimus
cautōem. p q̄ 7 suam fateretur quam
esset pscentis tp̄is. habita rerū descp
tiōe substantiā. 7 nichil umq̄ p se
aut p filios 7 uxorē. siue ... qmliber
ppinq̄ aut domesticā. l' extrāeā forte
psonā de reb; audeat usurpare eccl'e.
et uniusa sui epātus. q̄sita tp̄e ext
sue dñio sociaret. nichil ult' id q̄ in
descp̄m ē suis filijs 7 hēdib; relicturus.

Ecce hac auctoritate electus in epā
tum phibet' hr̄e uxorē 7 filios. Elig' aū
ad epātū ñ deb;. ñ aut sacerdos: aut
diaconus. Subdiacon' uero ñ ñ neces
sitate cogēte. Siue g° pbr̄ siue diacon'
fuit. siue subdiacon'. apparet q̄d in

pstatis ordinib; constitutis: hanc matrimo
nio possint uti. Q' g° auctoritate grgij.
qui relictam diaconi uxorem ma
rito tradidit puniendus est.
Item in neocesariensi concilio pbr̄
ducens uxorē ñ diacon' iubet' deponi.
Item in anchiritana sinodo. Diaco
ni qui in ordinatōe sua dicunt se
uelle uxores hr̄e. si postea ad nupti
as ueniunt. ñ prohibent' a ministerio.
Patet q̄d nec diaconi nec subdiaconi
sunt phibendi a coniugio s; q̄d de ele
ctōe obicit'. uerum quidē est. 7 in
epātum eligendū ñ eē. ñ in sacs ordi
nib; constitutū. S; ipm̄ uxorē hr̄e 7
filios ñ repugnat pmissis auctori
tatib; de continentia clicorū. In lai
cali eni habitu. l' in minorib; ordi
nib; constitut'. potuit hr̄e uxorē 7 filios.
Postea ex consensu uxoris continentiam
professus subdiaconatū. l' diaconatū.
l' presbiterij gradū adept' fuit. 7 tam
uxori 7 filijs ipm̄ necessaria submi
nistrare: oportebit. Illud aut grgij
duob; m̄is soluit'. Vel q̄ eccl'a illa
cui diacon' ille ministrauerat. ñdū
continentiē uotū susceperat. in diaconi
b; et ceteris ministris. l' q̄ sicut de electo
in epm̄ suprascriptū ē. an̄ subdia
conatū memoratus diaconus eā
in uxorem duxerat. Illud aū
neocesariensis et anchiritane sino
di l' ex tp̄e l' ex loco intelligitur.
Ex tp̄e q̄ nundū erat introducta cō
tinentia ministror altaris. ex loco:
q̄ utraq; sinodus orientalis ē. 7 orie
talis eccl'a ñ suscepit generale uotū
castitatis. h' m̄ diligentia obsuatōe
custodit. ut p' adeptum sacerdotiū.
defuncta pori uxore cum q̄ sacerdos
fēs fuit si altam duxit deponatur.
Item oponit' illud q̄d in canone a
plor legitur. Presbiter uxorē pprīam ...
nere non debet causa religionis.

Si quis docuit sacerdotē sub obtentu
religionis ppriam uxorē contēpnere.
anathema sit. Itē ex concilio grāgrēsi.
Anath̄a sit q̄ pbr̄m coniugatum dis
cernit. occasione nuptiarum.

Si quis discernit pbr̄m coniugatum
tanq̄. occasione nuptiarū. q. offer
re non debeat. 7 ab eī oblōne iō ab
stinet anath̄a sit. Itē ex .vi. sinodo.

Ab officio presbiteri abstineat non legalibus nuptiis detentus.

Presbiterum non legalibus nuptiis detentum cathedram habere, sed ab officio abstinere precipimus. Sufficit enim huiusmodi indulgentia ei, quia benedicere alios eum qui curanda sua debet curare consequens non est. Benedictio enim sanctificationis traditio est. Qui vero hanc non habet propter delictum ignorantie, quomodo aliis tradet? Non enim publice neque privatim benedicat, nec corpus domini dispenset aliis, nec alio ministerio ministret. Sed sufficiat ei quod presidet, et imploret a deo ut dimittatur ei iniquitas ignorantie sue. Manifestum est autem quod in huiusmodi non legitime nuptie solvuntur, et nullatenus ei accessum habere ad eum, propterea quod sacro ministerio privatus est.

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum.

De presbiteris non est laicis iudicandum.

Consulendum decernitis utrum presbiterum habentem uxorem debeatis sustentare et honorare, an a vobis proicere. Ad quod respondemus quia licet ipsi valde sint reprehensibiles, nos tamen deum convenit imitari, qui solem suum oriri facit super bonos et malos. Deicere enim a vobis eos non debetis, quia nec Iudam dominus, cum mendax esset, discipulus a numero apostolorum deiecit. Verum autem de presbiteris vobis qui laici estis nec iudicandum est, nec de vita eorum quicquam investigandum, sed episcoporum iudicio quicquid illud sit est reservandum.

Et notandum quod secundum Ysidorum pleraque capitula ex causa, ex loco, ex tempore et persona consideranda sunt.

Ex tempore et loco et persona et causa regule canonum intelligantur.

Sciendum est quod pleraque capitula ex causa, ex persona, ex loco et tempore consideranda sunt. Quorum modi quia medullitus non indagantur, in errores labirintum nonnulli intrando impinguntur, cum ante iudicant quam intelligant, aut inculpant quam intrando lecta perquirant. Unde et Gregorius ait: *Pro varietate rerum ipse regule sanctorum temperantur.*

Regule sanctorum patrum pro tempore, loco et persona, negotio instante, necessitate tradite sunt. Item Ieronimus in epistola ad Ephesios.

Pro diversitate locorum et temporum et hominum scripture intelligende sunt.

Necesse est ut iuxta diversitates locorum et temporum et hominum quibus scripte sunt diversas causas et argumenta et origines habeant. Et quomodo beatus Iohannes in apocalipsi sua septem scribens ecclesiis in unaquaque earum vel specialia vitia reprehendit vel virtutes probat, ita sanctus Paulus apostolus per singulas ecclesias vulneribus medetur illarum, nec ad instar imperiti medici uno collirio omnium oculos vult curare.

Illud autem quod in canone apostolorum et in Gangrensi concilio et in VI. synodo legitur ex causa consideratur et ex tempore. Causa fuit heresis Manicheorum qui coniugia detestabantur. Sic et quorundam superstitio multa in catholicorum detestatione introduxisse invenitur, et quos in Gangrensi concilio statim legitur.

De multimoda supersticione hereticorum quos Gangrense concilium anathematizavit.

Si qui filii parentes maxime fideles deserunt occasione divini cultus, hoc iustum esse iudicantes, et non potius debitum honorem parentibus reddiderint, ut hoc ipsum in eis venerentur quod fideles sunt, anathema sit.

De eodem. Quecumque mulier religioni iudicans convenire comam sibi amputaverit, quam deus ad velamen eius et ad memoriam subiectionis illi dedit, tanquam resolvens ius subiectionis, anathema sit.

Item de eodem. Si qua mulier de relicto viro discedere voluerit, soluto vinculo coniugali, nuptias condempnando, anathema sit.

Item de eodem. Si quis propter deum virginitatem professus, tanquam abhominabiles in coniugio positos per arrogantiam vituperaverit, anathema sit.

Item de eodem. Si quis vel virginitatem vel continentiam professus, tanquam abhominabiles nuptias iudicat, et non propter hoc solum quod continentie et virginitatis bonum sanctum propositum sit, anathema sit.

Item de eodem. Si qua mulier suo proposito utile iudicans ut virili veste utatur, et propter hoc viri habitum imitetur, anathema sit.

Item de eodem. Si quis tanquam hoc continentie convenire iudicans dominico die ieiunaverit, in eiusdem diei contemptu, anathema sit.

Item de eodem. Si quis eorum qui in proposito sunt continentie propter necessitatem corporalem superbiat, et ieiunia communia pariter condempnenda totius ecclesie perfecta in sua conscientia iudicans, anathema sit.

Item de eodem. Si quis per superbiam tanquam perfectum se extimans conventus qui per loca et basilicas sanctorum martirum fiunt vel accusaverit vel oblationes que ibidem

[illegible]

celebrantur, spernendas esse crediderit, ac memorias eorum sanctorum contempnendas, anathema sit.

Si quis docet domum dei — Item de eodem. — contemptibilem debere esse, et congregationes que in ea fiunt, anathema sit. Item de eodem.

Si quis extra ecclesiam privatim apud se congregans contempnat ecclesiasticas conventiones, propriam etiam apud se sine consilio episcopi cum presbitero agat, anathema sit. Item de eodem.

Si quis nuptias in accusationem deducit, et mulierem religiosam ac fidelem cum viro suo dormientem abhominandam crediderit, aut etiam accusandam, tanquam non posse coniugatos in regnum dei ingredi, anathema sit.

Si quis carnem manducantem — Item de eodem. — sit. ex fide cum religione preter sanguinem et ydolo immolatam et suffocatam crediderit condempnandum, tanquam spem non habentem qui eam manducat, anathema sit. Item de eodem.

Si quis derelinquit proprios filios et non eos alit, et quod pietatis est necessaria non tribuit, sed sub occasione continentie negligendos putaverit, anathema sit.

Si quis virorum putaverit sub — Item de eodem. — proposito continentie convenire ut pallio utatur, tanquam ex eo iustitiam habiturus, et reprehendit vel iudicet alios qui cum reverentia birris utuntur et alia communi que in usu est, anathema sit. Item de eodem.

Hec autem scripsimus non abicientes eos qui in ecclesia dei secundum scripturas propositum sanctum continentie eligunt, sed eos qui susceperunt habitum earum et in superbia efferuntur adversus eos qui simplicius vivunt. Sed et hos condempnamus qui se extollunt adversus scripturas et ecclesiasticos canones, et nova introducunt precepta. Nos autem et virginitatem cum humilitate admiramur, et continentiam cum castitate et religione deo acceptissimam dicimus, et renuntiationes secularium negotiationum, atque actuum cum humilitate approbando laudamus, et nuptiarum vinculum quod secundum castitatem perducitur honoramus, et divitias cum iustitia et operibus bonis non abicimus. Item ex concilio Martini pape. Anathematizatur qui manicheorum superstitiones sequitur.

Si quis presbiter propter publicam penitentiam a sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate die dominica pro quadam religione ieiunaverit sicut manichei, anathema sit.

Similiter et quod ab apostolis traditur canonice tenetur antiquus. Placuit ut per omnes dies dominicas et per omnes dies pasche usque ad quinquagesimam non prosternant se in oratione humiliantes, sed recto vultu ad dominum orationis figantur officio, quia in hiis diebus gaudium resurrectionis domini celebramus. Si quis autem non per abstinentiam, sed per execrationem escarum abstinet, placuit sancto concilio ut corrigatur. Et si sic vult abstinere, abstineat. Si autem spernit ita ut olera cocta cum carnibus non degustet, iste non obediens nec suspicionem heresis a se removens deponatur de ordine clericatus.

D. XXXI

Tempus quo mundum erat institutum ut sacerdotes continentiam servarent. Unde Gregorius scribit Petro subdiacono Sicilie. Quod castitatem non promisit ab uxore sua separari non cogatur.

Ante triennium omnium ecclesiarum subdiaconi Sicilie prohibiti fuerant ut more Romane ecclesie suis uxoribus nullatenus miscerentur. Quod mihi durum atque incompetens videtur, ut qui usum continentie non invenit, neque castitatem promisit, compellatur a sua uxore separari, atque per hoc quod absit deterius cadat. Unde videtur mihi ut a presenti die episcopis omnibus dicatur ut nullum facere diaconum presumant, nisi qui caste se victurum promiserit. Quatinus et preterita mala que proposito mentis appetita non sunt violenter non exigantur, et futura caute caveantur. Qui vero post eandem prohibitionem que ante triennium facta est, continentes cum uxoribus suis vixerunt laudandi atque remunerandi sunt, atque in bono suo permaneant exhortandi. Eos autem qui post prohibitionem factam se a suis uxoribus continere noluerunt, ad sacrum ordinem nolumus promoveri, quia nullus debet ad altaris ministerium accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuit approbata.

Causa vero huiusmodi institutionis munditia fuit sacerdotalis, ut libere cunctis diebus orationi possent vacare. Si enim ut ait apostolus, ab uxoribus est cessandum, ut expeditius orationi vacetur, ministris itaque altaris, quibus cotidiana necessitas orandi incumbit, numquam coniugali officio vacare permittitur. Unde Beda super Lucam ait.

Sacerdotibus semper castitas observanda precipitur.

[illegible]

Sacerdotibus ut semp ualeant alta-
ri assistere. semp ab uxoribus cōti-
nendū. semp castitas obseruanda
pcipit˜. Item in concilio carthaginēsi. ij.
Qui diuinis sacramentis deser-
uiunt. continentes esse oportet.
Epōs. pbrōs. diacones. ita ut pla-
cuit. et decet sacros scōs antistites.
aut sacerdotes. aut leuitas. l' qui
sacramentis diuinis inseruiunt cō-
tinentes eē decet in oībus. Item ex sino-
do urbicana. uictoriano rothomagensi epō.
Sacerdotes et leuite suis non mis-
cere debent cum manibus uxoribus.
Ut omnimodo sacerdotes et leuite cū
uxoribus suis n̄ cōmisceantur. q̄ a mini-
sterij cotidiani necessitatibus occupant˜.
Scriptum est enim. Sancti estote. quoniam ego scūs
sum dnūs deus uester. Nam priscis temporibus
anno uicis sue. de templo n̄ discedebant.
sicut de zacharia legimus. nec domū
suā oīo tangebant. quibus utique pp̄ so-
bolis successionē uxoris usus fuerat
relaxatus. quia ex alia tribu pp̄ts. ex se-
mine aaron. ad sacerdotiū nullus
accedere pcipiebatur. Quanto magis
hij sacerdotes et leuite. pudicitiā ex
die ordinationis sue obseruare debent.
quibus sacerdotiū l' ministerium. sine suc-
cessione ē. nec preterit dies. q̄ uel a sa-
crificijs diuinis. l' a baptismatis officio
uacent. Item exuperio tolosano epō.
Q' ab uxoris officijs abstineñ ad sac'
Hos ad sacrificia fas sicia admittant.
sit admitti. q' uel cū uxore n̄ exercant
carnale officiū. Item ieronimus c̄ iouinianū.
Sacerdoti cui semper orandum est.
semper matrimonio carendum ē.
Si laicus et quisquis fidelis n̄ potest orare.
n̄ careat officio cōiugali. sacerdoti
cui semp offerenda sunt sacrificia.
semper orandum est. si semp orandū.
ergo semper matrimonio carendum.
Quod autē contra manicheos de cōiugio
sacerdotū illud supradictum sit. ex gan-
grensi concilio apparet. in quo sic statu-
tum legitur. Anathema sit. qui nupti-
as uituperat.
Si quis uituperat
nuptias. et dormientē cū uiro suo fide-
lem et religiosam detestatur. aut culpa-
bilem existimat. l' ut q̄ regnū dei intro-
ire n̄ possit. anathema sit. Item de eodē.
Quicumque uirginitatē custodiens. aut
continentie studens uel ut horrescens
nuptias nec pp̄ hoc qd' bonū et scm̄ ē no-
men uirginitatis assumit. anathema sit.
Potest et aliter intelligi illud. quod in canone
aplōrum legitur. ut iste sit sensus capituli.
Si quis docet sacerdotē uxorē suā con-
tempnere. n̄ uxorē quā in sacerdotio ac-
cepit. sed quam dum adhuc eēt laicus. uel
minoribus constitutus ordinibus sibi copu-
lauerit. ut cū quasi continentiā pfessus ē. cū ad
sacros ordines ascenderit. quam nullus de-
bet contempnere. hoc ē ab animo et cura sua
abicere. quin ei necessaria prouideat. anathema sit.
Probatur autē hoc auctoritate leonis pp̄.
q̄ scribens rustico narbonensi epō ait.
Ministris altaris epīs pbrīs eadē ē
lex continentie quae Lex continentie.
Lex altaris ministris. q̄ epīs. aut pbrīs.
qui cū eēnt laici siue lectores licite. et
uxores ducere et filios pcreare potuerunt.
sed cū ad predictos puenerit gradus. cepit
eis n̄ licere qd' licuit. Unde ut de car-
nali fiat spiritale cōiugiū. oportet eos
nec dimittere uxores. Sed quasi habent
sic hēre uideantur. quasi non habeant. q̄
et salua sit caritas cōiugiorum. et cesset
opera nuptiarum. Item leo. viij. c̄ eplam
uiceti abbis. Episcopus uel pbr̄ uxo-
rem ppriā a sua cura non abiciat.
Omnino cōfitemur. n̄ licere epō. pbrō. dia-
cono. ppriam uxorē cā religionis abi-
cere a cura sua. sed ut ei uictū et uestitū
largiatur. sed n̄ ut cū illa carnaliter ex
more iaceat. sic et scōs apostolos le-
gimus egisse beato paulo aplō dicente.
Numquid n̄ hēmus potestatē sororē mulie-
rem circumducendi. sicut frēs dnī iacobus et ce-
phas. Uide insipiens. quia non dixit.
Numquid n̄ hēmus potestatē sororē mulie-
rem amplectendi. sed circumducendi. s.
ut mercede predicationis sustentaretur ab
eis. nec tamen deinceps foret ullius inter
eos carnale cōiugium. Hinc et illud. gg. ij.
in dialogo pbr̄ quidam. require infra.
Ut igitur ex his auctoritatibus appa-
ret sacerdotes uxoribus quas in lai-
cali habitu. uel in minoribus consti-
tuti ordinibus sibi legitime copula-
uerint necessaria subministrare. de-
bita n̄ reddere n̄ ualent. Sed obicitur illud ex
ute historie. Dissuasu phanucij. nice-
na sinodus non constituit. ne pres-
biteri cū suis n̄ dormirent uxoribus.

Nicena synodus volens corrigere hominum vitam in ecclesiis commorantium posuit leges quas canones vocamus. In quorum tractatu videbatur aliquibus introducere legem, ut episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi cum coniugibus quas ante consecrationem duxerant non dormirent. Surgens autem Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, et castitatem dicens esse cum propria coniuge concubitum. Suasitque concilio ne talem poneret legem, grave esse asserens causam, que aut ipsis aut eorum coniugibus occasio fornicationis existeret. Et hec quidem Paphnutius, licet nuptiarum esset inexpertus, exposuit. Synodusque laudavit sententiam eius, et nichil ex hac parte sanxit, sed hoc in uniuscuiusque voluntate, non necessitate permisit. Item ex vi. synodo. Non imperium, sed tempore oblationis ab amplexu suarum uxorum sacerdotes abstineant.

Quoniam in Romani ordine canonis esse cognovimus traditum, eos qui ordinantur subdiaconi vel presbyteri confiteri, quod non suis iam copulentur uxoribus, antiquum sequentes canonem apostolice diligentie et constitutionis, sacrorum virorum legales nuptias amodo valere volumus, nullo modo cum uxoribus suis eorum conubia dissolventes, aut privantes eos familiaritate ad invicem in tempore opportuno. Quicumque ergo dignus inventus fuerit subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali, hii nullo modo prohibeantur ad talem ascendere gradum pro uxoris sue cohabitatione, nec in tempore ordinationis sue perquiri cogantur, quod abstinere debeant a legalis uxoris familiaritate. Item: Oportet eos qui altari ministrant in tempore oblationis sacrorum continentes esse in omnibus, ut a Deo possint consequi quod simpliciter postulant. Siquis ergo presumpserit contra apostolicos canones aliquos presbyterorum, diaconorum privari a contactu et a communione legalis uxoris sue, deponatur. Similiter et presbyter aut diaconus qui religionis causa uxorem suam expellit, excommunicetur. Si vero in hoc permanserit, deponatur.

Hoc autem ex loco intelligendum est orientalis ecclesie, cui sexta synodus regulam vivendi prescripsit, votum castitatis in ministris altaris non suscepit. Unde Stephanus papa ait: Occidentalis non orientalis ecclesia castitatis obtulit votum.

Aliter se habet orientalium traditio ecclesiarum, aliter huius sancte Romane ecclesie. Nam eorum sacerdotes, diaconi atque subdiaconi matrimonio copulantur. Istius autem ecclesie vel occidentalium nullus sacerdotum a subdiacono usque ad episcopum licentiam habet coniugium sortiendi.

Similiter et capitulum Nicholai ex loco considerandum est, quia gens Bulgarorum ad fidem noviter conversa preposita sancte religionis ex integro assumere nondum didicerat. Quod autem in capitulo vi. synodi presbyteri nuptiis non legitimis dicuntur puniri, non legales nuptie sed secunde intelligende sunt, a quibus auctoritate canonica quilibet sacerdos debet esse immunis. Illud autem Gangrensis concilii: Siquis discernit presbyterum coniugatum etc. Similiter intelligendum est vel localiter et traditum vel coniugatum ab ea appellatum, quam ante tempus sue ordinationis duxerat. Illud quoque Martini pape: Si subdiaconus secundam duxerit uxorem, non dissimiliter intelligendum est. Primam enim uxorem ante subdiaconatum habere permittitur. Qua defuncta vel castitatem professa, promovetur iste ad subdiaconatum. Promotus autem si secundas desideraverit nuptias, sententie Martini pape subiacebit.

C. Servanda est ergo continentia ab omnibus in sacris ordinibus constitutis. Unde Leo papa ait: Nec etiam subdiaconibus coniugium carnale conceditur.

Omnium sacerdotum tam excellens est electio, ut hec que in aliis membris ecclesie vacant a culpa, in illis tamen habeantur illicita. Cum enim extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati et procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfecte continentie puritatem nec subdiaconibus connubium carnale conceditur, ut et hii qui habent sint tanquam non habentes, et qui non habent permaneant singulares. Quod si in hoc ordine qui quartus est a capite dignum est custodiri, quanto magis in primo vel secundo tertiove servandum est, ne aut levitico aut presbyterali honore aut episcopali excellentia quisquam idoneus estimetur qui se a voluptate uxoria necdum refrenasse detegitur. Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo. Extra sacros ordines constituti ducant uxores et ab ecclesia stipendia accipiant.

[ex]communicato ipso actu sic suspensus [illegible] ... ut si quis non fuit ... ; nam sic sera ... non est ... hoc tenere pro certo quod

et excommunicat quia excommunicatio est prius inter omnes que ordinis ut ex ... transmissam ... electioni possunt interesse ... si hoc ... nos ad hec ... matrimonialibus ...

Si qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri uxores debent, et stipendia sua extra chorum accipere, quia et de eisdem patribus nominatis scriptum, quod dividebatur singulis prout cuique opus erat. De eorum ergo stipendio cogitandum atque providendum est, et sub ecclesiastica regula sunt tenendi, ut bonis moribus vivant, et canendis psalmis invigilent, et ab omnibus illecebris cor et linguam et corpus deo auctore conservent. Item Nicholaus papa ad Cumanensem archiepiscopum. **Subdiacono uxorem ducere non licet.**

De illo clerico Alvico nomine, quem per ordines ecclesiasticos usque ad subdiaconatum crevisse dicitis, et nostra auctoritate duxit uxorem, miramur, eo quod nulli unquam, exceptis illis quibus ecclesiastica regula hoc permittit, uxorem ducere licentiam damus. Item Nicholaus papa omnibus episcopis. **Non audiat missam presbiteri concubinam habentis.**

Nullus missam audiat presbiteri, quem scit concubinam habere indubitanter aut subintroductam mulierem. Unde et ipsa sancta sinodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit dicens: Quicumque sacerdotum, diaconorum etc. Sicut in subsequenti capitulo Alexandri continetur. Item Alexander secundus. **Non est audienda missa presbiteri qui concubinam habet.**

Preter hec autem precipiendo mandamus, ut nullus missam audiat presbiteri, quem scit concubinam indubitanter habere vel subintroductam mulierem. Unde et sancta sinodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit dicens: Quicumque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum post constitutum beate memorie predecessoris nostri sancti Leonis pape aut Nicholai de castitate clericorum, qui concubinam palam duxerit vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis dei et auctoritate apostolorum principum Petri et Pauli precipimus et omnino contradicimus, ut missam non cantet, nec evangelium legat, neque epistolam ad missam, neque in presbiterio cum his ad divina officia qui prefate constitutioni obedientes fuerint maneat, neque partem ab ecclesia suscipiat. Precipientes et statuimus, ut hi predictorum ordinum, qui eisdem predecessoribus nostris obedientes castitatem servaverint, iuxta ecclesias sicut oportet religiosos clericos simul manducent, et dormiant, et quicquid eis ab ecclesiis competit, hoc communiter habeant.

Deinde ut decime et primitie seu oblationes vivorum et mortuorum ecclesiis dei fideliter reddantur a laicis, et ut in dispositione episcoporum sint. Quas qui retinuerint a sancte ecclesie communione separentur.

Verum precipua harum auctoritatum contraire videntur rationibus Augustini et ceteris quibus sacramenta neque in bono neque in malo homine fugienda demonstrantur, sicut subsequenti causa simoniacorum plenius ostenditur. Sed Urbanus II in epistola destinata preposito sancti Iuventii hanc contrarietatem determinat dicens: Ad hoc vero quod subiungitur in eadem epistola, id est utrum sit vitandum ordinationibus et reliquis sacramentis a criminosis exhibitis, ut ab adulteris vel sanctimonialium violatoribus vel huiusmodi. Ad hec inquam respondemus. Si scismatici vel heretici ab ecclesia non separantur, eorundem ordinationes et reliqua sacramenta sancta et veneranda non negamus secundum beatum Augustinum. Qui super Iohannem de huiusmodi tam copiose quam veraciter asserit. Ait enim: Baptizat servus bonus, baptizat servus malus; nesciat se ille qui baptizatur baptizari nisi ab eo, qui sibi dedit baptizandi potestatem. Et paulo post: Non timeat columba ministerium malorum, respiciat dominicam potestatem. At tamen predecessores nostri Nicholaus et Gregorius a missis sacerdotum, quos tales scirent esse, fideles abstinere decreverunt, ut et peccandi licentiam eis auferrent, et huiusmodi ad dignam penitentiam provocarent. Scribit enim predecessor noster Gregorius Rodulpho et Bertulpho ducibus inter cetera: Officium simoniacorum et in fornicatione iacentium scienter nullo modo recipiatis, et quantum potestis tales a sacris ministeriis, ubi oportet, prohibeatis, etc. Porro ad ea que tu sillogistice in eadem epistola obiecisti: et si corpus et sanguis Christi non sunt, et alia que prediximus, sive virtutis effectum non habent. Quid agentibus obsunt? Quod si habent, cur spernuntur, si ab indignis presumuntur? Ad hec inquam ita respondemus. Propriis quidem habent virtutis dignitatem, ut preclarus Augustinus ait super Iohannem, et dona Christi sunt; sed agentibus vel suscipientibus eadem sacramenta contra patrum pontificum instituta, nisi forte sola morte interveniente, ut puta ne sine baptismate vel communione quilibet humanis rebus excedat, aliquantum in nimium obsunt, ut nec

... sine fornicatoribus ... ad aliquem locum ... ad sacramenta non ... confessionem ...

- p Coss[ensum] ... intelligitur ... notorio ... simoniacis ... fornicatoribus ...
- q Clusisset ... quo ad se ... et ad alios ... suspensus ...
- r Porro. hec est ... urbanum.
- s Et agentib[us]. ab hec loco usque ad

... iste non reddit ad singula ... et plane hic videtur duabus questionibus ... hic incipit ... vel sacra ... et penitenda ... veneranda et suscipienda ... faciat ... in baptismo ... a pagano ... et melius probat ... b.
- m Columba. bonis ... hic usque intelligitur de malis occultis et de his qui tolerantur. b.
... vel professione vel per ... arguitur hic quod laicus de mandato superioris potest suspendere clericos

... loci ... et agentibus simoniaco et fornicatori et ab illo loco usque ad illum locum ... hereticis et scismaticis ... duos ... simoniaci et fornicatores ... prima est quod simoniaci et fornicatores ... sacramenta ... corpus Christi ... in baptismo ... tertia quod ordinati ab ipsis recipiuntur sine manus impositione ... sed ab illis non ... quod manus etc. quod quidam. b.
- t Sed ab indignis. i. quamvis. b.
- u Presumuntur. i. presumptive conficiuntur. Bernardus Burmensis.

idolatrie sunt. Ex talibus ergo ordinationem et sacramentorum confectio, et aliud quod peius est, sacrificii susceptio vehementer a sacris canonibus prohibetur. Ait enim Samuel propheta: "Quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus idolatrie nolle acquiescere." Hec de malis catholicis qui intra ecclesiam sunt.

Ceterum scismaticorum et hereticorum sacramenta qui extra ecclesiam sunt, iuxta sanctorum patrum traditiones, scilicet Pelagii et Gregorii, Cypriani, Augustini, Ieronimi, formam quidem sacramentorum, non autem virtutis effectum habere perhibentur, nisi cum ipsi vel eorum sacramentis initiati per manus impositionem ad catholicam redierint unitatem.

Secundum hoc est quod canones apostolorum, quorum auctoritatem orientalis et ex parte romana recipit ecclesia, et insignis martyr Cyprianus, et lxx episcopi cum eodem, baptisma hereticorum lavacrum diaboli appellant.

Stephanus vero et Cornelius martyres et pontifices romani, et venerabilis Augustinus in libro de baptismate eundem Cyprianum et predictos episcopos ob hanc causam vehementer redarguunt, affirmantes baptisma sive ab heretico sive a scismatico ecclesiastico more traditum et celebratum ratum esse, et iterato quod in baptismo alia in reliquis sacramentis consideratio est.

Quippe cum in ordine prior et successor sit. Subito enim mortuo papa, priusquam dominici corporis communione, vel aliis sacramentis consulatur, et dum forte catholicus non invenitur, sanctius est ab heretico baptismi sacramentum sumere, quam inermem perire. Et hanc sententiam prescriptorum pontificum, Cornelii, Stephani, Augustini, sequuntur Siricius, Innocentius, Leo, Anastasius, et magnus Gregorius, et omnis catholica ecclesia.

Prohibentur ergo de manibus talium sacerdotum sacramenta suscipi, non quia sint vera quantum ad formam et effectum, sed quia dum huiusmodi sacerdotes a populo recipi videntur, rubore verecundie facilius ad penitentiam provocantur. Item ex VI. sinodo.

Si quis uxorem ducere voluerit, ante subdiaconatus ordinem hoc faciat.

Si quis eorum qui ad clerum accedunt voluerit iure nuptiali mulieri copulari, sed hoc ante ordinem subdiaconatus faciat. Item ex concilio Carthaginensi. III.

Lectores aut uxores ducant, aut continentiam profiteantur.

Lectores cum ad annos pubertatis fuerint venientes, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri. Item Gregorius Bonefacio episcopo Regitano.

Subdiacones continentiam observare debent.

Subdiaconibus vero, qui singulis statutis decernimus observari, nec illam diffinitionem nostram cuiusque temeraria suasio aut temeritate corrumpi. Item Urbanus secundus in synodo apud Melphiam.

Beneficio et officio careant qui post diaconatum uxori vacant.

Eos qui post diaconatum uxoribus vacare voluerint, ab omni sacro ordine removemus, officioque atque beneficio ecclesie carere decernimus.

Quod si ab episcopo commoniti non se correxerint, principibus indulgemus licentiam, ut eorum feminas mancipent servituti. Si vero episcopi consenserint eorum pravitatibus, ipsi officii interdictione mulctentur. Item Calixtus Gaudensi patriarche.

Subdiaconi et deinceps, si continentes a suis gradibus deiciantur.

Erubescant impii et intelligant iudicio sancti spiritus eos, qui in sacris ordinibus tribus, presbiteratu, diaconatu, subdiaconatu positi, mulierculas non abiecerint et caste non vixerint, excludendos ab eorundem graduum dignitate.

De manifestis quidem loquimur, secretorum autem cognitor et iudex est Deus. Idem in Meldensi sinodo presidens ait.

Ad sacros ordines non accedat nisi virgo aut probate castitatis.

Nemo ad sacrum ordinem permittatur accedere nisi aut virgo aut probate castitatis, et qui usque ad subdiaconatum unicam et virginem uxorem habuit. Item ex Carthaginensi concilio.

In tribus gradibus constituti ab uxoribus abstineant.

Placuit episcopos, presbiteros, diacones, subdiacones, secundum priora statuta, etiam abstinere ab uxoribus, quod si non fecerint, ab ecclesiastico removeantur officio. Ceteros vero clericos ad hoc non cogi percipimus, sed uniuscuiusque ecclesie consuetudinem observari debere. Item Leo papa ex epistola in decretalibus.

In minoribus ordinibus constituti uxores ducant, non voto et religioso habitu sanctiam et aperte prohibeantur.

Si presequamur, quod sancta romana ecclesia in gradibus clericorum agit: clericos, hostiarios, lectores, exorcistas, acolitos, si extra votum et habitum monachi inveniantur, et continentiam profiteri noluerint, uxorem ducere virginem cum benedictione sacerdotali permittit.

Non autem viduam aut repudiatam, quia propter hoc deinceps nec ad subdiaconatum permittuntur.

[illegible]

hi poterit. quia nec laicus non virginem sortitus uxorem, aut bigamus, aut clericatum. Vel si quis ex predictis ordinibus desciderat, ad subdiaconatum ascendere non poterit, sine consensu uxoris sue, ut fiat de carnali spiritale coniugium, nemine eos cogente. neque permittitur postea uxor coniugi eidem marito suo carnaliter, non tamen nubere in vita, aut post mortem illius. Item ex calcedonensi concilio. Non licet clericis alicui in quibusdam secte uxorem accipere.

Quoniam in quibusdam provinciis concessum est lectoribus et psalmistis uxores ducere, constituit sancta synodus non licere cuiquam ex his accipere secte alterius uxorem. Item niceni concilii capitulo iii. Non habitent mulieres cum clericis nisi que naturali fede omnem suspicionem excludunt.

Interdixit per omnia sancta synodus non episcopo, non presbitero, non diacono, non subdiacono, non alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amitam, aut eas personas que fugiant suspiciones. Item Gregorius in dialogo li. iiii. Presbiter quidam uxorem suam quasi sororem diligebat, quasi hostem fugiebat.

Presbiter quidam sibi commissam regebat ecclesiam cum magno timore domini, qui ex tempore accepti ordinis presbiteram suam ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, ad se accedere propius nullo modo sinebat, eamque sibi appropinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi funditus communionem familiaritatis abscidit. Presbiteram non licere viduam accipere Laudicense concilium ostendit dicens. Vidue vel seniores presbitere appellantur.

Mulieres que apud grecos presbitere appellantur, apud nos autem vidue seniores appellantur, univire vel matricurie appellantur, in ecclesia tanquam ordinatas constitui non debere decernimus.

Ecce quod in sacris ordinibus constituti uxores habere non possunt. Vel si bigami aliqui inveniuntur, ad sacros ordines ascendere non valent. Sed queritur si quis post uxorem concubinam habuit, utrum in sacerdotem promoveri valeat. Tales a sacris ordinibus auctoritate canonum apostolorum prohibentur, in quibus sic statutum legitur. Ad sacrum non accedat ordinem secundis nuptiis post baptisma copulatus aut concubinam habens.

Si quis post acceptum baptisma sacrum secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non potest fieri episcopus, non sacerdos, non diaconus, aut prorsus ex numero eorum qui in ministerio sacro deserviunt.

Deservientes sacro ministerio intelliguntur subdiaconi, qui calicem diacono offerunt, et acoliti, qui cum cereis diacones precedunt, unde et ceroferarii dicuntur, qui etiam vinum et aquam preparando calici subministrant. Concubina intelligenda est preter uxorem, ut iste sit sensus capituli. Si quis post acceptum baptisma sacrum secundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam habuit, distinguendum est an quam uxorem duxerit sive post mortem uxoris. Unde beatus Gregorius ait. Qui duas maritas post baptisma clericus non ordinetur.

Maritum duarum matronarum post baptismum clericum non ordinandum esse censuimus, nec eum qui unam quidem concubinam vel meretricem in matrimonium assumpsit, nec illum qui semetipsum abscidens quodlibet membrum indignatione aliqua vel iusto vel iniusto timore superatus truncaverit, neque illos qui usuras accepisse convincuntur, aut in scena lusisse noscuntur, nec eum qui publica penitentia mortalia crimina deflevit, neque illum qui in furiam aliquando insanivit, vel affectione diabolica vexatus est, neque eum qui per emptionem ad unitatem symoniace magi pecuniam optulit. Item Pius papa Felici episcopo cap. iii. Arrepticii vel epileptici sacris non ministrent altaribus.

Communiter diffinimus ut nullus de hiis qui aut in terra arrepti a demonibus eliduntur, aut quibuslibet vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscusse se ingerant sacramentis divinis, exceptis illis qui corporum incommoditate dediti sine huiusmodi passionibus in terra planguntur elisi; qui tamen et ipsi tamdiu cessent ab officiis suis et loco et ordine suspensi, quousque unius anni spatio per discretionem episcopi inveniantur ab incursu demonum liberati. Item Nicholaus papa. De eodem.

Clerici qui in adolescentia a demonibus cognoscuntur obsessi, ad superiorem sacri regiminis gradum accedere non possunt. Item Gelasius papa. De eodem.

Usque adeo sane passim illicita queque prorumpunt, ut vexatis demoniis similibusque passionibus sacrosancta ministeria tractare tribuantur. Quibus si in hoc opere positis aliquid propter necessitatis occurrat, quis de sua fidelium que salute confidit, ubi ministros ipsos cu

[illegible]

alre ccsfghiklmno pqrstuvx. amen dico

ratoris humane tanta perspectio cala
mitate uexari. atque id necessario re
mouendi sunt: ne quibuslibet per quibus xpc
mortuus est. scandalum generetur infirmis.
Postremo si corpore sauciatum fortassis.
aut debilem necessitas sua coniuge. lex di
uina permisit. quanto magis domini cele
stis dispensatores esse non conuenit. quod
est deteri mente perculsus. Item innocentius
pp. felici episcopo capitulo .iii. Quod tempore
bapti uxores habentes si postea religiose
uixerint: clerici fieri non prohibentur.
Laici qui habentes uxores baptizati sunt.
ac si se instituerint ut in nullo: oppi
nio eorum uacillet. aut clericis iuncti
sunt. aut monasteriis ex quo bapti
zati sunt adheserunt. si non concubinam
si non pollice nouerint. si in bonis operibus
uigilauerint. non prohibentur huiusmodi ad
clericatus sortem assumi. Certum autem sus
ceptum sacrum ordinem. quosdam legimus
concubinas habuisse. quas tamen sacri
canones non reiciunt. si post sacrum
ordinem ab earum commixtione se imacu
latos custodiunt. Unde. greg. andree
tarentino episcopo. De quodam episcopo qui ante episcopatum
sui apicem concubinam habuit.
Habuisse te concubinam manifesta ui
detur coniunctio. et te illius criminis parti
cipatorem hec cognouimus. de quo et
tua est quibusdam innata suspicio.
Sed quia in ambiguis rebus absolutum non
debet esse iudicium: hoc tue conscientie con
mittendum eligimus. Quia de re si in sac
ordine constitutus eius te recolis per
mixtione maculatum. sacerdotii ho
nore deposito: aministrandum nullo
modo presumas accedere. sciturus in anime tue
periculo te ministrare: et deo nostro te sine
dubio rationem reddere. si huius sceleris conscius
in eo quo es ordine celata ueritate permanere uolueris.
Domesticam quasi personam immoderatam
familiaritatem episcopum uitare oportet.
Unde nicholaus. pp. adaluino archiepiscopo.
Etiam consanguineam immoderatam fa
miliaritatem uitare oportet episcopum.
Quorundam relatione fidelium nostris auribus
intimatum est. quod lanfridus episcopus. qui et
iuuenis esse dicitur uenatori sit deditus.
Quod uitium plurimos de clericali catholo
go. ut genere dumtaxat germa
nos: et gallos. inuenient implicare.
Verum iste si ita est ut audiuimus. iu

ro iuuenis dicitur. quia iuuenilibus desidiis
occupatur. nulla grauitate constringitur.
Nam ut lex dicat iter. Uenatorem numquam
legimus sanctum. nichilominus autem relatum est.
apostolatui nostro de hoc episcopo quod est quadam
filia sua immoderatam teneat famili
aritatem: et ob id mala fama exorta sit.
Pro qua re: a sede tua. seu suis co
episcopis suis. amonitus atque correctus est.
sed nullatenus emendatus. Que res in hoc
maxime displicet. et magis ac magis
de se reddit opinionem deteriorem.
In quo beatitudini tue et coepiscoporum suorum
monitionibus non obedit. per inobedientiam in
culpam phitoplausti relabitur. Oportet
ergo fraternitatem tuam sinodale cum episcopis:
et suffraganeis suis conuocare concilium.
et hunc salutaribus eloquiis episcopum con
uenire. atque illi pastorali auctoritate
precipere. quatinus ab omnium bestiarum uel
uolucrum uenatione penitus alienus exi
stat. atque immoderata filie sue familia
ritate semel omnino coherceat. Quod si
parere contempserit: et tam pro uenationis
declinatione quam pro immoderata filie sue con
uersatione uitanda uobis amonentibus o
bedire distulerit. a uestro collegio excom
municatus abscedat. Quod si in hac contu
macia adhuc apparuerit amisso cessare debebit.
Concubina autem hic ea intelligitur que
cessantibus legalibus instrumentis: unita
est. et coniugali affectu asciscitur. hanc con
iugem facit affectus concubinam lex nominat.
De hac dicitur in concilio tolethano.
Qui non habet uxorem loco illius concubinam
Si quis non habet uxorem et pro sibi liceat habere.
Uxore concubinam habet. a comunione non repella
tur. tamen ut unius mulieris. aut scilicet uxo
ris aut concubine sit coniunctione con
tentus. Item ysidorus de distantia
ueteris et noui. t. De eodem.
Xpiano non dicam plurimas. sed nec duas simul
habere licitum est. nisi unam tantum. aut uxorem.
aut certe loco uxoris si coniux deest concubinam.
Ceterum si non talis concubina fuit: et carens
illius de quo agitur. futurum in coniunctione
suspitionem auferre dinoscitur. apostolica con
cessione ad ordinem diaconatus prouehi
potest. Unde pelagius pp. scribens florenti
no episcopo. Quod post uxoris transitum de ancil
la habens filios: diaconus fieri non prohibetur.
Fraternitatis tue relatione suscepta: cuius
latorem sedis quondam nuptias ceptum

XXXIII

preceptum ut .xvi. q. i. ... integritatis ... cogitur intrare monasterium aliquis ... penitentiam ut .l. di. ... quis clericus vel ex ... b.

... nec fiat sibi ... quam posset eam accusare de adulterio ... licet sit ... xxvii. q. i. si quis ... quod ... posset tamen ... [illegible]

[illegible]

fuisse non dedicimus, castitatem tamen eum post non servasse coniugio designasti. Et quamvis multa sint que in huiusmodi casibus observari canonice iubeantur, sublimitatis auctoritas tamen, quia defectu nimirum temporis quibus non solum vita sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur manere censuram, et etas illius de quo agitur fuerit incontinentie suspicionem auferre dignoscitur, et ideo ad diaconatus ordinem provehi possit. Accessisse nos noveris mulierem (?) ... ancillam eius de qua post uxoris transitum filios habuit, confessus est; iubemus ita dispositione cuiusque monasterio continentia professus tradatur.

Hoc ex dispensatione misericordie, ceterum ex rigore discipline valet illud Authentici concilii.

Non admittatur ad clerum qui post uxorem aliam cognovit.

Si quis de laicis post uxorem suam aliam quamcunque concubinis cognovit mulierem, in clerum nullatenus admittatur.

Quod ergo de pellice et meretrice apud Gregorium et Innocentium scribitur, propter spem future continentie consultum esse creditur, quia difficile continentiam servabit, qui se illicito concubitu maculare non metuit. Vel prohibentur ordinari, qui pellicem vel meretricem cognoverunt maritali affectu, vel que corrupta florem virginitatis amiserat, vel que meretricari non desinit, licet in uxorem ducatur. Utrique enim impedimentum cuilibet prestat, quominus ad sacros ordines pervenire valeat. Unde Hylarius papa scribit dicens:

Qui non virginem uxorem duxit, ad sacros ordines nec non accedat.

Curandum quoque imprimis est, ne ad sacros ordines, sicut gestis prioribus ante prescriptum est, quisquam qui uxorem virginem non duxit aspiret. Item Gregorius urbis Rome presul Siciliano episcopo.

Bigamus vel penitens vel corpore viciatus, litteras ignorans, curie vel condicioni obnoxius clericus non fiat.

Precipimus ne umquam illicitas ordinationes facias, nec bigamum aut qui virginem sortitus non fuit uxorem, aut ignorantem litteras vel qualibet parte corporis viciatum, vel penitentem, vel curie aut cuilibet condicioni obnoxium ad sacros ordines permittas accedere. Sed si quos huiusmodi reperis, non audeas promovere. Item in Neocesariensi concilio.

Non fiat sacerdos cuius uxorem evidenter constat adulterium commisisse.

Si cuius uxorem commisisse adulterium cum esset laicus evidenter fuerit comprobatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu eo iam constituto adulteraverit, dato repudio dimittere eam debet. Si vero retinere eius consortium velit, non potest suscepto ministerio perfrui. Item ex concilio Martini pape.

De eodem.

Si laici uxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministerium ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post ordinationem alicuius clerici uxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipsa voluerit permanere, a ministerio sit alienus.

Premissis auctoritatibus bigami et qui virgines non sunt sortiti uxores a sacris ordinibus prohibentur. Sed queritur si quis ante baptisma viduam duxerit uxorem, an propterea sit prohibendus a sacris ordinibus. De his ita scribit Innocentius papa Victorico Rotomagensi episcopo.

Qui ante baptisma sive post baptisma viduam duxerit uxorem, non admittatur ad clerum.

Si quis viduam licet laicus duxerit uxorem, seu ante baptismum seu post baptismum, non admittatur ad clerum, quia eodem vitio videtur exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non accepte uxoris consortium relaxatur. Quod si non putatur uxor esse computanda que ante baptismum ducta est, ergo nec filii qui ante baptismum geniti sunt pro filiis habeantur.

Prohibentur etiam bigami a quolibet ordine clericatus, iuxta illud Ambrosii ad Vercellenses.

Qui secunda coniugia sortiuntur, clerici non fiant.

Cognoscamus non solum de episcopo et de presbytero apostolum statuisse, sed etiam patres in concilio Niceni tractatus addidisse clericum quemquam non debere esse qui secunda coniugia sit sortitus. Similiter et viduarum maritos vel ancillarum vel meretricum clericos fieri non posse. Unde et in canonibus apostolorum legitur:

Spectaculis publicis mancipatam, eiectam vel ancillam ducens uxorem clericus non fiat.

Si quis viduam et abiectam acceperit aut meretricem aut ancillam aut aliquam de his que publicis spectaculis mancipantur, non potest esse episcopus aut presbyter aut diaconus aut ex numero eorum qui ministerio sacro deserviunt. Que autem sit vidua, que eiecta, vel meretrix, Ieronimus ad Fabiolam de veste sacerdotali ostendit dicens:

Que sit vidua, vel que eiecta, vel meretrix.

Vidua est cuius maritus mortuus est. Eiecta, que a marito vivente proicitur. Meretrix, que multorum libidini patet. Sed postea

quis primus ... ergo ... facere et ex necessitate est ... xxxiii. q. iii. ergo quod tenetur ... bigamo non sortitur ... quod nemo ... ergo ... licet facere ... et hec sequitur quod aliquis pro uno ... meretur ... est ... xxiii. q. i. ... item ex hoc sequitur quod aliquis ex uno ... et meretur et ... meretricem ... dum cognoscit uxorem ut xxxiii. q. v. c. i. et quod una res ... cum ... posset tamen dici quod si maritus ... debitum uxori corrupte non ... sibi quam possit promoveri, quia tunc potius dicitur cognosci ab uxore quam cognoscere ipsam ut xxxii. q. ii.

... xxvii. q. ii. ... et ideo non videtur esse ibi plenum sacramentum vel ... contingit quod ... persona presumitur qui ... cum ancilla. b.

.n. Vidua meretrix. alibi dicitur meretrix cuius turpitudo publice venalis est ut xxxii. q. iiii. meretrices. b.

.o. Multorum. quod admisit plures ... xxxiiii. ... ut ... de clerico excommunicato. Latores. b.

[illegible marginal glosses]

a [Subdiaconus.] colligitur casum ex eo quod dicitur s. xxxi. di. c. similiter infra.
b [Inter lectores.] dicit ecclesia post primum clericale ut lxxxiii. di. quisquis. [illegible] hec ex dispensatione que remanet in sacris ordinibus. b.

c [Lectoris fiat.] sic ergo dispensat papa. [illegible]

d [Presbiteri alienatum] [illegible]

e [Valentino.] hunc casum habes ex eo quod [illegible] b.

f [Sociata eum ualentino.] b.

g [In quibus sequitur] [illegible]

h [Vel quia uix.] [illegible]

i [Sept. alee.] [illegible]

D. XXXV

temporum defectum condescendens papa Martinus in minoribus ordinibus eos constitui permisit. non regulam prefigendo dicens: Inter lectores et hostiarios deputetur subdiaconus qui uiduam duxerit uxorem.

Si subdiaconus uiduam uxorem duxerit, inter lectores et hostiarios habeatur. Ita ut apostolum non legat. Necessitate tamen exigente bigami usque ad subdiaconatum possunt promoueri non de rigore. Unde idem Martinus papa ait. Uiduam ducens uxorem lector si uiduam subdiaconus non potest.

Lector si uiduam alterius uxorem acceperit: in lectoratu permaneat. aut si necessitas fuerit subdiaconus fiat. nichil autem supra. Similiter si bigamus fuerit. Quibus autem propria coniugia prohibentur. interdicitur etiam nuptialibus conuiuiis interesse. Unde in agatensi concilio legitur. Nuptiarum conuiuiis presbiteri, diacones, subdiacones interesse non debent.

Presbiteri, diacones, subdiacones, et deinceps quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum euitent conuiuia. nec hiis cetibus misceantur ubi amatoria cantantur et turpia. aut obscenis motibus corporum choris et saltationibus efferuntur: ne auditus et obtutus sacris ministeriis deputatus turpium spectaculorum atque uerborum contagione polluatur. Uidua uero intelligenda est. si post sollempne fedus nuptiarum morte interueniente a uiro suo diuisa fuerit. Ceterum si antequam conueniant fatali necessitate ab alterutro diuisi fuerint. licet ex sponsalibus uxor sit appellata. non tamen post mortem sponsi et si in patrem sit ducta et tamen eo uelata. uidua appellatur: nec ex eius copula a sacris ordinibus aliquis prohibetur. Unde pelagius papa scribit. Qui eum alio uelatam non tamen illi nuptam uxorem duxerit sacerdos fieri non prohibetur.

Ualentino clerico.

Que mulier cum alio ante uelata: non tamen illi nupta sed uirgo permanens: post mortem eius cum quo uelata sponso erat. coniugali est copula sociata. qui eam uelatam accepit. nullum in promouendo generis obstaculum. quia nichil est quantum ad hunc articulum pertinet. quod et de canonicis obuiet ostenditur. A quibus ordinibus bigami prohibeantur. Et utrum reputentur bigami qui ante baptismum habuerit unam et post baptismum alteram. An liceat sortiri uxores in sacris ordinibus.

k [Ab exordio.] nec carnibus et tamen lamech fuit uenator et fuit [illegible] fecerunt non propter carnes. b. [illegible]
l [In signum.] ut per eam fideles [illegible] circumcisionis uel fuit signum [illegible]

nibus constitutis multorum auctoritatibus breuiter monstratum est. Sequitur autem in descriptione illa apostolica: ut sit sobrius: qui ordinandus est. non uinolentus. quod ex auctoritate ueteris testamenti introductum est. Ministri enim templi prohibentur uinum et siceram bibere. ne ebrietate grauentur corda eorum. ut sensus eorum semper uigeat et tenuis sit. Nam quia uenter mero estuans facile despumat in libidines. Unde noe in ebrietate nudauit femora. Loth quem sodoma non uicit: uina uicerunt. Quod autem uinolentus esse prohibetur. non semel sed frequenter uino repletus debet intelligi. hinc et in canonibus apostolorum legitur. Diaconus aut presbiter aut episcopus alee aut ebrietati deseruiens nisi desierit deponatur.

Episcopus aut presbiter aut diaconus alee atque ebrietati deseruiens aut desinat aut certe damnetur. Subdiaconus autem aut lector aut cantor similia faciens aut desinat aut communione priuetur. similiter et laicus. Item ieronimus. Esus carnium et uini post diluuium concessus legitur. post christi aduentum inhibitus.

Ab exordio conditionis humane. nec carnibus uescebamur. nec dabamus repudium. nec preputia nobis capiebantur in signum. hoc cursu: ad diluuium peruenimus. Post diluuium autem mandationes quas ferre nullus potuit: carnes ingeste sunt ad uescendum. et repudium concessa est duricia. et cultellus circumcisionis est appositus. quia dei munus plus crearat quam necesse est. Postquam autem christus uenit in fine temporum et O reuoluit ad A. et extremitatem retraxit ad principium nec repudium dare nobis permittitur. nec circumcidimur. nec comedimus carnes dicente apostolo. Bonum est uinum non bibere et carnes non comedere. Uinum enim cum carnibus post diluuium dedicatum est. Item ex eisdem epistolis. Alienum est a sapiente potationibus et ebrietati uacare.

Luxuriosa res est uinum et contumeliosa ebrietas. Omnis autem qui cum hiis miscetur non erit sapiens. Idem in michea propheta. Ignominiosum est sacerdoti ecclesie principes affluere deliciis.

Et qui deliciis affluunt et inter epulas atque delicias pudicitiam seruare se credunt. Prophetie sermo describit eos [illegible]

m [illegible] tollebatur per eas fides [illegible]

p [Complere.] [illegible]

q [Continuatio.] [illegible]

r [Ad a.] [illegible]

s [Nec comedimus.] [illegible]

t [Dedicatum est.] [illegible]

u [Ecce principes.] [illegible]

x [Prophetie.] [illegible]

k [Desinens.] [illegible]
l [Desinat.] non ergo per quolibet delicto [illegible]
[Si quoque peccant homines] [illegible]

y [Clerici.] [illegible]
z [Epulis.] [illegible]
[Delicias.] [illegible]
[Ebrietas.] [illegible]

Primus noe legitur in libro genesis quod post egressus de archa cepit exigere terram et plantauit uineam bibensque uinum [illegible]

sunt de spatiosis domibus lautisque conviviis, et multo labore expletis conquisitis. Et si vis scire quod descendendi sit per malas cogitationes et opera sua cum angelum lege. in tenebras scilicet exteriores, ubi erit fletus et stridor dentium. Animum confusio et ignominia est. Christum crucifixum pauperem et esurientem farsatis corporibus predicare, et ieiuniorum doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferre. Sed in apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conversationem et abstinentiam. Item Ambrosius in sermone de ieiunio. Divinum ad patrem resultat oraculum: In paradiso abstinentia, post paradisum edendi licentia cepit.

Sexto die bestie sunt create, et cum bestiis omnibus data est edendi potestas, et usus escarum. Ubi cibus cepit, ibi finis factus est mundi. Ibi cepit sua incrementa nescire, ubi cepit divina circa eum opera feriari. Quo indicio declaratum est, quod per cibos mundus habet minuitur; per quos ipse desiuit augeri. Et infra. Ut sciamus non esse novellum ieiunium, primam illic constituit legem de ieiunio. Et infra. Cuiusque nemo prevaricari noverat. Ut adhuc orta non esset, que prima est prevaricatio, indictum est ieiunium abstinentie lex a domino deo, prevaricatio legis a diabolo. Culpa per cibum, latebra post cibum, agnitio infirmitatis in cibo. Firmitatis virtus in ieiunio. Serpens suasor gule, dominus ieiunare disserit. Itaque gula paradiso regnantem expulit. Abstinentia ad paradisum revocavit errantem. Et infra. In principio generis humani ignorabantur ebrietates. Primus Noe vineam plantavit, detectaque naturam; sed ignorabat potentiam. Itaque vinum non suo peperit auctori. Sed illius ebrietas nobis suadet sobrietatem. Semel enim inebriatus est Noe, ut malum ebrietatis agnoscit iuniori suo: ad remedium temperavit, non effudit ad vicium. Manebat autem anteriori vinum inveniret: omnibus indiscussa libertas. Nemo sciebat a consorte nature sue obsequia servitutis exigere. Non esset hodie servitus, si ebrietas non fuisset. Obrepserat quidem tamen fine plasmatis immunda manebat, in adhuc pene pietatis reverentia. Lesa pietas est, dum irridetur ebrietas. Non illi vita solus nocuit vina quod cepe-

runt. Sed in illis amplius quorum oculis cuiusmodi ebriosorum nudabantur. Et infra. Legitur etiam quod preterea Loth inebriaverit filie in monte, ad quem timentes incendium Sodomitarum confugerant, et habitabant in spelunca. Fuit itaque ebrietas incestus origo, pessime generationis tenior parvus. At non Abraham vina in suo convivio ministravit. Sed immolabat vitulum, butirum et lac. Et angelis hospitibus exhibebat. Recte enim illic deerat malum peccati, ubi erat remissio peccatorum. Deinceps annuntiavit dominum Iohel, non manducans panem, neque bibens vinum. Qui enim Christum annuntiat, ab omni incitorum incentivo prestare se debet alienum. Item ex concilio Agatensi. Triginta diebus a communione abstineat clericus, quem ebrium esse constiterit.

Ante omnia clericis vetetur ebrietas, que omnium viciorum fomes ac nutrix est. Itaque eum, quem ebriosum fuisse constiterit, ut ordo patitur, aut triginta dierum spatio a communione submoveri, aut corporali subdatur supplicio.

Oportet enim ordinandum esse prudentem, quoniam et eos nonnumquam decet, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum. Prudentem autem episcopum oportet intelligi, non solum litterarum peritia, verum etiam secularium negociorum dispensatione. Unde et in epistola Gelasii pape legitur sic. Illiterati et corpore vitiati non promoveantur ad clerum.

Illiteratos autem aliquos per corporis minutos nullus presumat ad clericorum ordinem promovere, quia litteris carens sacris non potest esse aptus officiis, et vitiosum deo nichil prorsus offerre legalia precepta sanxerunt. Similiter quod scriptores abscidit. Item Zosimus papa. Ad summum sacerdotium non aspiret, qui divinis disciplinis per ordinem non est imbutus vel eruditus.

Qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus, et temporum approbatione divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesie sacerdotium aspirare presumat, et non solum in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiam ordinatores eius careant eo ordine, quem precepta patrum crediderint presumendum. Ecce quantam sacrarum litterarum oportet episcopum habere peritiam. Unde in veteri testamento iubetur etiam ornamentis pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio et veritas, quia in pectore pontificis debet manifesta esse cog-

D. XXXVI

potest uel aliquo quo non potest dispensare ... agitur cum talibus necesse est ... b.
Ecce pontifex. legitur in exodo quod precepit dominus moysi ut mitteret ...

Per eorum igitur dominus deus meus da mihi sapientiam et intellectum ut ... coram populo tuo ... et ... multos et gloriam sed sapientiam tamen sapientia et scientia ...

... nitio uitatis. Hinc etiam uectes quibus archa portabatur, iugiter anulis erant inserti, ut cum archa esset portanda, nulla fieret mora de intromittendis uectibus. Quia predicatores per quos ecclesia circumfertur, sacris litteris semper debent insistere, ne tunc querant discere, cum ex officio alios debeant docere. Hinc etiam Dauid, prius ex gratia spiritus sancti donum sciencie percepit, et postea ad regni administrationem assecutus est. Salomon quoque non diuitias, non longa tempora huius uite, sed sapientiam a deo petiit, et impetrauit. Hinc etiam dominus prius posuit uerba sua in ore prophete, et postea constituit eum super gentes et regna, dicens ad Ieremiam: Ecce dedi uerba mea in ore tuo. Ecce constitui te super gentes et regna et cetera. Hinc et Malachias ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem exquirunt de ore eius, quia angelus domini exercituum est. Hinc etiam idem saluator noster prius in medio doctorum sedit, audiens illos et interrogans, et postea predicare cepit, quia prius quisque debet discere, et postea debet officium predicandi usurpare. Hinc et Salomon ait: Prius tempus tacendi, et postea loquendi, quia litteras prius tacendo discere, et postea loquendo predicare. Hinc idem dominus ait: Qui audit, dicat ueni. Hinc etiam prius apostolos docuit, deinde eos ad predicandum misit, dicens: Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbe. Sic etiam post resurrectionem prius illis sensum aperuit, et scripturas explanauit, et postea dixit eis: Euntes in mundum et cetera. Unde cum de quinque panibus quinque milia hominum uellet reficere, prius panes accipiens fregit, et postea discipulis dedit, et per eos demum turbis apposuit, quia sacramenta legis et prophetarum prius discernendo exposuit, et postea eorum scientiam discipulis dedit, et tandem per eos illam fidelibus dispensauit. Hinc et Petrus cum ecclesie rectoribus scriberet, ait: Parati reddere rationem omni poscenti uos satisfactione de ea fide et spe que est in uobis. Hinc et Paulus scribens ad Thimotheum ait: Attende lectioni et exhortationi et doctrine. Ex quibus omnibus liquido colligitur, quod non sufficit prelatis bona conuersatio, et morum honestas, nisi addatur scientia doctrine. Unde sacerdotes ingressuri tabernaculum, prius lauabantur in labio eneo, quod fecerat Moyses ex speculis mulierum. Hinc etiam in canticis canticorum: Oculi per quos prelati intelliguntur esse assimilantur columbis, que resident iuxta fluenta plenissima. Hinc et Ieronimus in Leuitico.

Sacerdotis est scientiam legis habere, non tantum in libellis, sed et populo dare.

Si quis uult pontifex non tantum uocabulo esse, sed et merito, imitetur Moysen, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis, quia non discedebant de tabernaculo domini. Erat ergo Moyses in tabernaculo domini indesinenter. Quid autem ei opus erat? ut aut a deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Hec duo sunt pontificis opera, ut a deo discat legendo scripturas diuinas et sepius meditando, aut populum doceat. Sed illa doceat, que ipse a deo didicerit, non ex proprio corde, uel ex humano sensu, sed que spiritus sanctus doceat. Est et aliud opus quod facit Moyses. Ad bella non uadit, non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? Orat, et donec orat, uincit populus eius. Si relaxauit et dimiserit manus, populus eius uincitur et fugatur. Oret ergo sacerdos ecclesie indesinenter, ut uincat populus qui sub ipso est hostes inuisibiles amalechitas, qui sunt demones inpugnantes eos, qui pie uolunt uiuere in Christo.

Sed queritur an secularibus litteris oporteat eos esse eruditos. De his in concilio Carthaginensi IIII scribitur:

Libros gentilium non legat episcopus.

Episcopus libros gentilium non legat, hereticorum autem legat aut pro necessitate, aut pro tempore. Item Ieronimus ad Damasum papam de prodigo filio.

Reprehenduntur sacerdotes qui obmissis euangeliis et prophetiis comedias legunt.

Sacerdotes dei omissis euangeliis et prophetiis uidemus comedias legere, amatoria bucolicorum uersuum uerba cantare, tenere Virgilium, et id quod in pueris est causa necessitatis, crimen in se facere uoluptatis. Item.

In uanitate et obscuritate sensus ambulant qui secularibus disciplinis occupantur.

Nonne uobis uidetur in uanitate sensus et obscuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur, qui fisicus perscrutator oculos trans celum leuat, et ultra profundum terrarum et abissi in quoddam inane demergitur?

D. XXXVII.

[illegible]

Qui iambum feriet, quod tantam uitiorum
siluam in suo studiosus corde distinguit
et agentem, et ut ad alteram partem transeat.
quod diuitias per fas et nefas querunt. qui
adulantur regibus, hereditates captant alie-
nas, et opes congregant, quas in momento
cui sit relicturus ignorat. Idem in
Ysaia. Qui scripturas sacras male intelligunt uel
Uino inebri- seculari scientia abutentes uino
antur. qui scripturas inebriantur. et siceram.
sacras male intelligunt atque peruertunt.
Siceram: quia abutuntur seculari scientia uel
sapientia, et dialecticorum tendiculis, que
non tam uincula sunt appellanda quam fan-
tasmata. id est umbre quedam et ymagines,
que cito pereunt et resoluuntur. Idem.
Secundum tropologiam presertim prophetas eas de-
bemus accipere qualiter scripturarum uerba
accipiunt, quam sensus sanctus sonat, et diuinos esse
quod conceperit mentis sue incerta furore: qui
uera pronuntiant absque diuinorum uer-
borum auctoritate. Item. Quicumque
scripturas non intelligunt ita ut res uer-
itas habet: uuam acerbam comedunt.
Idem in epistola ad ephesios. Reprehendun-
tur episcopi qui filios suos secularibus litteris
Legant episcopi atque presbiteri, qui erudiunt.
filios suos secularibus litteris erudiunt, et
faciunt illos comedias legere, et mimo-
rum turpia scripta cantare de eccle-
siasticis sumptibus forsitan eruditos, et quod
in corbanan pro peccato uirgo uel uidua.
uel substantiam suam totam effundens quilibet
pauper obtulerat, hoc kalendarium strenam.
et saturnalitiam sportulam, et mineruale
munus, Gramaticus et orator aut
in sumptus domesticos, aut in templi
stipes, aut sordidum conuertit in lucrum.
Heli sacerdos ipse sanctus fuit. sed quia filios su-
os non erudiuit in omni disciplina et cor-
reptione, supinus cecidit, et mortuus est.
Item rabanus de ecclesiasticis pressuris.
Ieronimus ab angelo uerberatur, quia cice-
Legimus de beato ronis libros legebat.
Ieronimo, quod cum libros legeret cicero-
nis, ab angelo correptus est, eo quod uir christianus
paganorum figmentis intenderet.
Hinc est filius ille prodigus in euan-
gelio reprehenditur, qui de siliquis quas por-
ci manducabant, uentrem suum implere
cupiebat. Hinc et origenes consteatur ranas
quibus egyptii sunt percussi, inanem dialecticorum gar-
rulitatem et sophistica argumenta intelligi.

[illegible]

Ex quibus omnibus colligitur quod non est ab eccle-
siasticis secularium litterarum querenda peritia.
Sed econtra legitur, et quod moyses et daniel omni
scientia egyptiorum et caldeorum eruditi fuerunt.
Legitur et quod precepit dominus filiis israel ut
expoliarent egyptios auro et argento,
moraliter instruens, ut siue aurum sapie-
ntie siue argentum eloquentie apud poetas inue-
nerimus, in usus salutifere eruditionis con-
uertamus. In leuitico etiam primitias mellis,
id est dulcedinem humane eloquen-
tie domino iubemur offerre.
Magi quoque tria munera domino obtule-
runt, in quibus nonnulli tres partes
philosophie uolunt intelligi. Unde
et ut in expositione psalmorum cassiodorus
testatur. Omnis splendor rethorice elo-
quentie, omnis modus poetice locutionis, que-
libet uarietas decore pronuntiationis a
diuinis scripturis sumpsit exordium.
Unde et ambrosius ait super epistolam ad co-
losenses. Omnis ratio superne scientie uel terrene
creature in eo est qui est caput earum et
auctor, ut qui hunc nouit, nichil ultra
querat, quia hic perfecta uirtus est et sapientia. Quic-
quid alibi queritur, hic perfecte inuenitur.
In daniele et salomone ostendit deus in-
fidelibus se esse auctorem totius sapientie, quod in-
fideles non putant, quia non leguntur in euangeliis
et prophetis astrologia et alia huiusmodi,
que despecta sunt, quia nichil ualent ad sa-
lutem, sed mittunt in errorem, et dum his
student, curam anime non habent.
Qui uero christum nouit, thesaurum sapientie
et scientie inuenit, quia id nouit quod utile est.
Hinc etiam beda in libro regum ait. Non
prohibentur clerici seculares litteras
Turbat acumen legentium et legere.
deficere cogit, qui eos a legendis secularibus
libris omnimodo existimat prohibendos.
In quibus siqua inueniuntur utilia,
quasi sua sumere licet. Alioquin moyses
et daniel sapientia et litteris egyptiorum et
caldeorum non paterentur erudiri, quorum
tamen superstitiones et delicias horrebant.
nec ipse magister gentium aliquos uersus poe-
tarum suis uel scriptis indidisset uel dictis.
Cur ergo legi prohibentur que tam
rationabiliter legenda probantur?
Sed seculares litteras quidam legunt ad
uoluptatem, poetarum figmentis et orna-
tu uerborum delectati. quidam uero eas ad
eruditionem addiscunt, ut errores gentilium

[illegible]

[illegible]

talium legendo detestentur. et utilia que in eis inuenerint. ad usum sacre scripture eruditionis deuotione mutant. Tales laudabiliter seculares litteras addiscunt. Unde beatus gregorius quendam episcopum non reprehendit, quia eas didicerat. sed quia contra episcopale officium pro lectione euangelica grammaticam populo exponebat. hinc et ambrosius scribit super lucam. Seculares littere legende sunt ut non ignorentur.

Legimus aliqua ne negligantur. legimus ne ignoremus. legimus non ut teneamus. sed ut repudiemus. Item textus super epistolam ad titum. Grammatica legenda est ut per eam sacre scripture intelligantur.

Si quis grammaticam artem nouit. uel dialecticam. ut recte loquendi rationem habeat. et inter uera et falsa diiudicet. non improbamus. Geometria autem et arithmetica et musica habent in sua scientia ueritatem. sed illa non est scientia pietatis. Scientia autem pietatis est nosse legere scripturas. et intelligere prophetas. in euangelio credere. apostolos non ignorare. Grammaticorum autem doctrina potest et proficere ad uitam. dum fuerit in meliores usus assumpta. Item. Exemplo danielis probatur non esse peccatum secularium litteris erudiri.

Qui de mensa et uino regis noluerunt comedere. ne pollerentur. utique si sapientiam atque doctrinam babiloniorum scirent esse peccatum. numquam acquiescerent discere quod non licebat. Discunt autem non ut sequantur. sed ut iudicent atque conuincant. Quemadmodum si quispiam aduersum mathematicos. uelit scribere. imperitus matheseos. risui pateat. et aduersus philosophos disputans si ignorat dogmata philosophorum. Discant ergo eo more doctrinam caldaicam quo moyses omnem sapientiam egyptiorum didicerat. Item. Si quando cogimur litterarum secularium recordari. et aliqua ex his discere que olim omisimus. non est nostre uoluntatis. sed ut ita dicam grauissime necessitatis. ut probemus ea que a sanctis prophetis ante secula multa predicta sunt. tam grecorum quam latinorum et aliarum gentium litteris contineri. Item ex sinodo eugenii pape. Magistros et doctores episcopi congruis locis constituant.

De quibusdam locis ad nos refertur. neque magistros. neque curam inueniri pro studio litterarum.

Idcirco ab uniuersis episcopis subiectis plebibus. et aliis locis in quibus necessitas occurrerit. omnino cura et diligentia habeatur. ut et magistri et doctores instituantur. qui studia litterarum liberaliumque artium dogmata assidue doceant. quia in his maxime diuina manifestantur et declarantur mandata. Item augustinus in libro contra manicheos. Auctoritate gentilium confirmantis non uidetur atque conuincitur.

Si quid uero de deo sibilla uel orpheus. aliique gentium uates atque philosophi predixisse perhibentur. ualet quidem aliquid ad paganorum uanitatem reuincendam. non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam. Quantum enim distat de christi aduentu inter predicationem angelorum. et confessionem demonum. tantum inter auctoritatem prophetarum. et curiositatem sacrilegorum scriptorum. Item clemens papa. Ad intelligentiam sacrarum scripturarum secularium peritia necessaria ostenditur.

Relatum est nobis. quod quidam in uestris partibus commorantes sane doctrine aduersantur. et pro uestris uidentur. non secundum traditiones patrum. sed iuxta suum sensum docere uidentur. Multas uero enim quidam ut audiuimus uestrarum partium ingeniosi homines ex his que legunt ueri similitudines capiunt. et ideo diligenter obseruandum est. ut lex dei cum legitur. non secundum propriam ingenii uirtutem uel intelligentiam legatur. uel doceatur. Sunt enim multa uerba in scripturis diuinis. que possunt trahi ad eum sensum. quem sibi sponte unusquisque presumpsit. sed non oportet. Non enim sensum alienum extrinsecus et extraneum debes querere. ut quoquo modo ipsum ex scripturarum auctoritate confirmes. sed ex ipsis scripturis sensum capere ueritatis oportet. et ideo oportet ab eo scientiam addiscere scripturarum. qui eam a maioribus secundum ueritatem sibi traditam seruat. ut et ipse possit eam quam recte susceperit competenter asserere. Cum enim ex diuinis integram quisque et firmam regulam ueritatis susceperit. absurdum non erit si aliquid et ex eruditione communi. ac liberalibus studiis que forte in pueritia attigit. ad assertionem ueri dogmatis conferat. ita tamen ut ubi uera didicit falsa et simulata declinet. Item ysidorus in libro sententiarum.

[illegible]

Quare prohibeatur christiano poetica figmenta legere.

Ideo prohibetur christiano figmenta legere poetarum, quia per oblectamenta fabularum nimium mentem excitant ad incentiva libidinum. Non enim solum thura offerendo demonibus immolatur, sed etiam eorum dicta libentius capiendo.

Et itaque ex premissis auctoritatibus apparet quod sacerdotibus semper debet esse ad usum. quia cum per ignorantiam fuerint exceati aliis ducatum prestare ceperint, ambo in foveam cadunt. Unde dicitur in psalmo: Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva. Cum enim obscurentur illi qui preeunt ad ferenda onera peccatorum, facile sequentes inclinantur. Elaborandum itaque est sacerdotibus ut ignorantiam a se quasi pestem quandam abiciant. Licet enim servus nesciens voluntatem domini sui et non faciens, dicatur vapulare paucis, non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ut enim apostolus ait: Qui ignorat, ignorabitur. Quod de eo intelligendum est, qui noluit intelligere ut bene ageret. Unde Augustinus ait in libro questionum: Non omnis ignorans immunis est a pena. Ille enim ignorans potest excusari a pena, qui quod disceret non invenit. Illis autem hoc ignosci non potest, qui habentes a quo discerent operam non dederunt.

D. XXXVII[I]

Cum itaque voluntaria ignorantia omnibus sit noxia, sacerdotibus est periculosa. Unde in Toletano concilio legitur:

Sacerdotibus maxime ignorantia est vitanda.

Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus dei vitanda est, qui docendi officium in populo dei susceperunt. Sacerdotes enim legere sacras scripturas ammonentur, Paulo apostolo dicente ad Thimotheum: Attende lectioni et exhortationi, doctrine quoque, et semper permane in his. Sciant igitur sacerdotes sacras scripturas et canones, et omne opus eorum in predicatione et doctrina consistat, atque edificent cunctos tam fidei scientia quam operum disciplina. Item ex eodem.

Officiale libellum ab episcopo accipiant presbiteri cum ordinantur.

Quando presbiteri in parrochiis ordinantur, libellum officialem a sacerdote suo accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas instructi accedant, ne per ignorantiam etiam in ipsis divinis sacramentis offendant. Cum vero ad letanias vel ad concilium venerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent vel baptizent. Item Leo episcopus Constantinopolitanus.

Inscientia sacerdotum non excusatione digna.

Si in laicis videtur intollerabilis nec inscientia, quanto magis in his qui presunt, nec excusatione est digna nec venia. Item Celestinus omnibus orthodoxis episcopis.

Canones non liceat sacerdotibus ignorare.

Nulli sacerdotum liceat canones ignorare, nec quicquam facere quod patrum regulis possit obviare. Que enim a nobis res digne servabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur? Item ex decretis sancti Augustini.

Que sunt sacerdotibus necessaria ad discendum.

Que ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est sacramentorum liber, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, compotus, canones penitentiales, psalterium, omelie per circulum anni dominicis diebus et singulis festivitatibus apte. Ex quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constare poterit. Quia valde periculose evangelice mine sunt, quibus dicitur: Si cecus ceco ducatum prestet, ambo in foveam cadunt. Item Zepherinus papa ex VII. sinodo.

Que oporteat eum scire qui ordinandus est episcopus.

Omnes psallentes repromittimus deo: In iustificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos. Quod omnes quidem christianos observare saluberrimum est, sed precipue hos qui sacerdotalem consecuti sunt dignitatem. Unde diffinimus omnis qui ad episcopatus provehendus est gradum, omnibus modis psalterium nosse, ut ex hoc et omnis clerus qui sub eo fuerit ita moneatur et imbuatur. Inquiratur autem diligenter a metropolitano si in promptu habeat legere scrutabiliter et non transitorie tam sacros canones et sanctum evangelium quam apostoli librum et omnem divinam scripturam, atque secundum mandata conversari atque docere populum sibi commissum. Substantia enim summi sacerdotii nostri sunt eloquia divinitus tradita, id est vera divinarum scripturarum disciplina, quemadmodum magnus prebet Dionisius. Quod si disceptatur, et non libenter facere et docere minime spopondit, nullatenus consecretur. Ait enim propheta deus: Tu scientiam repulisti, et ego repellam te ne sacerdotio fungaris michi.

Item ex concilio Carthaginensi IIII.

Placuit ut ordinandis episcopis vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta conciliorum fecisse peniteat.

Item Zepherinus papa. Sacre scripture inherentes non obscurantur iniquitate mundana.

Sicut stellas celi non extinguit nox, sic mentes fidelium inherentes sacre scripture non obscurat mundana iniquitas.

Item Ieronimus in Ysaiam. Ignoratio scripture est ignoratio Christi.

Iuxta apostolum Paulum Christus Dei virtus et Dei sapientia est. Ignoratio scripturarum est ignoratio Christi.

Item Gregorius in moralibus. A Domino nesciuntur vel ignorantur, qui ea que Dei sunt sapiunt vel ignorant.

Qui ea que Dei sunt sapiunt a Domino sapiuntur, et qui ea que Dei sunt nesciunt a Domino nesciuntur, Paulo attestante qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur.

Item idem. Quicumque stultus est in culpa, sapiens erit in pena.

Item Augustinus. Non qui aliquid nescit, sed qui putat se scire quod nescit, errare probatur.

Quamvis errare quantum possumus cura cavendum sit, non solum in maioribus verum etiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari. Non est tamen consequens, ut continuo erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire quod nescit. Pro vero quippe approbat falsum, quod erroris est proprium. Verumtamen in qua re quisque erret, interest plurimum. Nam in una eademque re et nescienti sciens, et erranti non errans recta ratione preponitur. In diversis autem rebus, id est cum iste scit alia, ille alia, et iste utiliora, ille minus utilia vel etiam noxia, quis non in eis que ille scit et preferat nescientem? Sunt enim quedam que nescire melius est quam scire.

Sed licet per ignorantiam generetur error, aliquid vitiosum proferatur plebi vel episcopi, non tamen ideo a scolasticis sunt despiciendi. Eorum vitia magis quam verborum sunt precavenda. Unde Augustinus in libro de cathezizandis rudibus. Non irrideant scolastici ecclesiasticam simplicitatem.

Sedulo monendi scolastici sunt ut humilitate induti christiana discant non contempnere quos cognoverint morum vitia quam verborum amplius devitare, et cordi casto linguam exercitatam nec conferre audeant, quam preferre consueverant.

Maxime enim utile est nosse, ita esse preponendas verbis sententias, ut preponitur animus corpori. Ex quo fit, ut ita malle debeant veriores quam disertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores quam formosiores habere amicos. Noverint etiam non esse vocem ad aures Dei nisi animi affectum. Ita enim non irridebunt, si aliquos antistites et ministros ecclesie forte animadverterint vel cum barbarismis et soloecismis Deum invocare, vel eadem verba que pronuntiant non intelligere, perturbateque distinguere. Non quia ista minime corrigenda sunt, ut populus ad id quod plane intelligit dicat amen. Sed tamen pie toleranda sunt ab eis qui didicerint, ut sono in foro, sic voto in ecclesia benedici. Itaque forensis illa non numquam forte bona dictio, numquam tamen benedictio dici potest.

Item Clemens papa. Propter obprobrium secularium a parvulis et minimis non erubescat discere episcopus.

Nullus episcopus propter obprobrium secularium vel nobilitatem generis a parvulis vel minimis eruditus, si quid forte est utilitatis aut salutis inquirere negligat. Qui enim rebellionem vivit, et discere atque agere bona recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur, et potius infidelis quam fidelis esse monstratur.

D. XXXIX

Ecce pleniarie monstratum est, quod sacerdotes oportet litteratos tam sacrarum quam secularium esse peritos. Nunc queritur an secularium negociorum oporteat eos habere peritiam. Hanc prelatis esse necessariam multis rationibus probatur. Debent namque prelati subditis non solum spiritualia, sed etiam carnalia subsidia ministrare exemplo Christi, qui turbas sequentes non solum verbo docebat, sed etiam virtute sanabat, corporalibus alimentis reficiebat. Verum prelati hec omnia plene perficere possunt, secularium negociorum oportet eos habere sollertiam, ut eorum cautela et ecclesie servientes in dampnis eius necessaria pro suo subministret. Unde quidam in episcopum electus a beato Gregorio pro sua simplicitate repellitur, ne eius occasione res ecclesie dilapidarentur. Unde idem scribit nobilibus civibus Neapolitanis. Secularium negociorum imperiti non sunt in episcopos ordinandi.

Petrus diaconus, quem quidem electum de omnibus asseritis, omnino ut didicimus simplex est.

et nostris temporibus talis inveniminus, ante debet constitui: qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca utilitate et cautela sciat esse sollicitus.

Opportet quoque episcopum esse ornatum, hospitalem. Ornamenta episcopalia virtutes debent intelligi: que a domino ei reponuntur, dum dicitur: Sacerdotes eius induam salutare. Unde in veteri testamento variis vestibus ex precepto domini sacerdotes ornati leguntur, quia multimodis virtutibus debet splendere vita pontificis, ut gradui conferat decorem, quem ab eo non accepit.

Non enim loca, sed vita et mores sanctum faciunt sacerdotem. Unde ex officio suscepto non licentiam peccandi, sed necessitatem bene vivendi se noverit assecutus. Unde Simachus papa ait. Officium sacerdotii non confert, sed adimit licentiam delinquendi.

Non nos beatum Petrum, sicut dicitis, a domino cum sedis privilegio, vel successores eius peccandi licentiam iudicamus suscepisse. Ille perpetuam dotem meritorum cum hereditate innocentie transmisit ad posteros. Quod illi concessum est pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par conversationis splendor illuminat. Quis enim sanctum dubitet esse, quem apex tante dignitatis attollit? In quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt que a loci predecessore prestantur. Aut enim claros fastigia ad hec erigit, aut qui eriguntur illustrat. Item Ieronimus. Filii sanctorum sunt qui exercent opera eorum.

Non est facile stare in loco Petri et Pauli, tenere cathedram regnantium cum Christo, quia hinc dicitur: Non sanctorum filii sunt qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum. Item Gregorius. Morum nobilitas non loci vel generis sacerdotes

Nos qui presumus non ex locorum vel generis nobilitate, sed morum nobilitate innotescere debemus, non urbium claritate, sed fidei puritate. Item de Anastasio presbitero. Merita nos deo coniungunt, non loca.

Non loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt, sed nos aut merita bona ei coniungunt, aut mala disiungunt. Item Iohannes Crisostomus. Ex magnitudine peccati vel dignitatis quis homo gravius sonat eius fornicatio (?)

Cadit in peccatum propter duas causas, aut pro magnitudine peccati, aut propter altitudinem dignitatis. Item ex gestis Bonefacii martyris.

Deponatur apostolicus qui suae et fratrum salutis est negligens.

Si papa sue et fraterne salutis negligens deprehenditur, multis et remissus in operibus suis et insuper a bono taciturnus, quod magis officit sibi et omnibus, nichilominus innumerabiles populos catervatim secum ducit primo mancipio gehenne, cum ipso plagis multis in eternum vapulaturus. Huius culpam istic redarguere nullus mortalium presumit, quia cunctos ipse iudicaturus, a nemine est iudicandus, nisi deprehendatur a fide devius; pro cuius perpetuo statu universitas fidelium tanto instantius orat, quanto suam salutem post deum ex illius incolumitate animadvertunt propensius pendere. Item Augustinus ad Valerium. Non ordines, sed vite merita nos deo commendant.

Ante omnia peto, ut cogitet religiosa prudentia tua nichil esse in hac vita et maxime in hoc tempore facilius et letius et hominibus acceptabilius episcopi et presbiteri aut diaconi officio. Sed si perfunctorie atque adulatorie res agatur, nichil apud deum miserabilius et tristius et dampnabilius. Idem. Nichil est in hac vita et maxime in hoc tempore laboriosius et difficilius et periculosius presbiteri aut diaconi vel episcopi officio. Sed apud deum nichil beatius, si eo modo militetur, quo noster imperator iubet. Quis autem sit modus, nec a pueritia, nec ab adolescentia mea didici, et eo tempore quo discere ceperam, vis michi facta est merito peccatorum meorum. Nam quid aliud existimem nescio, ut secundus locus gubernaculorum michi traderetur, qui remum tenere non noveram. Item Ysidorus. Corrumpitur et ad nichilum redigitur sacerdotium, nisi legaliter et iuste servetur.

Sicut viri et mulieris digna coniunctio unum facit matrimonium, et sic duorum copulatio unum facit corpus, ita clericus sacerdotum, quia unum faciunt presbiterum, et electio et consecratio unum faciunt episcopum, quia omnia unum efficiuntur corpus, quod cetius corrumpitur et ad nichilum redigitur, nisi legaliter conservetur et iuste vivendo laudetur. Item Ambrosius. De eodem.

Illud autem adverte, quia extra paradisum vir factus est, mulier intra paradisum, ut advertas quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute unusquisque comparat sibi gratiam.

Non licet fenerari ministris altaris vel in sacerdotali ordine constitutis vel usuras vel lucra que sexcupla dicuntur accipere. Item Leo papa. Nec suo nomine nec alieno clericus fenerator existat.

Sicut non suo ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere fenus attemptet. Indecens enim est crimen suum commodis alienis impendere. Fenus autem illud solum exercere debemus, ut quod hic misericorditer tribuimus a Domino quod multiplicetur et in perpetuum mansura tribuitur, recipere valeamus.

Quod autem in fine huius capituli usurarii ordinari prohibentur, inde est quia usuram exercentes cupiditati deservire probantur. Cupidi autem ab apostolo ordinari prohibentur, quia tales facile a iusto deviarent. Unde in canonibus apostolorum legitur: Diaconus presbyter episcopus exigens usuras nisi desierit deponatur.

Episcopus aut presbyter aut diaconus usuras a debitoribus exigens aut desinat aut certe deponatur. Item ex concilio Niceno capitulo xvii. Usuras exigens sive clericus sive laicus sive regule subiectus deiciatur.

Quoniam multi sub regula constituti avaritiam et turpia lucra sectantur, obliti quoque divine scripture dicentis: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram. Mutuum dantes centesimas exigunt. Iuste censuit magna et sancta synodus ut si quis inventus fuerit post hanc diffinitionem usuram accipiens aut aliquo ad inventionem vel quolibet modo negotia transiens, aut hemiolia id est sexcupla exigens vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia, deiciatur a clero et alienus existat a regula. Unde et Gregorius in xviii libro Moralium quarta parte capitulo xxxv. de dilectoribus seculi scribit dicens:

Temporalibus lucris deserviens Deo nequaquam militare probatur.

Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in celestibus debiles. Nam pro temporali gloria desudare usque ad mortem appetunt, et pro spe perpetua nec parum quid in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, et pro celesti mercede vel tenuissimi verbi contumelias recusant. Terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione vero coram Domino vel unius hore momento lassantur. Sepe nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis divitiis atque honoribus tolerant, et earum rerum spe se per abstinentiam cruciant, ad quas adipiscendas festinant. Superna autem laboriose querere tanto magis dissimulant, quanto magis ea tribui tardius putant. Hii itaque quasi aliarum arborum more deorsum nati sunt, sursum angusti. Quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. Ut est ex qualitate palmarum designatur in

a Excogitans. ar. quod sola cogitatio punitur. ut vi. q. i. Euerum. Bum[...] P h [...] omnium subscriptionibus roborato ut in ... ex. et lxiii. di. [...] b.

ra uestrorum perficientes, quatinus et in ter-
nis desideriis fortes, et in celestibus debiles.
Sed longe aliter distantes studiosos se
deo exhibent, quam in seculo fuisse me-
minerunt. Nam et quibusdam per predicato-
rem nostrum dicitur: Humanum dico propter in-
firmitatem carnis uestre. Sicut enim exhibui-
stis membra uestra seruire inmundicie
et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibe-
te membra uestra seruire iusticie in sanctificationem.
Eos procul dubio infirmitati condescendit,
ac si eis aperte diceret: Si nequaquam amplius
potestis, saltem tales estote in fructu bo-
norum operum, quales fuistis dudum in
actione uiciorum, ne debiliores uos habeat
sancta libertas actionis, quos in carne uali-
dos habuit usus terrene uoluptatis. Item
Gregorius ciuibus Neapoli. Ad sacros ordines
De Petro insuper ad nos usurarii pro-
peruenisse cognoscentes, quod so- moueri
lidos dedit ad usuras, quod nos non de-
oportet cum omni subtilitate perquirere, et bent.
si ita esse constiterit, alium eligite, et ab huiusmodi
uos persona sine mora suspendite.
Nam nos amatoribus usurarum nulla
ratione manus imponimus. Si uero subtili
habita inquisitione, hoc falsum esse putaue-
rimus, et persona eius nobis ignota est, et
uita ita sit de simplicitate, quod ad
nos plane est ignoramus, cum decreto a
uobis facto ad nos eum uenire necesse
est, ut uitam moresque ipsius sollicitius
requirentes, sensumque pariter agnosca-
mus, ut si huic iudicio aptus exti-
terit, uota uestra in eum deo adiuuante desider-
ata compleamus. Item ex concilio Eliberitano.
Degradentur clerici qui usuras acci-
Si quis clericorum detectus fuerit pe deregeri.
usuras accipere, placuit degradari et
abstineri. Item Leo papa Anatholio episcopo.
Nec implicari errore nec cupiditate
uiolari sacerdotem oportet.
Tam catholicum et perspicue domini sacerdotem,
sicut nullo implicari errore, ita nulla
oportet cupiditate uiolari, dicente sancta
scriptura: Post concupiscentias tuas non
eas. Deus enim potentie auida
nec abstinere nouit a uetitis, nec gau-
dere concessis, nec pietatem adhibere consen-
sum. Item Gregorius. Cum cupiditate a se
non abscedit honor auctoritatis [...] in
Honor auctoritatis herere non ualet.
Bona habere aliter non ualemus, nisi cupiditatem

Ita nobis quod omnium malorum radix est abscidamus.
Item Ambrosius de eo quod scriptum est in euangelio
Luce: Hominis cuiusdam diuitis uberes
fructus uberes Auarus omnium
bona inuadit, quorum necessi-
tatibus subuenire ualet.
Sicut hii qui per insaniam mente trans-
lati sunt, non iam res ipsas, sed passio-
nis sue fantasias uident, ita etiam
mens auari semel uinculis cupidi-
tatis astricta, semper aurum semper ar-
gentum uidet, semper redditus computat;
aurum gratius quam solem intuetur. Ipsa eius
oratio et supplicatio ad deum aurum que-
rit. Et post pauca. Inde non et usura ex
arte nequissima, ex ipso auro aurum
nascitur. Sed nec satietas unquam, nec finis
aderit cupiditati. Et infra. Sed ait. Quid
iniustum est, si cum aliena non inuadam,
propria diligentius seruo. O impudens dic-
tum, propria dicis? que ex quibus reconditis in
hunc mundum detulisti, quando in hanc in-
gressus es lucem? quando de uentre matris exisisti?
Quibus queso facultatibus, quibus que
subsidiis stipatus ingressus es? Et
post pauca. Proprium nemo dicat, quod
est commune. plus quam sufficeret sumptum
et uiolenter obtentum est. Et infra. Numquid
iniquus est deus, ut non equaliter nobis distri-
buat uite subsidia, ut tu quidem esses
affluens, aliis uero deesset et egeret?
An ideo certe magis, quia et te uoluit be-
nignitatis sue experimenta conferre, et alium
per uirtutem coronare. Tu uero susceptis
dei muneribus, et in sinum tuum redactis,
nichil reputas agere iniquum, si tam
multorum uite subsidia solus obtine-
as? Quis enim tam iniustus, tam auarus,
quam qui multorum alimenta suum non usum,
sed habundantiam et delicias facit?
Neque enim minus est criminis habenti tollere,
quam cum possis et habundans sis indi-
gentibus denegare. Esurientium panis
est quem tu detines; nudorum uestimen-
tum est quod tu recludis. Miserorum re-
demptio est et absolutio pecunia quam
tu in terram defodis. Tantorum te ergo scias inua-
dere bona, quantis possis prestare quod ualeas.
Necesse est enim ut ille qui ordinandus
est, sue domui bene prepositus sit, ut si in lai-
cali habitu uxorem habuit uel filios, a
uiciis ad iusticie studia et uerbo et exemplo
prouocet, ut quod per ea precepit est, in ipso primus

b Ecce palma [...]
c Amplius [...]
d Tales esse [...]
e Aeris Ecclesie [...]
f De petro [...]
g Peruenisse [...]
h Subtilitate [...]
i Ignota [...]

l Cogitatione [...]
m Abstinere a facta [...] quousque peniteat.
n Iam in eis [...]
o Potentie [...]
p Honorificaciter [...]
q Propria [...]
r Communi [...]
s Uiolenter [...]
t Animus [...]
u Esurientium [...] Si pauperes episcopi non possit [...]
x Necesse [...]

q. que etiam in ut notus sunt plex recipitur ut est ... [...] quod apud [...] et ad eum [...] accusatur ... b.
g negligens [...] b.

Necesse enim quod legitur in so h. reg. quam non filius ... [illegible] — I ancille heredabit cum ysaac filio ... hoc ... dicta ... ad

a domesticis exigat. Unde apls paulus ad ephesios scribit. ut uxores suas sicut sua corpora diligant. et filios suos non ad iracundiam provocent. sed enutriant illos in omni disciplina et correctione domini. Unde et ad tymotheum scribens dixit. suae domui bene prepositum status subiunxit. habentem filios sibi subditos in omni castitate. non in accusatione luxurie. Non enim mali cohabitatores fratrum hinc alios arguendi. Unde de beato iob legitur. quod pro filiis suis cotidiana offerebat deo sacrificia. offerens holocausta per singulos. Quos tanta caritatis perfectione constrinxerat in unum. ut quisque eorum in suo die convivium faceret fratribus. et ad epulandum secum sorores suas pariter invitarent. Quod ex heli facile dissimulavit hac falsa pietate superatus. filios delinquentes ferire noluit. sicut in libro regum legitur. Apud districtum iudicem semetipsum cum filiis crudeli dampnatione percussit. Unde ei divina voce dicitur. Honorasti filios tuos plus quam me. hinc et david. erga filios suos benignitate. non disciplinae severitate. cecidit eorum inventute. expertus didicit perniciosam. quorum pueritiam vaga licentia permisit esse voluptuosam. Unus quippe eorum sororem suam stupro corrumpens. a fratre eius absalone interfectus est. cum pro epulas quas fratribus suis fraudulenter paravit. obtruncatus est. Absalon vero postquam a patre veniam obtinuit. de regno illum expulit. et ad concubinas eius ingressus est. demum per viam deserti patrem persequens. quercui inhesit. atque ita suspensus interiit. Hinc et paulus ad thimotheum scribit dicens. Qui suorum et maxime domesticorum curam non habet. fidem negavit. et est infideli deterior. Inde ergo qui domui suae nescit preesse in episcopum ordinari prohibetur. Quia qui in re minima. et de qua sibi familiaris debetur cura invenitur. fidelis non est. quomodo in ecclesia dei. ubi tot sunt et alienis sollicitam diligentiam exhibebit. Unde ieronimus. Non enim nisi polluitur ex vicio filiorum. si liberos ab apostolo esse principi relinquatur. ut talis fiat qui non timeat per vitia liberorum extraneos reprehendere. Quod nunc fieri. sine terrore quod sibi imputetur. Cum ingressus hominis a domino dirigatur. nec sunt in homine vie eius. corrigere quidem potest animum

gere autem non valet. Pulsare autem potest. non aperire. manum comprimere. non animum mutare. Unde aug. ad vincentium donatistam. Bonorum disciplina hominum mores mutare non valet.

Quantum Quibet vigilet disciplina domus meae. Homo sum et inter homines vivo. nec mihi arrogare audeo. ut domus mea melior sit. quam archa noe. ubi tamen inter viii. homines unus reprobus invenitur est. Aut melior sit quam domus abrahe. Cui dictum est. Eice ancillam et filium eius. Aut melior sit quam domus ysaac. cui de duobus geminis dictum est. Iacob dilexi. esau autem odio habui. Simpliciter autem fateor caritati vestrae. coram domino deo nostro. qui testis est super animam meam. ex quo deo servire cepi. quam sic difficile sum expertus. meliores quam qui in monasteriis profecerunt. ita non sum peiores expertus quam qui in monasteriis defecerunt.

Item cypriano episcopo cornelius pp. Convitia perditorum a via rectitudinis nos amovere non debent.

Quod ad nos convenit. conscientiae nostre convenit dare semper operam. ne quis culpa nostra de ecclesia pereat. Si autem quis ultro et crimine suo perierit. et penitentiam agere atque ad ecclesiam redire noluerit. nos in die iudicii inculpatos futuros credimus. qui eorum consulimus sanitati. Illos solos in penis remansuros. qui noluerint consiliis nostris salubritate sanari. Nec movere nos debent convitia perditorum. quominus a via recta. et a certa regula non recedamus. quia et apostolus instruit dicens. Si hominibus placerem. christi servus non essem.

Prohibentur et neophiti in episcopos ordinari. ut qui heri erat cathecuminus. hodie non fiat episcopus. qui heri erat in theatro. hodie non sedeat in ecclesia. Qui vespere erat in circo. hodie non ministret altario. Qui dudum fuit fautor histrionum. hodie non sit consecrator virginum. Causa autem huius prohibitionis est. secundum aplin ne elatus in superbiam tamquam religio christiana. plurimum eo egeret incidat in ruinam diaboli. Momentaneus namque sacerdos nescit humilitatem modos personarum. vel sese contempnere. Non ieiunavit. non flevit. non se correxit. non pauperibus sua erogavit. In arrogantiam quae est ruina diaboli incidit. qui puncto horae nec dum discipulus fuit magister. et sic innocentum aut. Miserum est enim fieri magistrum. qui nec dum didicerit esse discipulus.

DXLVIII

P

... principi et prelato ... q. tunc ... consumi ... tc ... ancilla legitur in genesi quod filius agar ... — ... in mateline non imputatur ... culpatos ... bonum ... non stat quominus aliquid fiat ... spiritu

Vnde de eisdem in niceno concilio legitur.

Neophitus in episcopum non est ordinandus.

Quoniam multa siue per necessitatem. dist. Ad.
siue ex quacumque causa. contra regulam gesta sunt.
ita ut homines ex uita gentili nuper ad
huc cathecuminum uel instructi statim
ad spirituale baptisma uenissent. et continuo
cum baptizati sunt: et ad episcopatum uel presbiterium
mox suecti sunt. Recte igitur uisum est nichil de
cetero tale fieri. Nam et tempore opus est ut sit
cathecuminus. et post baptismum multa
probatione indiget. Euidens namque est.
apostolicum preceptum dicens. non neophitum.
ne forte elatus in superbiam in iudicium
incidat. et in laqueum diaboli. Si uero pro
cedente tempore. mortale aliquod peccatum ad
inuenerit. et conuictus duobus uel tribus testibus
fuerit cessabit a clero. qui huiusmodi est.
Si quis uero preter hec fecerit tamquam contra statuta.
sancti concilii gerens. ipse periclitabitur. de sta
tu sui cleri. Neophiti uero hodie ap
pellantur. ad propositum sancte religionis
accedentes. Vnde beatus gregorius scribit dicens.

Quis dicatur neophitus.

Sicut neophitus dicebatur. qui in
initio fidei sancte erat eruditione plan
tatus. sic modo neophitus est habendus.
qui repente religionis habitu plan
tatus: ad ambiendos sacros ordines.
irrepserit. Ordinate igitur ad ordines
est ascendendum. Nam casum appetit qui
ad summi loci fastigia postpositis gra
dibus per abrupta querit ascendere etc.
Scimus autem quod edificati parietes non
prius tignorum pondus accipiant. nisi
a nouitatis sue humore siccentur. ne si
ante pondera quam solidentur accipiant: tun
ctam simul ad terram deponant fabricam.

CXLIX

Ecce a quibus uitiis debeant esse im
munes qui in episcopum sunt ordinandi ap
paret. Qui ergo intercessores pro populo ad deum
parantur necesse est. ut eius gratiam bona uiuen
do mereantur. Vnde gregorius ait in pastorali.

Quicumque est maculatus: sacrificium deo
offerre non debet.

Sollicite formidandum est. ne qui placare posse creditur
iram dei: hanc ipsam ex proprio reatu mereatur.
Cunctis namque liquido nouimus. quia cum his qui dis
plicet. ad intercedendum mittitur. irati a
nimus ad deteriora prouocatur. Qui igitur desideriis
terrenis astringitur. caueat ne districti
iram iudicis grauius accendens: dum loco
delectatur glorie. fiat subditis auctor ruine.

Pensare ergo se quisque mensuratur. ne
locum regiminis assumere audeat. si ad
huc in se uitium dampnabiliter regnat.
Ne his quem crimen deprauat proprium.
intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.
Hinc etenim superna uoce ad moy
sen dicitur in leuitico. Loquere ad aaron.
homo de semine tuo per familias qui
habuerit maculam. non offerat deo suo
panem nec accedat ad ministerium eius.
ubi et repente subiungitur. Si cecus
fuerit. si claudus. si uel paruo et uel grandi
naso. uel torto. si fracto pede. si mancus.
si gibbosus. si lippus. si albuginem habens
in oculo. si iugem scabiem. si impeti
ginem in corpore. uel ponderosus. Cecus
quippe est qui superne lucis contempla
tionem ignorat. qui presentis uite tene
bris pressus dum uenturam lucem nequaquam
diligendo conspicit. quo gressum operis di
rigat nescit. Hinc etenim prophetante an
na: dicitur in libro regum. Pedes sanctorum suorum
seruabit. et impii in tenebris conticescent.
Claudus uero est. qui quidem quo pergere
debeat aspicit. sed per infirmitatem men
tis uiam uite perfecte non ualet tenere quam
uidet. Quia uidelicet qui ad uirtutis
statum dum fluxa consuetudine non erigitur.
quo desiderium innititur. illuc gressus operis
efficaciter non sequitur. Hinc etenim
paulus dicit ad hebreos. Remissas
manus et dissoluta genua erigite:
et gressus rectos facite pedibus uestris.
ut non claudicans erret aliquis. mag
is autem saluetur. Paruo autem naso est. qui ad
tenendam mensuram discretionis idoneus non est.
Naso quippe odores fetoresque discernimus.
Recte ergo per nasum discretio exprimitur.
per quam uirtutes eligimus: delicta repro
bamus. Vnde et in laude sponse dicitur in
canticis canticorum. Nasus tuus sicut
turris que est in libano. Quia nimirum
ecclesia sancta. que ex causis singulis temptamenta
procedant. per discretionem conspicit: et uen
tura uitiorum bella ex alto deprehendit.
Sed sunt nonnulli qui dum extimari he
betes nolunt: sepe se in quibusdam in
quisitionibus plusquam necesse est exercentes: ex
nimia subtilitate falluntur. Vnde hic
quoque subditur. uel grandi. uel et torto naso. Nas
us enim et grandis et tortus est. discretionis subtilitas
inmoderata. que dum plus quam decet excreuerit: acti
onis sue rectitudinem ipsa confundit.

Fractus autem pede vel manu est, qui viam domini omnino non valet pergere, atque a bonis actibus funditus exsors vacat, quia hec non ut claudus saltem cum infirmitate sedeat, sed ab hiis omnino alienus exsistat. Gibbus vero est, quem terrene sollicitudinis pondus deprimit, ne umquam ad superna respiciat, sed solis his que in infimis calcantur intendat. Qui et si aliquando aliquid ex bono patrie celestis audierit, ad hoc nimirum perverse consuetudinis pondere pregravatus, cordis faciem non attollit, quia cogitationis statum erigere non valet, quem terrene usus sollicitudinis curvum tenet. Ex horum quippe specie psalmista dicit in psalmo xxxvii. Incurvatus sum et humiliatus usquequaque. Quorum culpam quoque per semetipsam veritas reprobans ait in Luca. Semen autem quod in spinis cecidit, hii sunt qui audierunt, et a sollicitudinibus et divitiis et voluptatibus vite euntes suffocantur, et non referunt fructum. Lippus vero est cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quidem oculis pupille sane sunt, sed humore defluente infirmate palpebre grossescunt. Quorum quidem quia infusione crebra atteruntur, etiam acies pupille vitiatur. Et sunt nonnulli quorum sensum carnalis vite operatio sauciat, qui videre recta subtiliter per ingenium poterant, sed usu pravorum actuum caligant. Lippus itaque est cuius sensum natura exacuit, sed conversationis pravitas confundit. Cui bene per angelum dicitur in apocalipsi: Collirio inunge oculos tuos ut videas. Collirio quippe oculos inungimus ut videamus, cum ad cognoscendam veri luminis claritatem intellectus nostri aciem medicamine bone operationis adiuvamus. Albuginem vero habet in oculo, qui veritatis lucem videre non sinitur, quia arrogantia sapientie sive iustitie cecatur. Pupilla namque oculi nigra videt, albuginem tolerans nichil videt, quia videlicet sensus humane cogitationis, si stultum se peccatoremque intelligit, cognitionem intime claritatis apprehendit. Si autem sibi candorem iustitie seu sapientie apprehendisse existimat, a luce se superne cognitionis excludit, et eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quo se apud se per arrogantiam exaltat, sicut de quibusdam dicitur ad romanos. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Iugem vero scabiem habet, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim fervor viscerum ad cutem trahitur, per quam recte luxuria designatur, quia si cordis temptatio usque ad operationem prosilit, nimirum fervor intimus usque ad cutis scabiem prorumpit, et foras iam corpus sauciat, quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem paulus curabat abstergere, cum dicebat ad corinthios. Temptatio non apprehendat vos nisi humana. Ac si aperte diceretur. Humanum quippe est in corde temptationem perpeti. Demoniacum vero est et in temptationis certamine etiam in operatione superari. Impetiginem quoque habet in corpore, quisquis avaritia vastatur in mente, que si in parvis non compescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat, et absque occupati tedio excrescens, membrorum decorem fedat. Quia et avaritia capti animum dum quasi delectat exulcerat, dum adipiscenda queque cogitationi obicit, ad inimicitias accendit, et dolorem in vulnere non facit, quia estuanti animo ex culpa habundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur, quia aliarum quoque virtutum per hanc pulchritudo depravatur, et quasi totum corpus exasperat, quia per universa vitia animum supplantat, paulo attestante qui ait ad tymotheum. Radix omnium malorum est cupiditas. Ponderosus vero est, qui turpitudinem non exercet opere, sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderatione gravatur in mente. Qui nequaquam quidem usque ad opus nefarium rapitur, sed eius animus in voluptate luxurie sine ullo repugnationis stimulo delectatur. Vitium quippe est ponderis, cum humor viscerum ad virilia labitur, que profecto cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est, qui totis cogitationibus ad lasciviam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde, et quamvis prava non exerceat opera, ab hiis tamen non elevatur in mente. Nec ad usum boni operis in aperto valet assurgere, quia gravat hunc in abdito pondus turpe. Quisquis ergo quolibet horum vitio subigitur, panes domino offerre prohibetur, ne profecto diluere aliena delicta non

P. si lapsis. hoc c. loquitur de deposito ut patet per finem. Bernardus.

let. Io. q. adhuc propria devastant.
Quia quam paucis ad pastoralem
magisterium dignus qualiter perve
niat. atque indignus qualiter perti
mescat ostendimus. Nunc is qui ad
illud digne pervenit. in eo quali
ter vivere debeat demonstremus. Ieronimus
super malachiam. Indoctus terrena
lucra querens. viciosus ordinari
Sacerdotes ni non debet.
Sacerdotes qui nomen domini despiciunt. et quanti ad
se pollutum panem offerunt. qui ad al
tare indigne accedunt. quique dato
munere sacerdotium presumunt. Panem
quoque polluunt. qui doctrinam domini in populo
male disponunt. et qui honorant poten
tem et despiciunt pauperem. et infra.
Si offeras cecum ad immolandum nonne
malum est. et cetera. Superius accusati
de panibus nunc accusantur de victimis.
Cecum animal offert. qui ordinat in
doctum in loco docti. magistrum
que facit. qui vix discipulus esse poterat.
Claudum offert. qui lucis terrena querentem
locat. ut post pedem in diversis
ponentem. Unum in divinis. alterum
in carnalibus. cui potest intellegi illud
de libro regum. Usquequo claudicatis in
duas partes. Languidum offert. qui
viciosum pro religioso habet. qui tardum et
pigrum probat. pacientem dicens illum.
negligentie redarguendum. Indignum
est enim dare deo quod dedignatur homo.
Ex premissis auctoritatibus liquido
demonstratum est. quod natis criminibus
irretiti in sacerdotes ordinari non possunt.
Nunc autem de eis queritur. qui vitam post actam peni
tentiam in propriis ordinibus remanent. aut
ad maiores gradus ascendere valeant.
Multorum auctoritatibus natis cri
minibus irretiti a propriis ordinibus deici
untur. et ab accessu maiorum prohibentur.
Unde Gregorius ait. Constantino mediolanensi episcopo.
Lapsi in suum ordinem reparari
Si lapsi ad suum ordinem non possunt.
Si lapsi ad suum ordinem revertendi licentia concedatur. vigor ca
nonice procul dubio frangitur discipline.
Dum per reversionis spem pravae actionis de
sideria quis appetere non formidat. Et post pauca.
Illud autem pro omnibus cavere studete. ut lapsos
in sacro ordine nulla vobis supplicatio a
liquando revocare studeant. ne hiis qui non statim
ta sed repulit dilata credatur esse vindicta.

Item Martinus papa amando episcopo. Qui
post ordinationem labitur depositus per
Qui semel post ordinationem suam maneb.
in lapsum ceciderit. deinceps iam depositus
erit. nullumque gradum sacerdotii poterit adi
pisci. Item Gregorius sabino episcopo. Post lapsum
presbiter nulla ratione in sacro ordine repa
Presbiterum de quo nos fraternitas rari valet.
pretia lapsoris presentium legatore consulunt.
nulla ratione in sacro ordine post lapsum.
aut permanere aut revocare posse cog
noscat. circa quem tamen misericorditer agendum
est. qui commissum facinus facile dicitur professione
confessus. Item Iohannes octavus Ceromanico ve
tucensi episcopo. Post actum homicidium sacer
dotale officium administrari potest.
Miror multum doctam sciam tuam sacerdotem
deputare et post perpetratum homicidium pos
se in sacerdotio ministrare. immo quod est
ineptius nobis suadere velle. ut ipsi tali probo
suppremi plenum assensum. Quis non tam de
mens tamque pusilli sensus tale quid exi
stimaret. Vel per quantacumque penitentiam acceden
dum est omni sit canonice discipline con
trarium. Debet quoque sacerdotio privatus lacrima
rum fonte flagitium tam immane di
luere. ut talibus salutis remediis curatum.
salutis posset invenire suffragium.
Item Nicholaus papa. Ad maiorem gradum
provehi non potest clericus qui paga
Clericum qui num occiderit.
paganum occiderit non oportet ad maiorem
gradum provehi. quia carere debet et acquisito. ho
micida non est. Nam est discretum sunt mili
tes seculi a militibus ecclesie. non convenit mili
tibus ecclesie militare seculo. per quod ad effusi
onem sanguinis necesse est pervenire. Item
osbaldo episcopo quadrantino. Qui se
defendendo paganum occidit sacerdotali
De hiis clericis per quibus careat officio.
consuluistis. scilicet qui se defendendo paga
num occiderint. si postea per penitentiam emenda
ti possint ad pristinum gradum redire.
aut altiorem ascendere. Scito nos nul
lam occasionem dare. nec ullam tribuere li
centiam eis quemlibet hominem quolibet modo
occidendi. Verum si contigerit ut clericus
sacerdotalis ordinis saltem paganum occi
derit. multum est consulit si ab officio sacer
dotali recesserit. Sanguis quoque est. non illi in hac
vita domino sub religionis habitu irreprehensibiliter
famulari. quam alta indebite appetendo.
dampnabiliter in profundum demergi.

Item ex concilio Agathensi. **Episcopus presbyter aut diaconus capitale crimen committens cadat ab officio.**

Si quis episcopus presbyter aut diaconus capitale crimen commiserit, aut cartam falsaverit de actibus, aut testimonium falsum dixerit, ab officii honore depositus in monasterio detrudatur, et ibi quamdiu vixerit laicam tantum communionem accipiat. Item ex concilio Martini pape. **Qui homicidii facto aut precepto aut consilio conscius post baptismum fuit clericus non ordinetur.**

Si quis viduam aut ab alio dimissam duxerit, non admittatur ad clerum, quod si irrepserit deiciatur. Similiter si homicidii aut facto aut iussu aut precepto aut consilio aut defensione post baptismum conscius fuerit, et per aliquam subreptionem ad clericatum venerit, deiciatur, et in fine vite sue communionem accipiat. Item Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. **De sacris ordinibus lapsi reparari non possunt.**

Pervenit ad nos quosdam de sacris ordinibus lapsos vel post penitentiam vel ante penitentiam ad ministerium sui officii revocari, quod omnino prohibemus. In hac etiam re sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui ergo post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine careat, et ad altaris ministerium non accedat. Item Venantio Lunensi episcopo. **De eodem.**

Accedens ad Gorgonam insulam unus fratrum discessit et cetera quod ad nos de Saturnino ex presbitero est planctum. Pervenit namque ad nos quod postquam de sacris ordinibus lapsus, et a suo sacerdotii ordine est deiectus, ad explendum ministerium presbiterii presumpserit accedere, et omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita fieri vestra fraternitas reperit, cum sacri corporis sanguinisque domini participatione privatum in penitentiam redigat, ita ut usque ad diem ultimum in eadem excommunicatione permaneat, viaticum tantum exitus sui tempore percipiat. Sin autem cum talem penitentiam agere fraternitas tua cognoverit, ut et iuste ad recipiendam inter laicos communionem, et ante exitum debeat misereri, hoc in tue fraternitatis ponimus potestate. Et infra. Preterea ad fraternitatis tue consulta respondentes statuimus diaconem et abbatem, quem ex portu venientis indicas cecidisse, ad sacrum ordinem non debere vel posse aliquo modo revocari. Quem quidem sacro ordine privatum in penitentiam deputare necesse est, cui si post ea actus conversatioque meruerit, poterit inter alios monachos non deterioris loci standi obtineat. Subdiaconum quoque, quem similis culpa restringit, ab officio suo irrevocabiliter depositum inter laicos communionem accipiat. In portu autem venientis loco lapsi diaconi alium qui hoc officium implere debeat ordinabis. Saturninum vero ex presbitero ut nunquam ad sacri ordinis ministerium presumat accedere, scripsisse cavere decrevimus vel decrevimus. Sed cum in insula Gorgona atque Capraria sollicitudinem de monasteriis gerere, et in quo est statu sine aliqua adversitate manere permisimus. Item de. **Loco lapsi alius ordinandus est.**

Postquam q. q. Pertinaciter cadentem in locum quo lapsus est nulla ratio permittit revocari, et ultra tres menses ecclesiam vacare pontifice statuta sanctorum canonum non permittunt, ne cadente pastore dominicum gregem hostis quod absit antiquus insidiando dilaniet, fraternitas vestra deprecatori eorum consentire, et in loco lapsi debet episcopum ordinare. Item Martinus papa. **Qui post ordinationem in lapsum ciderit, ministeria sacerdotalia tractare non debet.**

Si post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, et prevaricationis peccato fuerit deprehensus obnoxius, omnino prohibendum est, cum manibus violentis atque pollutis misteria nostre salutis tractare.

Contra exemplis et auctoritate probatur presbiterum post acceptam et actam penitentiam prioris gradibus licite posse ministrare, et ad maiores ascendere. Maria enim soror Aaron prophetissa lepra percussa est, quia in Moysen murmuraverat, accepta penitentia mundata est, et pristinam gratiam prophetandi recepit. Aaron etiam post conflatum vitulum et in summum sacerdotem est consecratus. David post adulterium et homicidium spiritum prophetie recepit et in pristino gradu permansit. Acab post mortem Naboth iniuste occisum per penitentiam humiliatus in regia sede permansit, et innumerabilia multa et exempla veteris testamenti. Petrus negavit Christum, et tamen post ea princeps apostolorum factus est. Paulus Stephanum lapidavit, et tamen a Deo in apostolatum electus est. Quidam quoque ab heresi ad uni

[illegible]

tare catholice fidei retinentes in suis ordinibus sunt recepti. Alii vero ad episcopale gradum sunt promoti, ut ponit Augustinus, et alii quam plurimi. Preterea Calixtus papa de hominum ita scribit. Clerici post lapsum in sacris ordinibus reparari non possunt.

Consideret unusquisque sermones suos et quod sibi loqui non vult, alii non loquatur. Unde bene ait sacra scriptura: Quod tibi non vis fieri, alii ne facias. Nos enim qui indigemus, ut aliquid mansueti agamus, ne perpetrentur talia et opera vestra. neque ordine vestrum pravitas. Sed si aliquis quamque lapsus fuerit, portemus eum et simo (?) corripiamus affectu. Sic beatus Paulus apostolus ait: Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Alter alterius honera portate, et sic adimplebitis legem Dei. Porro sanctus quidem David de mortiferis criminibus penitentiam egit, et tamen in honore permansit. Et beatus quoque Petrus amarissimas lacrimas fudit, cum Dominum negasse penituit. Sed tamen et sic tamen apostolus permansit, et Dominus per prophetam pollicetur dicens: Peccator in quacumque die conversus fuerit et ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Errant itaque qui putant sacerdotes post lapsum, si condignam penitentiam egerint, Domino non posse ministrare et suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint et suum sacerdotium digne custodierint. Et ipsi qui hoc putant non solum errant, sed et tradditas ecclesie claves despicere videntur, de quibus dictum est: Quecumque solveritis super terram, soluta erunt et in celo. Alioquin hec sententia Domini non est autem vera. Nos vero indubitanter tam Domini sacerdotes, quam reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honorem credimus, testante Domino per prophetam: Numquid qui dormit non adiciet ut resurgat? Et propheta David penitentiam agens dixit: Redde michi leticiam salutaris tui et spiritu principali confirma me. Ipse namque per penitentiam et alios docuit, et sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sancte ecclesie, si lapsi fuerint, et dignam penitentiam egerint, utrumque facere posse, docere et sacrificare. Docuit enim quando dixit: Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur. Sacrificium Deo pro se obtulit, cum diceret: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Videns namque propheta scelera sua mundata per penitentiam non dubitavit predicando a Domino laxando curare aliena. Mutatur quoque homo a peccato, et gratia Dei resurgit a lapsu, et in pristino manet officio iuxta predictas auctoritates. Videat ne amplius iaceat, sed euangelica sententia in eo maneat, que ait: Vade et amplius noli peccare. Unde apostolus ait: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, et non obediatis concupiscentiis. Sententiam quoque meam vitare non solum teneo fratres, sed et audire refugite, quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus et sacrificiis. Item ex eodem. In pristinum gradum post penitentiam sacerdotes revocari possunt.

Et purgavit filios Levi. Tempus est ut iudicium a domo Dei incipiat, et alibi dicitur: A sanctis meis incipite. In filiis autem Levi omnem sacerdotalem intelligens dignitatem. Si autem sacerdotes purgandi sunt et colendi, ut purum aurum remaneat et argentum. Quid dicendum est de ceteris? Qui cum emundati fuerint et colati, tunc offerunt Domino in iustitia sacrificia, et placebit sacrificium eorum Domino, quod offerunt pro Iuda et Ierusalem. Hoc est pro hiis qui Deum confitentur et pace eius mente conspiciunt. Sicut dies seculi, et sicut anni antiqui. Aut quoniam ab initio sive a principio placuerunt Domino, sic post peccatum et penitentiam placere incipiant, cum omni fuerint peccatorum sorde purgati. Item Gregorius Secundino. Post acerrimam penitentiam lapsi reparari possunt.

Quia sanctitas tua requisivit ut tibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritate scriberemus, dum dicis te huiusmodi canonum diversorum te legisse diversas sententias, alias resurgendi, alias nequaquam. Ideo nos generales sinodos a Nicena incipientes cum reliquis quatuor veneramur, quia in cunctis canonum sententiis unanimiter concordant. Nos vero precedentes patres sequimur, quia auctore Deo a sacra doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes usque ad quartum altaris ministrum hanc formam servandam cognovimus, ut sicut minore maior precedit honore, ita et crimine. Et cui maior sequitur culpa, maiori implicetur vindicta, et post penitentiam credatur esse fructuosa. Quid enim prodest terram seminare, et fructus illius non tollere? aut domum construere, et illic non habitare? Post itaque dignam satisfactionem

[illegible]

Gaudeo. et ideo dicit gaudeo quia post penitentiam fortior resurgit ... [illegible] | Que est ut ... [illegible]

[illegible]

credimus posse redire ad honorem. ad fontem misericordie recurrentes euuangelicam preteream sententiam. Gaudeo inquit super uno peccatore penitentiam agente. quam super .xc.ix. iustis qui non indigent penitentia. et ouem perditam nonaginta nouem non errantibus relictis in deserto humeris propriis pastoris ad ouile reportandam dominus ipse testatur. Si ouis perdita et errans post inuentionem ad ouile humeris reportatur. perditis .xc.ix. non errantibus in deserto relictis cur post penitentiam ad ecclesie ministerium lapsus non reuocetur. Sic in apocalipsi legitur de ministro ecclesie. Memento unde cecidisti et age penitentiam et prima opera fac. Quod uero grauius est. aut capitale delictum committere sine quo pauci inueniuntur. aut uerecundo dei filium negare. In quo uerbo ipsum beatum petrum apostolorum principem ad cuius corpus sacratum indigni sedemus. lapsum cognouimus. Sed post negationem penitentia secuta est. et post penitentiam misericordia data. quia ab apostolatu eum non distulit. qui ante seipsum negare se predixit. Item. Lapsi reparari post acerbam penitentiam possunt.

Quid est hoc quod propheta iacenti dicitur. Sta super pedes tuos. et loquar tecum. Qui uero iacenti loquebatur stanti promittit esse locuturum. Sed sciendum est quod alia sunt que iacentes. alia que stantes audire debemus. Iacenti enim dicitur ut surgat. stanti autem precipitur. ut ad predicationem proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus preberi non debet auctoritas predicationis. Sed cum iam in bono surgimus opere. cum iam recti stare cepimus. dignum est ut alios ad lucrandum in predicatione mitti debeamus. Stans ergo propheta uisionem spiritualem uidit. et cecidit. Cadens uero ammonitionis uerba suscepit. ut surgeret. Surgens autem preceptum audiuit. ut predicaret. Nam qui adhuc ex superbie uitio stamus. et iam de contrarii timore aliquid sentire cepimus. dignum est ut ad penitentiam cadamus. et dum infirmitatem nostram subtiliter agnoscentes. humiliter iacemus per diuini uerbi consolationem ad fortia opera surgamus. Item. De eodem.

Ferrum de terra tollitur. cum fortis pugnator esse a terra quam prius tenuit actione separatur. Non ergo in eo debet despici quod fuit. quia iam incipit esse quod non fuit. Item augustinus. Post condignam penitentiam presbiteri recipiunt officia.

Cum exaudieris eos. dabo eis uirtutem spiritus mei. et implebo illos iudicio meo. et fortitudine mea. Animaduertite in presenti uite loco. posse docere aliquem post peccatum. si tamen uicia presbiteri digna pena diluit. Unde dauid post adulterium et homicidium loquitur in psalmo .l. Asperges me domine ysopo et mundabor lauabis me et super niuem dealbabor. Nec sua tamen puritate contemptus est. sed infert. Redde mihi leticiam salutaris tui et spiritu principali confirma me. Cumque hoc fecisset. ait. Docebo iniquos uias tuas et impii ad te conuertentur. Item ieronimus. De eodem.

Ihesus filius ioseph sacerdos magnus quamquam in typo aduentum precessit saluatoris. qui uniuersa peccata portauit. et alienigenam sibi ex gentibus copulauit ecclesiam. tamen secundum litteram post sacerdotium sordidatus inducitur. et stat diabolus a dextris eius. et candida illi deinceps uestimenta redduntur. Item ex concilio agatensi. Post penitentiam clerici correcti gradum suum et dignitatem recipiant.

Contumaces clerici prout dignitatis ordo permiserit ab episcopis corripiantur. et si qui prioris gradus elati superbia communionem forte contempserint. aut ecclesiam frequentare aut officium suum neglexerint peregrina eis communio tribuatur. ita ut cum eos penitentia correxerit. rescripti in matricula gradum suum dignitatemque recipiant. Item ex concilio martini pape. De eodem.

Si quis presbiter aut diaconus inuentus fuerit aliquid de ministeriis ecclesie fecundasse. quia sacrilegium commisit. placuit eum in ordine ecclesiastica non haberi. Iudicio tamen episcopi dimittendum est. si iterum suo debeat recipi gradui. quia multotiens hoc ipsum est quod de sacrosancto altario communicatum est in episcopi potestate dimissum est. Quomodo ergo huiusmodi auctoritatum dissonantia ad concordiam reuocari ualeat breuiter inspiciamus. Sunt quidam quos non odium criminis. sed timor utilitatis et amissio proprii gradus et ambitio celsioris. ad penitentiam cogit. Hos sacri canones irrecuperabiliter deiciunt. quia qui simulatione penitentie uel affectatione honoris a deo non absoluitur uenia non ab

[illegible]

ecclesia inueniatur reprobatione. Unde aug. scribit ad bonefacium. Quare constitutum est in ecclesia ne post penitentiam ad clericatum

Quod constitueretur in aliquis redeat.
Ecclesia ne quisquam post alicuius criminis penitentiam clericatum accipiat. uel ad clericatum redeat. uel in clericatu maneat. non desperatione indulgentie. sed rigore factum est discipline. alioquin contra claues ecclesie datas disputabitur. de quibus dictum est. Que solueritis super terram et cetera. et infra. Sed ne forte etiam detectis criminibus spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret penitentiam. seuerissime placuit. ut post actam penitentiam de dampnabili crimine nemo sit clericus. ut desperatione temporalis altitudinis medicina maior et uerior esset humilitatis. Nam et sanctus dauid de criminibus mortiferis egit penitentiam. et tamen in honore suo perstitit. et beatum petrum quando amarissimas lacrimas fudit. utique dominum negasse penituit. et tamen apostolus permansit. Sed non ideo putanda est superuacua posteriorum diligentia. qui ubi saluti nichil detrahebatur humilitati addiderunt aliquid. quo salus tutius muniretur. Expertus credo aliquorum fictas penitentias per affectatas honorum potentias. Cogit enim multas inuenire medicinas multorum experientia morborum. Uerum in huiusmodi causis ubi per graues dissensionum scissuras non huius aut illius hominis periclitatio sed populorum strages iacet. Detrahendum est aliquid seueritati. ut maioribus malis sanandis caritas sincera subueniat.

Item ex epistola cleri romani missa ad cyprianum. reparationis beneficium non est post penitentiam.
Absit a romana debet concedi.
ecclesia uigorem suum tam profana facilitate dimittere. et neruos seueritatis euersa fidei maiestate dissoluere. ut cum adhuc non tamen iaceant. sed in peccatis etiam cadant. euersorum fratrum ruine properata nimis remedia communionum utique non profutura prestentur. Quoniam et potius medicina penitentie procedit. si etiam ipse medicus interceptam penitentiam in dulgi praecludit. hoc non est curare. sed dicere uerum nolumus occidere. Item ciprianus de lapsis In penitentibus uenia concedi
Si quis properata festinatione non potest.
temerarius remissionem peccatorum cunctis putat dare se posse. aut audet dominum precepta rescindere. non tamen nichil prodest sed obest lapsis. Prouocasse enim

iram. est non seruasse sententiam. non misericordiam prius domini deprecari. sed contempto domino de sua facilitate presumere. Et infra. Mandant aliqui martyres fieri. sed si iusta sint licita sint etiam ipsum dominum et dei sacerdotem non sint facienda. Si obtemperans facilis et prona consessio. si penitentis fuerit religiosa moderatio. Mandant martyres aliquid fieri. sed si scripta in lege domini non sunt que mandant. ante est ut sciamus illos de deo impetrasse. quod postulant. tunc facere que mandant. Neque enim uideri de diuina maiestate statim potest concessum quod fuit humana pollicitatione promissum. Nam et moyses pro peccatis populi petiit. nec tamen ueniam consecutus accepit. Item ysidorus ad massanum episcopum.
Qui sint reparandi post lapsum uel
Domino sancto michique beato fratri massano que non.
yano episcopo ysidorus episcopus. Quod in epistolis uenerabilis fraternitas tua innotuit. uidelicet quod in canone aquitanico capitulo. uiij. x. legitur post lapsum corporalem restaurandum honoris gradum post penitentiam. Ubi uero legitur post huiusmodi delictum nequaquam reparandum. ad antiqui honoris ministerium. Hec diuersitas hoc modo soluitur. Illos enim ad pristinos gradus redire canones precipiunt. quos penitentie precessit satisfactio. uel condigna peccatorum confessio. At contra hii qui neque a uicio corruptionis emendantur. atque hoc ipsum carnale delictum quod admittunt uendicare quadam temeritate. superstitiosa nituntur. nec gradum utique honoris. nec graciam recipiunt communionis. Ergo ita est determinanda sententia. ut necesse sit illos restaurari in loco honoris. qui per penitentiam reconciliationem recepisse meruerunt. diuine pietatis. Hii non immerito consequuntur. ad eperte dignitatis statum. quod per emendationem penitentie recepisse noscuntur. remedium uite. Id autem ne forte sit magis ambiguum diuine auctoritatis sententia confirmetur. Ezechiel quidem propheta sub typo prauaricantis ierusalem ostendit. post penitentie satisfactionem pristinum restaurari posse honorem. Confundere inquit iuda. et porta ignominiam tuam. et post paululum. Et tu inquit et filie tue redeunt ad antiquitatem tuam. Quod dicit. confundere: ostendit post opus peccati debere quemque erubescere. et post confessionem per admissis scele

tibus verecundi frontem humo prostratam tangere, pro eo quod dignum confusione peregit opus. deinde precepit ut post ignominiam deiectionem quasi sui nominis sine dignitatis remissione ad antiquitatem suam.
Ergo dum quisque post opus confessionis sue confunditur, atque ignominiam portans depositionem suam cum humilitate luget, revocari, sed prophetam ad priorem statum potest. Item Ioh. euangelista angelo ephesi ecclesie ut certa quedam similia scribit. Memor esto unde excideris. age penitentiam et prima opera fac. Alioquin veniam ad te et movebo candelabrum tuum de loco eius. Ecce in quantum valuit, collige, Aquitanici antiqui plane et plenam auctoritatem suam sacris testimoniis explanavit, ostendens eum posse restaurari in proprio ordine qui per penitentiam satisfactionem novit propria delicta deflere. Qui non negligit nec languet quod gessit et lugenda sine ullo pudore religiosi vel amore divini iudicii committit. eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari cognoscas.
In fine autem huius capituli hoc adiciendum putavi. ut quotienscumque in gestis conciliorum discors sententia invenitur. illius concilii magis sententia teneatur. cuius antiquior et potior extitit auctoritas.
Quicumque itaque pro criminibus suis digne deo penitentiam obtulerint auctoritate Greg. Ieron. Aug. et Ysidori gradum pristine dignitatis recipere possunt. Qui autem non odio criminis sed timore vilitatis. vel ambitione dignitatis vel honoris falsas deo offerunt penitentias. in pristinum honoris gradum minime reparari possunt. vel possunt sed obicitur illud Oriunsense concilium quod scribitur omnibus episcopis per universam provinciam. **Diaconus aut presbyter in adulterio deprehensi: reparari non possunt.**
Siquis diaconus aut presbyter post acceptam benedictionem leviticam cum uxore sua incontinens inveniatur. ab officio suo abiciatur. Ecce manifeste constat. quia secundum titulos antiquorum patrum sancto spiritu suggerente conscriptos. et secundum sententias ccc.xviii. episcoporum quas et gallicani canones continere videntur. clerici in adulterium deprehensi aut ipsi confessi aut ab aliis convicti. ad honorem redire non possunt. quia forte non desunt. quibus per nimiam pietatem supra scripta sanctorum patrum severitas minime placet. sciant se ccc.xviii. episcoporum qui reliquos canones statuerunt sententias reprehendere vel dampnare. sed forte maior est in illis pietas. quam in supradictis ccc.xviii. episcopis maior est in illis misericordia. quam in sancto Iohanne. presbyter maior caritas quam in reliquis sanctis sacerdotibus qui hoc exemplo remedia certarum suis diffinitionibus delibaverunt. et non aut propria voluntate preceptis illorum consentiant. aut omnibus illis alienos et inimicos se esse cognoscant.
Que est ista iusticie inimica bonitas palpare criminosos. et vulnera eorum usque ad diem iudicii incurata servare. quia si eos durissimam penitentiam per plures annos videmus agere. nunc nos et saluti eorum possemus consulere. et statuta canonum debemus reparare. Cum vero in aliquibus non compunctio humilitatis. nec instantia orandi appareat. nec vim dando inviteris. qui dicit. Lavabo per singulas noctes lectum meum. lacrimis meis stratum meum rigabo. Illud etiam tamquam pane meo tamquam pane manducavi cinerem. Nec eos et ieiuniis et lectionibus vacare invenimus. possumus agnoscere. si ad pristinos gradus vel honores redirent. Cum quanta negligentia etiam tempore et minima anime sue securitate permanent. credentes quod sic eis non pacta digna pena dimiserit dominus. quomodo sacerdotes indulsisse videntur. Vere dico quia illi ipsi quibus perniciosa et falsa misericordia indulgere videmus. cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis dampnandi advenerint. etiam nos tamen dicturi sunt dicentes. quod dum aut duram asperitate lingue correptionem. aut falsa blandimenta. et periculosas eorum adulationes. libenter accepimus. in eisdem permanendo peccatis eis mutuo indulgebamus. aut ipsa peccata augere permisimus. non recordantes illud quod in veteri testamento scriptum est. Quia uno peccante et omnes ira dei descendit. Item Iero. **Difficile est post lapsum ad pristinum gradum redire.**
Quicumque dignitatem divini gradus non custodiunt.

a· Penes. hic patet quod episcopus dispensat in heretici et cum scismatico. ut. s. eadem questione in ... non etiam cum excomunicato ministrantem. xi. q. iii. si quis episcopus. b.

P. sed ipsi intelligunt de spe uenie quantum ad peccati ... dicit quod locum non potest dispensari. quod illo non potest quis accusari uel puniri

... tenti fiant. animas saluare. Scitu est in pristinum gradum post lapsum difficile est. Item basilius. Lapsus post penitentiam altario tantummodo ministret.

Qui sub gradu ceciderit. post penitentie complementum fiat: baptizare coronem et firmis dare. tantum: et altario ministrare non autem sacrificare. Item ex concilio anchiritano. De sacerdotibus et diaconibus et laicis qui idolis turificant.

Presbiteros qui immolauerunt. et postea iterum certamen inierunt. si ex fide luctati sunt. et non ex pacto ad ostentationem ut offerrent ipsi fecerunt. hos placuit honorem quidem proprie sedis retinere. offerre autem illos et sermonem ad plebem facere. aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi non liceat.

Diacones similiter qui immolauerunt postea uero iterum reluctati sunt alias. quidem honorem habere oportet. cessare autem debent ab omni sacro ministerio. ita ut non panem nec calicem offerant. nec pronuntient. nisi forte aliqui episcoporum conscii laboris eorum et humilitatis et mansuetudinis uoluerint eis aliquid amplius tribuere. uel adhibere. Penes ergo ipsos de hiis potestas erit. Qui autem fugientes comprehensi sunt. uel a domesticis traditi. uel adeptis facultatibus sustinuere tormenta. aut in custodia retrusi. proclamauerunt se christianos esse. et eo usque astricti sunt. ut manus eorum comprehendentes uiolenter attraherent. et funestis sacrificiis admouerent. ut aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogerentur. in omni deuotione et habitu. et humilitate uite consistentes. hos uelut extra delictum. constitutos a comunionis gratia desinimus non prohiberi. Si uero prohibiti sunt ab aliquibus propter ampliorem cautelam. uel propter quorundam ignorantiam: mox tamen recipiantur. hoc autem similiter et de clericis et de laicis obseruare conuenit. Perquisitum est autem et illud si possunt et laici qui in has necessitatis angustias inciderunt ad clericatus ordinem promoueri.

Placuit ergo et hos tanquam qui nichil peccauerunt si precedens eorum uita probauerit. ad hoc officium prouehi. De hiis autem qui negauerunt preter necessitatem aut preter ablationem facultatum. aut preter periculum. aut aliquid huiusmodi quod factum est sub tirannide licinii. placuit huic sancte sinodo quamuis humanitate probentur in-

digni tamen eis beniuolentiam commodari.

Sed illud omnimodo precipue desidiosos et negligentes si uere penitentes reperiantur prohibemus. Illud autem tenere facere hoc est difficile non impossibile. Basilius autem circa delinquentes rigorem iusticie seruandum ostendit. quem circa penitentes alii relaxandum misericorditer affirmant.

Possunt et aliter distingui premisse auctoritates. quorum crimina manifesta sunt. ante uel post ordinationem a sacris ordinibus decidendi sunt. quorum autem peccata occulta sunt. et secreta satisfactione. sed sacerdotis edictum purgata in propriis ordinibus remanere possunt. Unde nicholaus papa carulo episcopo et eius suffraganeis. Non potest restitui in sacerdotium cuius manifestum fuit crimen.

Sacerdotes si in fornicationis ceciderint laqueum. et criminis manifestus siue ostensus fuit actus. sacerdotium non possunt habere honorem. secundum canonice institutionis auctoritatem. Item rabanus archiepiscopus scribit ad herbaldum. Qui sunt post lapsum reparandi uel qui non.

De hiis uero nobis iussum est scribendum esse qui sacros ordines habent. et ante uel post ordinationem criminatos in capitalibus criminibus se esse prodiderint. in quibus ut nobis uidetur hec distantia debet esse. ut hii qui deprehensi uel capti fuerant publice in periurio furto. atque fornicatione. et ceteris huiusmodi criminibus. secundum canonum sacrorum instituta: a proprio gradu decidant. Quia scandalum est populo dei tales personas suppositas habere. quas ultra modum uiciosas constat esse. Nempe inde retrahuntur homines a sacrificio dei. sicut quondam filiis heli peccantibus fecisse leguntur. et rebelles hinc atque contrarii existentes eorum prius exemplis cotidie peiores fiunt. Qui autem de predictis peccatis absconse a se commissis per occultam confessionem coram angelis dei presente et sacerdote qui in dictis est penitentiam confitentur. et semetipsos grauiter deliquisse cognouerint. et si per ieiunia et elemosinas et uigilias. et sacras orationes purgare certauerint. hiis etiam gradu seruato. spes uenie de misericordia dei promittenda est. De lapsis etiam in heresim hoc obseruandum est. ut ante sententiam concilii nullus communicet eis.

... deprehensi et conuicti. ut. ru. q. iiii. et. c. ... cum non ab homine
h· Deprehensus erit et aduocabit testes per quos probabit ipsum se esse deprehensum et communicat cum per. ... adulterium. b. uel in ordine occultus
i· Ignato sin quo ... et promouetur et ita peccator ... uel sentit ... ad se et alios est suspensus. ut ... sed ibi non dispensabatur cum eo sed ... prohiberi non potest cum sit occultum sed obiatur ... de spe uenie quantum

... questitum sed nunquam sacerdos qui prius potest exequi officium suum ... et ... dixit ... secundum ... mortale peccatum ... sacerdotes ... dico quod potest celebrare uel ob... qui non penitent adhuc ... uel hoc tercium ... lapsum. b.

a Ex eo communicato. olim ii. extra solus non poterat sine episcopo restituere ... de morte eius. sed ex eo quod presbyter ipsum incaute percussit. b.

Unde Cyprianus papa Antoniano scribit coepiscopo.

A communione abstineat qui lapsis ante restitutionem communicat.

De eo tamen quod statuendum est circa causam lapsorum distuli. ut cum quies et tranquillitas data esset. et episcopos in unum convenire indulgentia divina permitteret. tunc communicato et librato de omnium collatione consilio statuerem. quid fieri oporteret. Si quis vero ante consilium nostrum et ante sententiam de omnium consilio statutam. temere lapsis communicare voluisset. ipse a communione abstineret.

Quod vero supra de homicidiis statutum legitur. intelligendum est. quando facultas datur effugiendi. nec necessitate clauduntur obsidionis. Ceterum si necessitate angustiati effugere non possunt. si tunc homicidium commiserint peracta penitentia et officio et communioni redduntur. Unde in Ilerdensi concilio legitur.

Clerici qui in obsidionibus positi necessitate sanguinem fuderint post duorum annorum penitentiam officio et communioni restituantur.

De his clericis qui in obsidionis necessitate positi fuerint. id statutum est. ut qui altario serviunt vel ministrant. et Christi corpus et sanguinem tradunt. vel sacra vasa officio deputata contrectant. ut ab omni humano sanguine et hostili se abstineant. Quod si in hoc inciderint. duobus annis tam officio quam communione corporis domini priventur. ita ut duobus annis vigiliis. ieiuniis. orationibus. et elemosinis. pro viribus quas dominus donaverit expientur. et ita demum officio et communioni reddantur. ea tamen ratione ne ulterius ad officia potiora promoveantur. Quod si in definito tempore negligentiores circa suam salutem extiterint. prolongandi ipsius penitentie tempus in potestate sacerdotis maneat. Si autem casu clericus homicidium fecit in proprio gradu ex dispensatione remanere permittitur. Unde Urbanus secundus scribit Guernerio Neburgensi episcopo.

Qui casu homicidium facit ex dispensatione in suo ordine permaneat.

Clerico iaciente lapidem puer dicitur interemptus. nos pro amore tuo in suo ordine eum permanere permittimus. ut semper in penitentia et timore permaneat. Item Stephanus papa quintus Stephano [illegible] episcopo. De eodem.

Quia te quasi obnoxium iudicas eo quod a Sarracenis captus homines interfecisse videris bonitatis est. Sed quoniam non tua sponte id fecisse cognosceris. tamen canonice nullo modo iudicabis.

Si vero ira commotus presbyter aliquem interfecerit. et si occidendi animum non habuit. perpetuo tamen depositus erit. Unde Nicholaus papa scribit Osvaldo coepiscopo quadrantino.

Careat officio presbyter qui ira commotus licet extra animum aliquem interfecerit.

Studeat sanctitas tua persuadere episcopo tuo sibi canonicum sociare. numerum collegarum. id est. vi. ex vicinis provinciis fratres et coepiscopos suos quibus tecum iunctis et decernentibus diligenter investigare et toto nisu scrutari procurare. quatinus invenire valeatis utrum percussione iam nominati presbyteri. an cervicis fractione idem diaconus ut fertur extinctus est. Et si quidem a se prefato presbytero non ad mortem percussus est. sed ex equo cadens cervice fracta interiit. secundum arbitrium vestrum pro percussione presbyteri incaute agentis presbytero penitentiam competentem indicite. et aliquo tempore a missarum sollempniis suspendatur. deinde post hec ad sacerdotale officium redeat. Quod si inveneritis quod ex eius percussione presbyteri ille mortuus fuit diaconus. hunc nulla ratione ministrare sacerdotis more decernimus. quia et si voluntatem occidendi non habuit. furor tamen et indignatio ex quibus motio illa mortifera processit in omnibus et precipue in dei ministris multipliciter prohibetur atque dampnatur. Verum si presbyter a deo vivo studio forte obnoxius claruerit. precipimus ut tale beneficium sibi ecclesie sue reddatur. quo et ipse et sui sufficienter possint habere sue sustentationis solacium. Item ex concilio Neocesariensi.

Quinquennio a communione abstineant qui casu homicidium faciunt.

Eos vero qui non voluntate sed casu homicidium fecerint. prior quidem regula post vii. tantum annorum penitentiam communionis sociavit. secundum gradus constitutos. hic vero humana diffinitio quinquennii tempus tribuit. Item ex concilio Illibertano.

Quibus temporibus a communione abstineat qui voluntarie vel casu ancillam suam interficit.

b Sanos vero ... [illegible]
c Sed eius qui ... [illegible]
d Sed contra ... [illegible]
e Sacerdotis ... [illegible]
f Clerico ... [illegible]
g Amore ... [illegible]
h Penitentia ... [illegible]
i [illegible]
k Canonice intelligit ... [illegible]
l Interfecerit ... [illegible]
m ... [illegible]
n ... [illegible]
o ... [illegible]
p Percussione ... [illegible]
q Voluntate ... [illegible]
r Precipue ... [illegible]
s ... [illegible]
... bartholomeus brixiensis.

[illegible]

Si qua femina furore zeli accensa flagellis verberaverit ancillam suam ita ut infra tertium diem cum cruciatu animam effundat, eo quod incertum sit voluntate an casu occiderit, si voluntate post vii. si casu post v. annorum tempora acta penitentia legitima ad communionem placuit admitti. Quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem. Item ex concilio Martini pape. De hiis qui sponte vel casu homicidium faciunt.

Si quis voluntate homicidium fecerit, ad ianuam catholice ecclesie semper iaceat, et communionem in exitu vite sue accipiat. Si autem non voluntate sed casu aliquo homicidium fecerit, prior canon vii. annis agere penitentiam iussit, secundus canon v. mandavit. Item. Indigesti titulo de furtis.

Qui saccum habentem pecuniam surripuit, furti et actione sacci nomine tenetur, quamvis non sit ei animus sacci surripiendi.

Consilium animum non oportet puniri vel ex codicis titulo ad legem Corneliam de sicariis exemplo sacrarum litterarum Dioclitiani et Maximiani colligitur.

Cum qui se asserunt. De eodem.

Homicidium non voluntate sed casu fortuito fecisse et calcis ictu mortis occasionem prebuisse videatur. Si hoc ita est neque super hoc ambigi poterit, omni metu ac suspicione quam ex admissi rei discrimine sustinetis, sed id quod a notatione iuris comprehensum est, volumus liberari. Item Pelagius papa.

De eodem. Non imputatur ad penitentiam quod ex non voluntatis dicitur. Litare non procedit.

Quidam placidus anno preterito dixit esse de uxore ipsius, quod subito inter caballos inventa, et dum traherentur caballi collisa est illa et abortum fecit. Quod si ita est, forte si caballos alienos tulit, non est culpabilis. Nam de muliere que casu inter caballos confracta est, non voluntas illius, non agnoscitur pretiosa fuisse, non potest nec debet addici per leges. Item Nicolaus papa.

Hii qui arborem incidentes vident. De eodem.

Si contingit quod cadens arbor occidit hominem, inculpabiles sunt, atque innoxii, quia nec voluntate eorum nec desiderio homicidium perpetratum est. Si vero alicuius eorum culpa vel negligentia morientis hominis interitus cognoscitur advenisse, abiciendi sunt a gradu, et in sacro ordine nullatenus suscipiendi. Item ex concilio Garmaciensi.

De eodem.

Sepe contingit dum quis opere necessario insistens arborem incidit, ut aliquid sub ipsam veniens deprimatur. Et ideirco si voluntate vel negligentia incidentis arborem factum est, ut homicida penitentie ordo debet subiacere. Quod si non voto sed incuria illius non habens curam ita contigit, sed ille dum operi necessario fortassis instaret, iste inopinate occurrit sub arbore et sub ipsa oppressus est, incisor arboris non tenetur pro homicida. Item ex concilio Triburiensi. De eodem.

Si duo fratres in silva arborem succiderent, et appropinquante casura unius arboris, frater fratri dixit: cave, et ille fugiens in precussum arboris cecidit et mortuus fuit, vivens frater illi innocens de sanguine germani diiudicetur.

§. Premissis auctoritatibus lapsis permittitur ut post penitentiam in suis ordinibus reparari valeant. Ad maiorem autem ascendere gradum post lapsum nulla eis auctoritate permittitur, immo penitus prohibetur. Unde in Ilerdensi concilio legitur.

Lapsi in suis ordinibus reparari possunt, sed non ad maiora conscendere.

Hii qui altario sancto deserviunt, si subito instienda carnis fragilitate corruerint, et domino respiciente digne penituerint, ita ut mortificato corpore cordis contriti sacrificium deo offerant, maneat in potestate pontificis vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiori tempore ab ecclesie corpore segregare, ita tamen ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoveri.

§. Sed exemplo beati Petri, qui post trinam negationis maculas confessione diluit amoris, non solum in gradu sui apostolatus remansit, verum etiam in pastorem totius ecclesie a Christo institui meruit. Per hoc probantur lapsi post dignam penitentiam non solum propria officia retinere, sed etiam ad maiora posse conscendere. Quod autem post negationem beatus Petrus pastor ecclesie a domino sit institutus, probatur auctoritate beati Gregorii, qui in omelia dominice resurrectionis de eodem principe apostolorum scribit dicens. Petrus post culpam negationis princeps apostolorum a domino est institutus.

Considerandum est nobis cur omnipotens deus eum quem cuncte ecclesie preferre

[illegible]

[illegible]

a Consanguinitati permisit... non prohibuit. bartholomeus brixiensis.

I Fuerint tamen non permittitur quia adhuc non agebatur ut dicitur ... q. vi. hec ...

dispositerat. ancille uoce pertimescere et seipsum negare permisit. Quod nimirum magne actum pietatis dispensatione cognoscimus. ut is qui futurus erat pastor ecclesie in sua culpa disceret. qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaque ostendit eum sibi et tunc preposuit ceteris. ut ex sua infirmitate cognosceret. quam misericorditer alienam infirmitatem toleraret. Item Ambrosius.

Post negationem in fide et gradu perfectior factus est petrus. Unde profertur.

Fidelior factus est petrus postquam fidem se perdidisse defleuit. atque ideo maiorem gratiam reperit quam amisit. Tanquam enim bonus pastor tuendum gregem accepit. ut qui sibi ante infirmus fuerat fieret omnibus firmamentum. et qui se interrogationis temptatione mutauerat. ceteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicitur. sicut ait dominus. Tu es petrus et c. Petrus enim dicitur eo quod primus in nationibus fidei fundamentum posuit. et tanquam saxum immobile totius operis christiani compaginem molemque contineat.

Item obicitur. penitentes ad sacros ordines promoueri non debent. non ergo lapsi post penitentiam ad maiora pertingere possunt. Unde in carthaginensi concilio legitur. iiii. Non ordinetur clericus ex

Ex penitentibus quamuis penitentibus.

Ex penitentibus quamuis sit bonus non clericus non ordinetur. si per ignorantiam episcopi factum fuit. deponatur a clero. quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse penitentem. Si autem sciens episcopus ordinauit talem. et ipse ab episcopatu suo ordinandi dumtaxat potestate priuetur. Simili sententie subiacet episcopus. si sciens ordinauit clericum. qui uiduam aut repudiatam uxorem habuit. aut secundam.

Item siricius papa ignnerio episcopo. Bigamus penitens uidue maritus sacre milicie se inserens sine spe promotionis in suo

Quicumque penitens ordine permaneat.

Quicumque penitens quicumque bigamus quicumque uidue maritus ad sacram miliciam indebite et incompetenter irrepserit. hac sibi conditione a nobis ueniam intelligat relaxatam. ut in magno debeat computare beneficio. si sibi adempta omni spe promotionis in hoc quo inuenitur ordine perpetua stabilitate permaneat. Item ex concilio gerondensi.

Non prohibetur a clero qui post langorem a communione prius benedictionem accepit.

Is uero qui egritudinis langore depressus penitentie benedictionem quam uiaticum dicimus per communionem acceperit. postmodum reconualescens. si capitalem penitentiam in ecclesia publice non subdiderit. si prohibitis uitiis non tenetur obnoxius. admittatur ad clerum. Item concilia ab omnibus episcopis per uniuersas prouincias constituta.

Qui ad penitentiam agendam in monasterio retruditur ille qui ultro presbiter non ordinetur.

Si ille qui ultro sponte penitentiam quamuis eam perfecte agat. non tamen potest episcopus aut presbiter ordinari. Ita ut etiam si per ignorantiam ordinatus fuerit. et postea conuincatur penitentiam accepisse deiciatur. Ille quoque qui mittitur ad penitentiam agendam mittitur in monasterio. qui utique nichil aliud quam penitens dicendus est. quem constat ad sacerdotium peruenire prohiberi. Nemo in alia quelibet contra auctoritatem sedis apostolice. l. etc. xviii. episcoporum et reliquorum canonum constituta obiciat. eo quod ex illorum diffinitionem in quibus spiritum sanctum credimus locutum. demum fuit. recipere non solum temerarium sed etiam periculosum esse non dubito. Item gelasius urbis rome episcopus omnibus episcopis. Bigami uel quilibet post penitentiam sacris non amplicentur

Non confidat ministeriis.

Nequaquam pontificium fas est bigamos aut coniugia sortientes ab aliis relictam. siue quolibet post penitentiam. uel siue litteris uel corpore uitiatos. uel conditionarios. aut curie publice aut quibuscumque rerum nexibus implicitos. aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos. diuinis seruitutibus applicare ministeriis. Item innocentius papa. Penitens

Canones nec etiam clericus fieri potest.

Canones apud niceam constituti penitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludunt. Hoc non de quibuslibet penitentibus intelligitur. sed de illis tantum qui post penitentiam secularis milicie cingulum acceperunt. de quibus innocentius papa scribit uictorino rothomagensi episcopo. Non debet fieri clericus qui post remissionem peccatorum milicie cingulum habuit.

Si quis post remissionem peccatorum cingulum milicie secularis habuerit ad clericatum omnino admitti non debet. Potest et aliter intelligi. Est quedam penitentia que sollempnis appellatur que semel

Semel in ecclesia conceditur. De quo Ambrosius ait.
Sicut unum est baptisma, ita unica penitentia.
Item Ambrosius. Non est secundus locus penitentie.
Item idem. Reperiuntur quam plurimi qui
sepius agendam penitentiam putant, qui lu-
xuriantur in Christo. Nam si vere penitentiam
agerent, numquam iterandam putarent.
Item Augustinus ad Macedonium. Quamvis caute et
salubriter provisum sit, ut locus humil-
lime penitentie semel tantum in ecclesia concedatur,
ne medicina nimis vilis minus
utilis esset egris: tamen cotidie peccan-
tibus numquam per penitentiam venia negatur.

Hec autem penitentia quomodo imponenda
sit, in Agathensi concilio legitur, in quo
sic statutum est. Quomodo penitentes ad pe-
nitentiam tempore quo accedunt.

Penitentes tempore quo penitentiam petunt, impositionem manuum et
cilicium super capita a sacerdote sicut
ubique statutum est consequantur. Si autem co-
mas non deposuerint, aut vestimenta
non mutaverint, abiciantur, et nisi digne pe-
nituerint, non recipiantur. Iuvenibus autem
penitentia non facile committenda est propter etatis
fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in mor-
te positis non est negandum. Item ex eodem.
Que sit observanda in sollempni pe-
nitentia.

In capite quadragesime
omnes penitentes qui publicam suscipiunt
aut susceperunt penitentiam, ante fores ecclesie
se presentent episcopo civitatis, sacco induti,
nudis pedibus, vultibus in terram demis-
sis, reos se esse ipso habitu et vultu pro-
testantes. Ibi adesse debent decani, id est
archidiaconi, archipresbiteri parochiarum,
et presbiteri penitentium, qui eorum conversa-
tionem diligenter inspicere debent, et
secundum modum culpe penitentiam per prefi-
xos gradus iniungere. Post hec eos in
ecclesiam introducant, et cum omni clero vii.
penitentie psalmos in terram pontifex prostra-
tus cum lacrimis pro eorum absolutione
decantet. Tunc surgens ab oratione
iuxta quod canones iubent manus
eis imponat, aquam benedictam super eos
spargat, cinerem prius mittat, de-
inde cilicio capita eorum cooperiat,
et cum gemitu et crebris suspiriis de-
nuntiet eis, quod sicut Adam proiectus est de
paradiso, ita et ipsi pro peccatis ab ecclesia abi-
ciuntur. Post hec iubeat ministris ut e-
os extra ianuam ecclesie expellant. Cle-
rus vero subsequatur eos cum responsorio.

In sudore vultus tui vesceris pane,
etc. Ut videntes sanctam ecclesiam pro
facinoribus suis tremefactam atque com-
motam, non parvipendant penitentiam. In sacra
autem Domini cena rursus ab eorum decanis
et eorum presbiteris ecclesie liminibus representetur.

Hanc autem penitentiam nulli umquam clerico-
rum agere conceditur. Atque ideo huius-
modi penitentes ad clerum admitti pro-
hibentur. Unde in Carthaginensi conci-
lio v. statutum legitur. Non imponantur
manus clericis tamquam penitentibus.

Confirmatum est, ut si quando presbiteri vel dia-
coni in aliqua graviori culpa convicti
fuerint, qua eos a ministerio necesse sit
removeri, non eis manus tamquam penitentibus
vel tamquam fidelibus laicis imponantur. Neque
umquam permittendum est, ut rebaptizati ad
clericatus gradum promoveantur. Item Si-
ricius papa. Nec clerico penitentiam agere, neque
penitenti ad clericatum accedere
licet.

Illud quoque nos par fuit providere, ut sicut penitentiam agere
nulli umquam conceditur clericorum, ita post
penitudinem ac reconciliationem cuiquam
laicorum non liceat honorem clericatus
adipisci. Quamvis quamvis sint omnium
peccatorum contagione mundati, nulla
tamen debent gerendorum sacramentorum in-
strumenta suscipere, qui dudum fuerint
vasa viciorum. Item Leo papa. Sacris diaco-
nibus tamquam penitentibus non debent manus
imponi.

Alienum est a consuetudine
ecclesiastica, ut qui in presbiterali
honore aut diaconali gradu fuerint
consecrati, hii pro crimine aliquo suo per
manus impositionem remedium accipiant pe-
nitendi. Quod sine dubio ex apostolica tra-
ditione descendit, secundum quod scriptum est:
Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro eo?
Unde huiusmodi lapsis ad promeren-
dam misericordiam Dei privata est expetenda
secessio, ubi illis si satisfactio fuerit dig-
na, sit et fructuosa. Prohibentur etiam
auctoritate Toletani concilii huiusmodi
penitentes ad clerum non admittendi,
in quo sic statutum est. Causa necessi-
tatis ad clerum penitentes admittuntur.

Placuit ut penitentes ad clerum non
admittantur, nisi tantum si necessi-
tas aut usus exigit, tunc deputen-
tur inter hostiarios, vel inter lectores,
ita ut apostolum vel evangelium non legant.

Si qui autem ordinati sunt in diaconos uel subdiacones habentes uxores. ita ut manum non imponant nec sacrificia contingant. Cum non penitentie dicimus: qui post lapsum aut per homicidium. aut per diuersa criminibus grauissimisque peccatis publicam penitentiam gesserunt. ab altaris diuino fuerint acceslatione altario.

Apostatae quod ad clericatus officium admitti non debent. Unde in concilio arelatensi. c. ij. Ad clericatus officium non admittantur apostate.

Si qui post sanctam religionis professionem apostatant. et ad seculum redeant. et postmodum remedium penitentie non requirunt. sine penitentia communionem penitus non accipiant. quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti et quicunque ille sit post penitentiam habitum secularem non presumat accipere. Quod si presumpserit ab ecclesia alienus habeatur.

Ecce quod criminosi uel non dicuntur penitentes. uel publicam penitentiam agentes: a sacris prohibentur ordinibus. Adiicitur quoque quod sancta mater ecclesia ut curiales aut post baptisma militantes aut in foro decertantes a sacris prohibeantur ordinibus. Unde innocentius ait. Post baptisma militantes uel in foro decertantes a sacris prohibentur ordinibus.

Aliquantos ex hiis qui post acceptam baptismi gratiam in forensi exercitatione sunt uersati et obtinendi pertinaciam susceperunt actiones ad sacerdotium esse assumptos. e quorum numero aliqui prohibentur ad sacerdotium adsumi. aliquantos ex militia. qui cum potestatibus obedierunt seua necesse praecepta sunt exequuti. Aliquantos ex curialibus qui dum parerent potestatibus quod eis sunt iussa fecerunt. Aliquantos qui uoluptates et editiones populo celebrarent. Ad honorem summi sacerdotii peruenisse. Quorum omnium neminem ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat peruenire. Que si singula discutienda mandaremus. non modicos motus aut scandala hispaniensibus prouinciis quibus medicinam cupimus de studio emendationis inducemus. ideirco remittenda potius hoc putamus. Sed ne deinceps similia committantur dilectionis uestre maxime prudentiae debebit. ut tante usurpationi nunc finis necessarius imponatur. Ex eo uidelicet constituto ut quicunque tales ordinatj sunt cum ordinatoribus suis deponantur.

Idem felici episcopo nuceriano. De quibus laicis ad clericatum uenire non possunt.

Designata sunt genera laicorum de quibus ad clericatum aliquis peruenire non possit. i. si quis fidelis administrauerit. De curialibus autem manifesta ratio est. Quoniam et si inueniantur huiusmodi uiri qui debeant fieri clerici. tamen quoniam sepius a curia repetuntur. Cauendum est ab hiis propter tribulationem que sepe de hiis ecclesie prouenit.

Idem. Non admittantur curiales ad preces frequenter clericale officium.

Plerique ex fratribus nostris curiales uel quibuslibet publicis functionibus occupatos. clericos facere contendunt. pro quibus postea maior est tristicia. Tunc enim iam de renouandis eis aliquid ab imperatore petitur. quod gratia nascitur de accito. Constat enim eos in ipsis muniis. i. ministeriis et uoluptates exhibere. quas a diabolo inuentas esse dubium non est. et ludorum et munerum apparatibus aut preesse: aut fortasse interesse. sit certe in exemplum sollicitudo et tristicia fratrum que sepe patimus imperatore presente. cum pro hiis semper rogaremus. quam ipse nobiscum posimus cognouisti. ex quibus non solum inferiores clerici et curialibus uerum et in sacerdotio constituti. Ingens molestia ut redderentur instabat.

Item ex concilio toletano. c. ij. Non promoueatur ad diaconatum qui post baptismum ad fideles necandos accinctus fuerit.

Si quis post acceptum baptismum militauerit et clamidem sumpserit. aut cingulum ad necandum. fideles et si grauia non admiserit. si ad clerum admissus fuerit. diaconii non accipiat dignitatem.

Item in toletano concilio. iiij. A quibus debet esse immunis qui in episcopum est ordinandus.

Qui in aliquo crimine detecti sunt. qui infamie nota aspersi sunt. qui scelera aliqua per publicam penitentiam se admisisse confessi sunt. qui in heresim lapsi sunt. qui in heresi baptizati sunt. aut rebaptizati esse noscuntur. qui semetipsos absciderunt. aut qui naturali defectu membrorum. aliquid minus habere noscuntur. qui secunde uxoris coniunctionem sortiti sunt. aut numerosa coniugia frequentauerunt. qui uiduam uel a marito relictam duxerunt. aut corruptarum mariti fuerunt. qui

concubinas aut fornicarias habuerint. qui seculari conditioni obnoxii sunt. qui ignoti sunt. qui neophiti vel laici sunt. qui seculari militie dediti sunt. qui curie nexibus obligati sunt. qui insequi litigare(?) sunt. qui nondum ad .xxx. annos peruenerunt. qui per gradus ecclesiasticos non ascenderint. qui ambitu honorem querunt. Qui honorem muneribus obtinere moliuntur. qui a decessoribus in sacerdotium eliguntur. Sed nec ille deinceps sacerdos erit. quem nec clerus nec plebs proprie ciuitatis elegit. vel auctoritas metropolitani vel comprouincialium sacerdotum assensus non exquisiuit. Quicumque igitur deinceps ad ordinem sacerdotii postulatus. et in his que predicta sunt exquisitus. in nullo horum deprehensus fuerit. et examinatus probabilis uita atque doctrina extiterit. iuxta sancta synodalia vel decretalia constituta. cum omnium clericorum et ciuium uoluntate. ab uniuersis comprouincialibus episcopis aut certe a tribus in sacerdotem die dominico consecrabitur. conuenientibus ceteris qui absentes sunt suis litteris et magis auctoritate vel presentia eius qui est metropolitanus episcopus constitutus. Episcopus autem comprouincialis ibi consecrandus est ubi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non nisi in ciuitate metropoli comprouincialibus ibidem conuenientibus. Si quis autem deinceps contra predicta uetita canonum ad sacerdotii gradum indigne aspirare contenderit: cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit.

Qui non permissis aliquibus gradibus non superbia vel negligentia ad maiores gradus ascendit. tam diu a maioribus abstineat quousque congruo tempore permissos accipiat. Unde Alexander secundus scribit Grimaldo Constantinensi episcopo.

De eo qui subdiaconatus ordine postposito diaconus et presbiter ordinatur

Sollicitudo dilectionis tue est. Consuluit(?) consule(?) uirum portitorem istarum litterarum diaconatus et presbiteratus officium idoneus sit peragere an ne cum ad id proposito subdiaconatus ordine postposito negligentia potius quam superbia cognoscitur ascendisse. Unde nos consulendo caritati tue mandamus. ut ab officio sacerdotali cum presbiteris donec proximo .iiii. temporum ieiunio subdiaconatus ministerium sibi rite imponas: et sic deinceps ad maiora officia eum redire concedas.

Curiales autem ut superius dictum est ab ordinandi prohibentur. quia frequenter dum ab ecclesia repetuntur plurima incommoda ecclesia sequitur. Vel quidem curiales non uoto religionis sed ut officiorum suorum ratiocinia fugiant ad ecclesias se transferunt. Unde Gregorius scribit in libro .viii. registri omnibus episcopis de lege Mauricii augusti. **Quare constitutum sit ne curiales ordinentur.**

Legem quam piissimus imperator dedit. ne forte hii qui militie vel rationibus sunt publicis obligati. dum suarum causarum periculum fugiunt. ad ecclesiasticum habitum ueniant. vel in monasteriis conuertantur. uite studium satagimus(?) transmittere. Ob hanc enim maxime quod hii qui secularibus actionibus impliciti sunt. in clero ecclesie properare suscipiendi non sunt. quia dum in ecclesiastico habitu non dissimiliter quam prius uixerant uiuunt. neque quod studeant seculum fugere sed mutare. Quod si et tales quam monasterium petunt. suscipiendi non sunt nullo modo nisi prius a negotiis publicis fuerint absoluti. Si qui uero ex militaribus uiris annumerari in monasteriis festinant. non sunt temere suscipiendi. nisi uita eorum inquisita fuerit et iuxta normam regularem in suo habitu per triennium probati. sint monasticum habitum deo auctore suscipiant.

Serui autem ordinari prohibentur nisi a propriis dominis libertatem legitimam consequantur. Unde Leo papa scribit omnibus episcopis **Seruus ad clericatus non promoueatur officium.**

Nullus episcoporum seruum alterius ad clericatus officium promouere presumat. nisi forte eorum petitio aut uoluntas accesserit. qui aliquid sibi in eo uendicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis qui diuine militie est aggregandus. ut a castris dominicis quibus nomen eius ascribitur nullis necessitatis uinculis abstrahatur. Item ex Tiburiensi concilio. **De seruili ordine nullus ad sacros ordines accedat.**

Nulli de seruili conditione ad sacros ordines promoueantur. nisi prius a propriis dominis legitimam libertatem consequantur. cuius libertatis carta ante ordinationem

ne in ambone publice legatur. et si nullus clericus circumstabit.

Porro servus qui non canonice consecratur, postquam de gradu ceciderit, cuius condicionis fuit ante gradum.

Item ex concilio Toletano VIII. **Post donum libertatis famuli ecclesie devocentur in clerum.**

Qui ex familiis ecclesie servituri devocantur in clerum ab episcopis, necesse est ut libertatis percipiant donum, et si honeste vite claruerint meritis, adunati tunc demum maioribus fungantur officiis. quos vero flagitii sordidavit incorrigibilis noxa, perpetua servitutis condicionis religat catena.

Qui autem ordinandi a dominis suis liberantur, consecuntur ab eorum patrocinio penitus debent esse alieni, ut in nullo eorum obsequiis inveniantur obnoxii. Unde in concilio Toletano IIII. legitur. **Ad clericatum suscipiantur qui nullo obsequio retento a dominis suis liberantur.**

Quicumque a dominis suis **tantum percipiunt** libertatem ita percipiunt, ut sibi in eis nullum obsequium patronus retineret, si isti sine crimine sunt, ad clericatus ordinem libere suscipiantur, quia directa manumissione absoluti noscuntur. qui vero retento obsequio manumissi sunt, pro eo quod adhuc patroni servitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promovendi, ne quando voluerint eorum domini fiant ex clericis servi. Item ex concilio Martini pape. **Sine patroni consensu non ordinetur, qui patrocinio cuiuslibet est obligatus.**

Si quis obligatus est tributo servili vel alicuius condicionis vel patrocinio alicuius domini, non est ordinandus clericus, nisi probate vite fuerit, et patroni consensus accesserit.

Ceterum si a dominis suis liberati servi non fuerint, et ad ecclesiasticos ordines aliquo modo irrepserint, presbiteri peculii amissione mulctentur. Diaconus vero si fuerint, vicarium pro se prebebit, aut in servitutem revocabitur. Ceteri non gradus non possunt, quousque a nexu servitutis absolvantur. Unde Gelasius papa scribit Martino et Iustino episcopis. **Servus si latenter irrepserit ad sacerdotium, amissione peculii mulctetur.**

Ex antiquis regulis et novella sinodali explanatione comprehensum est, personas obnoxias cingulo celestis militie non parari. sed nescio utrum ignorantia aut voluntate rapiantur, ita ut ex hac causa nullus pene episcoporum videatur exortis. ita nos frequens et plurima querela circumstrepit, ut ex hac parte nichil penitus putetur constitutum. Adversus siquidem illustris viri filii nostri Amandiani gravius conqueruntur homines suo iuri debitos alios iam clericos ordinatos, alios iam diacones esse, non solum post modernum concilium, quod tantorum collectione pontificum sub omnium salubriter provisionis assensu constat esse perfectum, ne huiusmodi persone suscipi non debeant. Verum et si quis forte in divino cultui militie ante fuerit ignorantia faciente susceptus, eliminari prius et exutum religioso privilegio ad dominorum suorum possessiones iussa debuerant ammonitione compelli. Et ideo fratres karissimi eos quos supradicti viri actores in clericatus officium monstraverint, detentos discussos et obnoxios et approbatos custodito legum tramite sine ulla dimissione restituite. ita ut si quis iam ex his presbiter repertus in eodem gradu peculii sola amissione multatus remaneat. Diaconus vero aut pro se vicarium prestet, aut si non habuerit ipse reddatur. Reliqui vero officia sciant neminem posse ab hac obnoxietate si convincitur vendicari. quoniam hoc ordine custodito, nec dominorum iura nec privilegia ulla rerum turbentur. Item Leuentio Stephano et Iusto episcopis. **Servus clericus factus servituti maneat obnoxius.**

Frequens quidem et assidua nos querela circumstrepit de his pontificibus qui nec regulas antiquas nec decreta nostra noviter directa cogitantes, obnoxias possessionibus illigatas quoque personas venientes ad clericale officium vel cingulum non refutant. Nuper et vir rector illustris femine Placidie petitorii oblatione conquestus est, Sabinum Marcellianensis ecclesie antistitem Antiocum servum iuris patrone sue absentis domine occasione captata ad presbiterii honorem usque provectum, cuius quoque fratrem leviticum clericalis officii privilegio decorasse. et ideo fratres karissimi ut supradictos auctores et eos quos ex terrene condicionis repertos obiectu cognitionem

nob' nr̃a auctoritate deputam'. ne oi
uolũtate discussa. si recta obtẽtã
sibi maculã iuste inq̃sitoĩs ñ potue
rit roẽ diluere. leuitã clici q̃. gra
dus p̃finitis legib; ñ defenderit ad
sequendã 2ditoĩs sue necessitate' iui'
oib; reddere. Anthioch' uo ep̃ p sac
dotiũ iam tolli ñ p̃ sim sua ecc̃a in
hoc in quo ẽ honore collocare desid'at.
ñ uelud reddit' sibi hãt s; p ministi
oz celebratoẽ suscepiũ. Ide rufino
et apli ep̃is. De eodem.

Qui𝑢s aut' leges p̃ncipũ aut p̃im re
gulas. aut ãmonitoẽs modernas
dicat debere 2tempni. ñ q̃ ip̃uniũ
sibi existimat transire 2missum.
Actores siquid' filie n̄re illust'e et
magnifice femine maxime petro
rij nob' insinuatoẽ 2questi s'. filie
sñri atq; candidũ originarios suos
q' 2diuctoẽs q̃ supdicte s'. 7 p̃ennte
2tradcõne. a lucerino pontifice diaco
nos ñ legitime ordinatos. 7 iõ fr̃es
kñi tante p̃uaricatoĩs excessus no
uitis sagacius inquirendos. 7 si 2sti
terit q̃rela' uitatē fulciri 2tinuo qui
2tradicoẽ p̃ennte. ñ legitime s' creati.
a sacris officiis repellant'. Ide eisdẽ.

Nec ad religionis uite propositũ
nec ad clicatus officiũ sine dñorũ
consensu serui admittantur.

Generalis 7 q̃rele uitanda p̃sũptio
ẽ. q̃. p̃pe modũ causant' uniuersi.
passim seruos et originarios dñoz
uiã possessionũq; fugientes sub reli
giose 2u'satoĩs obtentu. l' ad mona
steria sese 2ferre. l' ad ecc̃iasticum fa
mulatũ 2uenientib; q̃s p̃sulib; in
differenter admitti. q̃ modis oib; ẽ
amouenda p̃ntes. ne p xp̃am noĩs
institutũ. aut aliena p̃uadi. aut pu
blica uideat' disciplina subiti. p̃ci
pue cũ nec ip̃am ministerij clicatus
hac obligatoẽ fuscari. dignitatẽ cõ
ueniat. cogaturq; p statũ militãtiũ
sibi 2ditoẽq; iurgari. aut uideri q'd
absit obnoxia quib; sollicita 2pe
tent' interdcõne p̃hibitis. quisquis
ep̃c. pb'r. diaconus. l' eoz qui mona
steriis p̃esse noscunt'. Huiusmodi
p̃sonas apd' se tenentes ñ restituẽdas
patronis. aut deinceps l' ecc̃e seruitiis.
l' religiosis 2gregatoib; putauerit

amplicandas ñ uoluntate forsitã
dñoz suoz subscriptoĩs testimõio
p̃mit' absolutas. l' legitima tr̃sac
toẽ 2cessas. piculũ p̃prij honoris se
ñ ambigant. 2missioĩsq; subituros
si sup hac re causã q̃. uetax nos q̃re
la pulsauit. magnisq; quippe stu
diis sc̃dm b'm paulũ aplm p̃cauẽ
dum ẽ. ne fides 7 disciplina dñi
blasphemetur. Ide. Nichil pre
credimus ecc̃asticis utilitatib; si q̃ s'
aliena reddant'. Hoc ẽm obseruan
dũ ẽ. cũ dñs 7 seruus eiusdem p̃fes
sionis inueniunt'. Cẽm siuideris
xp̃anũ mancipiũ emit: iudicis l' ep̃i
auctoritate 7 eo inuito ad libtate
deb; p̃duci. Vñ greg'. liberino ep̃o.
Ad libertatem p̃ducant' mancipia
xp̃iana a iudeis comparata.

Mancipia xp̃iana quecũq; iudeum cõ
p̃asse patuit ad libtate iuxta legũ
p̃cepta sine ambiguitate p̃ducite.
ne q. absit xp̃ana religio. iudeis subie
cta polluat'. Ide ex 2cil' toledano.
iiij. De eod'. Officia publica ñ sunt
iudeis committenda.

Nulla offã p̃ublica iudeis iniũgant' p q̃ eis oc
casio tribuat' penã xp̃ani inferre. Si
q̃ ũ xp̃ani ab eis iudaismo ritu ma
cipati s'. l' 7 circũcisi ñ reddito p̃cio
ad libtate 7 religionẽ redeant xp̃i
anã. De hijs aut' qui ĩfidelitate
empti ad grãm baptismi p̃ueniũt
desiderant. quid fieri debeat. gg'. scri
bit fortunato neopolitano ep̃o.
In libertatẽ uendicentur serui q̃
ab infidelitate ad fidem accedũt.

Fraternitate' tuãm oportet ẽẽ sollici
tã. ut de iudeoz seruitio ñ solũ iude
us s; 7 quisq; paganoz s' uolũt
xp̃anus. postq; uoluntas eius fuit
patefacta. ne hunc sub quolibet in
genio uel argumẽto cupiã iudeoz
uenundandi facultas sit. S; is qui
ad xp̃anã fidẽ 2uti desiderat defensi
one ṽra in libtatẽ modis oib; uen
dicetur. Hij uero quos huiusce
modi oportet seruos ãmitte ne for
sitã utilitatẽ suã irronabilit' existi
ment ip̃ediri. sollicita uos h' 2ueniẽ
2sidtatoẽ seruare. ut si paganos q̃s
mercimonij cã de exterris finib; e
merint. infra tres menses dñ ep̃oz

[illegible gloss]

cui vendita fuerant, si invenerit, fugere ad ecclesiam forte contigerit, et velle se dixerit christianus vel esse christianus, ecclesiam hanc talem voluntatem prodiderit, pretium eorum a christiano emptore percipiant. Si autem post prefinitos tres menses quisquam huiusmodi servorum iudeorum velle suum dixerit et fieri voluerit christianus, nec aliquis eum postmodum emerit, nec dominus qualibet occasionis specie hunc audeat venundare, sed ad libertatis procul dubio premia perducatur, quia hunc non ad vendendum sed ad serviendum videtur comparasse. Item ex concilio Aurelianensi. De eodem.

Si servus absente aut nesciente domino, episcopo sciente quod servus sit, aut presbiter aut diaconus ordinatus fuerit, ipso in clericatus officio permanente, episcopus eum domino suo dupliciter satisfactione recompenset. Si vero episcopus eum servum nescierit, qui testimonium perhibuerint aut supplicaverint eum ordinari, simili redhibitione teneantur obnoxii.

Si servus sciente. Constitutio nova. xii(?).

Si servus sciente et non contradicente domino in clericum fuerit ordinatus, ex hoc ipso liber et ingenuus erit. Sed si ignorante domino, licet ei intra spacium unius anni et servilem fortunam probare et servum suum accipere. Verum et si legitimo probatus experimento monachus efficitur, evadit iugum servitutis. Debent autem per triennium antequam monachi efficiantur in monasterio permanere. Postea vero si monachi effecti fuerint, liberi efficiuntur. Generalis ordo liberat a servili fortuna vel ascripticia, sed non a curiali sive officiali. Nam et post ordinationem sed et ius patrie potestatis solvit episcopalis dignitas. Ascripticios vero in ipsis possessionibus clericos et preter voluntatem dominorum fieri permittimus, ita tamen ut clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant. Item Leo omnibus episcopis. De eodem.

Admittuntur passim ad sacrum ordinem quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur, et qui a dominis suis consequi libertatem minime potuerunt ad fastigium sacerdotii, tanquam servilis vilitas hunc honorem capiat, provehuntur. Ab his itaque, fratres karissimi, omnes nostre provincie sacerdotes, et non tantum ab his, sed et ab aliis originariis vel qui alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari, nisi forte eorum petitio aut voluntas accesserit qui aliquid sibi in eos vindicant potestatis.

De servis monasterii queritur an ecclesiasticis officiis possint aggregari an non. Sed famuli ecclesie non sunt ordinandi, sicut supra dictum est, nisi a propriis episcopis libertatem consequantur. Porro servus monasterii libertatem consequi non valet, nisi quod ad clericatum se accedere licet. Quod autem liber fieri non possit, probatur auctoritate VIII. sinodi, in qua sic statutum legitur.

Monasterii servum abbati vel monacho non licet facere liberum.

Abbati vel monacho monasterii servum non licet facere liberum. Qui enim nichil proprium habet, libertatem rei aliene dare non potest. Nam sicut et leges seculi sanxerunt, non potest alienari possessio nisi a proprio domino.

C. Hac auctoritate prohibentur servi adipisci libertatem recedendi ab obsequio monasterii, sed non prohibentur nancisci libertatem promovendi ad sacros ordines. Potest enim in sacris ordinibus constitutus monasterii obsequiis perpetuo deservire. Ac sic servus monasterii et libertatem adipiscitur et sacris ordinibus vel officiis valet adsociari. Unde in alio capitulo prestare consilium hec causa redditur, in ipso ut monachis ruralis opus facientibus servi eorum otio torpeant ac deliciis affluant. Quod autem servi ecclesie, quo nomine et monasterii servos significari intelligimus, ad sacre religionis propositum debeant assumi, auctoritate beati Gregorii probatur, qui generali sinodo residens dixit:

Si placet conversationis fuit famulus ecclesie monachus ex ecclesia potest ordinari.

Multos de ecclesiastica familia novimus ad omnipotentis dei servicium festinare, ut ab humana servitute liberi in divino servicio valeant in monasteriis conversari. Quod si passim dimittimus, omnibus fugiendi ecclesiastici iuris dominium occasionem prebemus. Si vero festinantes ad omnipotentis dei servicium incaute retinemus, illi invenimur negare quedam qui dedit omnia. Unde necesse est ut si quis ex iure ecclesiastico vel secularis militie servitute ad dei servicium converti desiderat, probetur prius in laicali habitu constitutus, et si mores eius atque conversatio bono desiderio illius testimonium ferunt, absque ulla retractatione in monasterio omnipotenti domino servire permittatur, ut ab humano servicio liber discedat qui divino amore districtiorem appetit subire servitutem. Si autem in monachico habitu prius regulas

[illegible gloss]

D. LV

inreprehensibiliter fuerit conversatus, post prefixa a sacris canonibus tempora ita demum quibuslibet ecclesiastici officii promoveatur. Si tamen nullus fuerit criminibus maculatus, que in testamento veteri morte mulctabantur.

Ceterum quomodo ad clericatum servi assumi valeant, vel quomodo non admittantur, apparet. Liberti quoque non sunt promovendi ad clericatum, nisi ab obsequiis suorum patronorum fuerint absoluti. Unde in concilio Eliberitano. **Absque consensu patroni libertus non promoveatur ad clerum.**

Prohibendum ut liberti quorum patroni in seculo fuerint ad clerum non promoveantur.

Corpore vero viciati similiter a sacris ordinibus prohibentur. Unde Gelasius papa scribit dicens. **Qui de monasterialibus disciplinis ad clericale munus accedunt et de laicis eorum acta vita et examinetur.**

Priscis igitur in sua reverentia manentibus constitutis, que nulla rerum vel temporum perurget angustia, regularem convenit custodiri: quo carentes ecclesie vel cunctis vel sufficientibus private sunt ministris, ut plebibus ad se pertinentibus divina munera supplere non valeant: decrevimus ut si quis monasterialibus disciplinis eruditus ad clericale munus accedit, et de laicis ut ante acta eius vita requiratur: ne sit aliquo facinore infectus, vel illiteratus, vel bigamus, vel ab adolescentia fornicatus, vel corpore viciatus, vel servilis, vel originarie conditionis, vel curie, vel publicanorum rationibus implicitus, vel publica penitentia notatus, vel nulla competentis temporis expectatione discussus. Item ex concilio Arelatensi. iiii. **Annue suspensioni subiaceat qui preter canonum formam aliquem ordinat.**

Nullus penitentem, nullum bigamum, nullum viduarum maritum in sacris honoribus audeat ordinare. Et licet hec iam omnium pene canonum instituta contineant, tamen ne cuiquam sacerdotum supplicantium sic iam supradictorum importunitas vel suggestio iniqua surripiat, necesse fuit ut nunc seniorem regulam [illegible] domini sacerdotes [illegible], et ideo quisquis ab hac die contra ea que superius comprehensa sunt clericum ordinare presumpserit, ab ea die qua hoc non poterit approbari anno integro missas cantare non presumat. Quam tamen si quis observare noluerit, et contra

tum suum faciens missas celebrare presumpserit, ecclesie communione privetur, et ab omnium fratrum communione se noverit alienum. Quia dignum est ut severitatem ecclesiastice discipline sentiat, qui salubriter a sanctis patribus instituta observare contempnit. Item Illarius papa. **Non ordinentur penitentes vel inscii litterarum.**

Penitentes vel inscii litterarum aut aliqua membrorum damna perpessi ad sacros ordines aspirare non valeant. Quisquis autem talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissolvet.

Corpore autem viciati intelliguntur non casu, sed propria voluntate abscisi. Unde in canonibus apostolorum legitur. **Qui semetipsum absciderit non ordinetur.**

Si quis abscidit semetipsum, id est si quis amputavit sibi virilia, non fiat clericus, quia sui est homicida, et dei conditionis inimicus. Si quis cum clericus fuit abscidit semetipsum, omnino dampnetur, quia sui est homicida. Item ex concilio Arelatensi. ii. **Non promoveantur ad clerum qui semetipsos absciderunt.**

Hi qui se carnali vitio repugnare nescientes abscidunt, ad clerum pervenire non possunt. Item Innocentius scribit Felici Nucerino episcopo. **Non est ordinandus qui partem digiti sui volens absciderit.**

Qui partem cuiuslibet digiti sui ipse volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cum vero casu aliquo contigit, dum aut opus rusticum curat aut impendit, aut aliquid faciens se non sponte percutit, hos canones prohibent (?) et clericos fieri, et si in clero reperti fuerint non abici. In illis namque voluntas est vindicata qui sibi ausus fuit ferrum inicere. In istis vero casus veniam invenit. Similiter intelligendum est de his qui pro langore a medicis secantur, aut a barbaris absciduntur, aut a dominis castrantur. Unde in Nicheno concilio legitur. **Qui pro langore a medicis secantur ad clerum valeant admitti.**

Si quis a medicis pro langore desectus est, aut a barbaris abscisus, hic in clero permaneat. Si quis autem se cum sanus esset absciderit, hunc et in clero constitutum abstinere convenit, et deinceps nullum talium promoveri. Sic autem hec clarum

q. de his qui hanc rem affectant audenter semetipsos abscidere decrevit. Sic eos quos aut barbari aut domini castraverint, si inveniuntur alias dignissimi, tales ad clerum suscipit ecclesiastica regula. Item ex canone apostolorum. Licite ordinatur episcopus qui per insidias hominum eunuchizatur.

Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione eius sunt amputata virilia, vel si ita natus est, et est dignus, fiat episcopus. Item ex concilio Martini pape. Non excluduntur a clero qui a medicis vel barbaris vel dominis exsecantur.

Si quis per egritudinem naturalia a medicis secta habuerit, similiter et qui a barbaris aut dominis suis castrati sunt et moribus digni inveniuntur, hos canon permittit ad clerum promoveri. Si quis autem sanus non per disciplinam religionis et abstinentie sed per abscisionem a deo plasmati corporis existimat posse a se carnales concupiscentias amputari, et ideo se castraverit, non eum admitti decrevimus ad aliquod clericatus officium. Quod si antea iam fuit promotus ad clerum, prohibetur a suo ministerio deponatur. Item ex concilio Ilerdensi. Non prohibetur a sacris ordinibus qui medicorum incisione claudus efficitur.

Si quis infirmitate positus clericus in medicorum incisione claudus efficitur, promoveri ad sacros ordines eum non denegamus. Item Stephanus papa Tobio Metensi episcopo. Non prohibetur a clero qui digitum suum casu sibi abscidit.

Lator presentium Flavianus clericus ad limina sedis apostolice veniens detulit a te directam nobis epistolam, qua indagare studuisti eum a Normannis captivum sinistre manus digitum habere abscisum, et sciscitaris si ob hoc ad ecclesiasticum ordinem valeat promoveri an non. Quapropter et nos respicientes quia sollertia tua magis super hoc sollicitata a sede apostolica doceri flagitat, normam iustitie semper sequi desiderans, et studium tue sanctitatis multo collaudantes, reverentiam tuam scire volentes, quoniam si ita est quod a Normannis digitum habeat abscisum, ad promovendum si alias dignus fuerit nil ei nocebit. Eo quod de his qui a dominis vel medicis sive a paganis non sponte tale quid patiuntur, quid sacri censeant canones dilectionem tuam latere non credimus. Item Gelasius papa Palladio episcopo. Tempore sinceritatis dignitas accepta sequente debilitate non amittitur.

Precepta canonum quibus ecclesiastica disciplina regitur, sicut non patiuntur venire ad sacerdotium debiles corpore, ita si quis fuit in eo constitutus ac tunc fuit sauciatus, amittere non potest quod tempore sue sinceritatis accepit. Stephanus siquidem presbiter petitorio nobis deflevit oblato quod hostis in subditis olim sibi et ante annos plurimos collatam presbiterii dignitatem, quam teneret immaculati corporis indicio suscepisset, sed nuper per Piceni vastitatem tulit eo quod per omnes barbarorum feritas diversa sectantium et ambiguitas inimicorum, dum imminentes gladios evadere presidio fugientium aciens sudibus occurrentia sibi septa transiliens inferiores partes corporis inseruisse suggessit. Que adhibita curatione biennio vix potuisse abstergi, et ideo se lenie super deo sui loci dignitatemque restitui, quoniam sacrosancta militia sic consueverit exercere. Nec ei convenit ob hoc auferri iam susceptum ordinem in quo postmodum inutilitudinem corporis casu pluraliter faciente prolapsus.

Hoc autem non de omnibus membris intelligendum est. Qui vero oculum casu amiserit, licet desit voluntas, tamen sacerdotium adipisci non potest. Unde Pelagius papa scribit Rufino episcopo. Cui non sit prestanda cura sacerdotii cui oculus erutus est.

Si ecclesiastica ammonitio iracundiam nec usque ad iram fuerit prosilire permittit, ne si racha fratri suo aliquis dixerit reus sit gehenne ignis, qualiter putamus pena plectendum esse, qui non solum pugno impie percussit in levitici ordinis hominem ministerio deservientem, sed quia non sufficeret ad cedendum manus, ita instigante se diabolo raptus est ad iracundiam, ut fuste non solum percuteret sed etiam erueret oculum fratris. Et quanto huius excessus gravior est, pena plectendus. Unde tamen fraternitas tua faciat ab officio eum presbiterii removeri.

Hoc tamen sollicitudinis tue sit, ut locum penitentie constituas et in aliquo eum monasterio retrudas, laica tamen communione concessa. In loco autem illius alium te necesse est ordinare presbiterum.

[illegible gloss]

Nam illi cui erutus est oculus non possunt iuxta canones sacerdotium tradi. Neque enim aliquid ei prodesse potest quod oculum invitus amisit, cum nec volens quisquam oculum amisisse credendus est. Nec sacratissimos canones aliquo casu in amissione oculi ei quod adipiscendum sacerdotium non prohibentur, sive excepisse regulis inveniuntur. Sed hoc utrumque ad prohibitionem fecisse videntur, ut qui caret oculo sacerdotii officium adipisci non possit. Sed nec illi ullatenus qui in compensatione iniurie sacrationis ordo concedi poterit, quia ad iniuriam sacerdotem ponitur proprium iracundiam provocare, ut ille et officium in quo erat amitteret, et iste professionis sui perderet facultatem.

Presbyterorum filii ad sacra officia non sunt admittendi. Unde Urbanus papa II. ait: **Filii presbiterorum a sacris ordinibus removeantur.**

Presbyterorum filios a sacris ministeriis removemus, nisi aut in cenobiis aut in canonicis religiose probati fuerint conversari. § Sed hoc intelligendum est de illis qui paterne incontinentie imitatores fuerint. Ceterum si mores honestas eos commendabiles fecerit, exemplis et auctoritate non solum sacerdotes, sed etiam summi sacerdotes fieri possunt. Felix enim tercius natione Romanus ex patre Felice presbitero fuit. Item Gelasius natione Afer ex patre Valerio episcopo natus est. Agapitus natione Romanus ex patre Gordiano episcopo originem duxit. Quamplures etiam alii inveniuntur qui de sacerdotibus nati apostolice sedi prefuerunt. Unde Augustinus ait: **Vicia parentum filiis non imputantur.**

Undecumque homines nascuntur, si parentum vicia non sectantur, honesti et salvi erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine Dei creatura est, et eo male utentibus male erit, non ipsum aliquando malum erit. Sicut autem boni filii adulterorum nulla est defensio, sic mali filii coniugatorum nullum crimen nuptiarum est. Item Iohannes Crisostomus super Matheum omelia iii. **De eodem.**

Numquam de vitiis erubescamus parentum, sed unum illud querimus, semper amplectamur virtutem, videlicet. Quoniam non tamen si alienigena habeat matrem, et si fornicatione pollutam vel quolibet huiusmodi dedecore sordidatam, nichil mali ex eius aut vilitate fuscabitur, aut etiam inde polluetur, quia si fornicatorem ipsum ad meliora conversum nequaquam prior vita commaculat.

Multo magis ex meretrice natus et adultera, si propria virtute decoretur, parentum suorum non decoloratur obprobriis. Item: Non est enim ex ordine, non de virtute, non de vicio parentum aut laudandus aliquis aut culpandus. Nemo enim hic aut obscurus aut clarus est, immo et ut considerantius aliquid dicam ac expressius, nescio quomodo ille magis resplendet, qui ex parentibus quidem virtutibus prorsus alienis, ipse tamen fuit Dei virtutibus admirabilis.

Item Ieronimus in epistola contra Ruffinum. **Non parentum sed propria culpa quemque condempnat.**

Nasci de adulterio non est eius culpa qui nascitur, sed illius qui generat. Quomodo in seminibus non peccat terra que confovet, non semen quod in sulcis iacitur, non humor et calor quibus temperata frumenta in germen pullulant, sed abigeus fur et latro qui fraude et vi eripit semina, sic genus humanum recipit terra, id est vulva, quod suum est, et receptum confovet, et confotum corporat, corporatum in membra distinguit, et inter illas sacri ventris angustias Dei manus semper operatur, idemque corporis creator et anime est. Noli despicere bonitatem ac voluntatem figuli, qui te plasmavit et fecit ut voluit. Ipse est Dei virtus et Dei sapientia, qui in utero virginis se edificavit domum. Iepte inter sanctos viros apostoli voce numeratur, meretricis est filius. Esau de Rebecca et Ysaac hispidus tam mente quam corpore quasi bonum triticum in lolium avenasque degenerat, quia non in seminibus, sed in voluntate nascentis causa viciorum est atque virtutum. Item Augustinus. **Iniquitates parentum filiis obesse non possunt.**

Sponsus qui vocaturus erat ad nuptias bonos et malos, congruens invitatis nasci et voluit de bonis et malis, quo exemplo discant parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. Item Gregorius. **Non aliena culpa sed propria aliquis ab eo quo fungitur gradu deicitur.**

Satis perversum et contra ecclesiasticam probatur esse censuram, ut fratris quorundam voluptatibus commodis suis quislibet privetur, quem sua culpa vel factum ab officio et gradu quo fungitur non deicit.

Item Ieronimus. **Ex adulterio natus a sacerdotio non prohibetur.**

Dominus noster Ihesus Christus voluit non solum de alienigenis, sed etiam de adulterinis commixtionibus nasci, nobis

[illegible gloss]

.brö.

.brö.

fiduciam magnam p̃stans. ut quilibet quocumque modo nascatur tantum ut eius uestigia imitetur ab ipsius corpore non separetur. et per fidem membra effecti sunt. et sic ille uerus est pontifex. et ex adulteriis natus et meretricibus. ita quilibet quocumque ordine natus sit aliquis tantum ut fidem perfectam habeat et quod fide tenet operibus impleat. sic quod legitimitatis et uir unius uxoris neque quis a sacerdotio repellatur. Iudas namque patriarcha concubuit cum thamar nurus sua et ex illo coitu nati sunt zaram et phares. Inde postea salmon qui fuit dux in deserto. inde obeth. inde quoque booz. inde postea ysai. qui fuit pater dauid. Ex illa autem progenie origo ducitur christi qui uerus sacerdos est. Ideoque si filii eius sumus quod ipse fecit debemus imitari. Item aug. de unico bapt. li. primo.

A populo dei non separat aliquem materna conditio sed propria culpa.

Ismael ut separetur a populo dei non obfuit ancilla mater sed obfuit fraterna discordia. nec profuit potestas uxoris cuius filius magis erat. quia per ipsius uiam coniugalia. et in ancilla seminatus erat. et ex ancilla susceptus. Contra autem bonefacius martyr regi anglorum.

Vitium parentum ad posteros transit.

Diuulgatum est nobis in francia quod gens anglorum sicut per istas prouincias et italia improperatur. et ab ipsis paganis improperium nobis obicitur. spretis legalibus coniubiis adulterando et luxuriando ad instar sodomitice gentis fedam uitam ducere. de tali commixtione meretricum extimandum est. degeneres populos et ignobiles et furentes libidine fore procreandos. et ad extremum uniuersam plebem ad deteriora et ignobiliora uergentem et nouissime nec bello seculari fortem nec in fide stabilem. nec honorabilem hominibus nec deo amabilem esse uenturam. Sicut aliis gentibus hyspanie et prouincie burgundionum populis contigit quod sic a deo recedentes fornicate sunt. donec iudex talium criminum ultrices penas per ignorantias legis dei et per sarracenos uenire et seuire permiserit. De eodem.

Vnde urbanus papa ecce in fine superioris capituli distinguendo subiungit.

Si religiosi inuenti fuerint filii presbyterorum sacerdotium ordinentur.

Nisi autem in cenobiis aut in canonicis religiose probati fuerint. quamsancti filii sacerdotum non admittantur ad clerum. Item alexander papa iii. De eodem.

Apostolica uobis auctoritate precipimus. ut si eum qui ab ecclesia electus est. alioquin digniorem esse canonica quod eius electione probaueritis. non obstante auctoritate concessa. Nam pro eo quod filius sacerdotis dicitur. si cetere uirtutes in eum conueniant. non retineatis sed suffraganeis nostris conniuendo recipimus eum.

Hoc autem quod de filiis sacerdotum legitur. ex dispensatione ecclesie uidetur introductum. et quod ex dispensatione introducitur ad consequentiam regule trahi non potest. Vnde urbanus papa scribit bartholomeo turonensi archiepiscopo. Filii sacerdotum non prohibentur ab episcopatu si cetere uirtutes

Cenomanensem electum inueniatur.

Pro eo quod filius sacerdotis dicitur. Si cetere uirtutes in eum conuenerint non retineatis sed suffraganeis nostris patienter sustinentibus non tamen ut per regulam in posterum assumatur. sed ad tempus esse pro loco consultum.

Vnde et ex sacerdotibus nati in summos pontifices supra leguntur esse promoti. non sunt intelligendi de fornicatione. sed de legitimis coniugiis nati. que sacerdotibus ante prohibitionem ubique licita erant. et in orientali ecclesia usque hodie eis licere probantur. Quod autem uicium originis filium imputari negatur. uidetur esse contrarium illi sententie. Adulterorum filii sunt abhominatio deo. et sicut dictum est supra de filiis presbyterorum. ita et de filiis adulterorum intelligendum esse uidetur. ut illi dicantur esse abhominatio domino. ad quos paterna flagitia hereditaria successione descendunt. Similiter illud urbani intelligendum est. quod ipse scribit petro legionensi episcopo. De eodem.

Quia simpliciter ad sedem apostolicam ueniens humiliter peccatum confessus es. quod uidebatur pontificii tui officium impedire. uidelicet quod non ex matre legitima procreatus sis. quam uiuente propria uxore prius cognouisse cognosceris. nos apostolice sedis mansuetudinis gratia ammonente a tenis quod sacerdotum impediunt criminibus tam tua professione quam testimonio

fratrum que tecum sunt, in numerum te cognosceret, et uitam tuam religiosam audientes, ab hoc te peccati uinculo absolutum in suscepto sacerdotali officio confirmamus.

Item. Qui in egritudine constitutus baptizatur, presbiter ordinari non debet. Unde in Neocesariensi concilio legitur:

Non ordinetur presbiter qui in egritudine constitutus baptizatur.

Si quis in egritudine constitutus fuerit baptizatus, presbiter ordinari non debet. Non enim fides illius uoluntaria est, sed ex necessitate est, nisi forte postea ipsius studium et fides probabilis fuerit, aut hominum raritas cogerit.

Item. Ex monachali turba nullus assumatur ad ecclesiasticum officium, nisi fuerit oblatus uoluntate proprii abbatis. Unde Gregorius scribit:

Monachus non ordinetur clericus nisi uoluntate abbatis episcopo fuerit oblatus.

Ad ecclesiasticum uero officium nullus ex monasterio producatur monachus, nisi quem abbas loci ammonitus propria uoluntate obtulerit episcopo. Item ex concilio Carthaginensi V.

Si quis de alterius monasterio De eodem. deuictum repertum uel ad clericatum promouere uoluerit, uel in suo monasterio maiorem monasterii constituere, episcopus qui hoc fecerit a ceterorum communione se uinctus sue tantummodo plebis communione contentus sit, et ille neque clericus neque prepositus perseueret.

Item qui ecclesiasticis disciplinis imbutus non est, et tempore approbationis discussus non est, ad summum sacerdotium prouehi non possunt. Unde Zozimus papa ait.

Non aspiret ad summum sacerdotium qui ecclesiasticis disciplinis non est imbutus.

Qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus nec temporis approbatione diuinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesie sacerdotium aspirare debet, et non solum in eo ambitio inefficax habeatur, uerum etiam ordinatores eius careant eo ordine quem contra precepta patrum crediderunt presumendum. Item Urbanus papa.

Ad sacerdotale officium nullus nisi per singulos gradus probatus accedat.

Si officia secularia principalem locum non uestibulum actionis ingressis, sed per singulos gradus examinatis deferuntur, quis tam arrogans, tam impudens inuenitur, qui in celesti militia que propensius ponderanda est, et sicut aurum repertis ignibus exploranda est, statim dux esse desideret, cum tiro ante non fuerit, et prius uelit docere quam discere.

Assuescat in diuinis castris in lectoris primitus gradu diuini rudimenta seruitii, nec illi uilescat exorcista, acolitus, subdiaconus, diaconus per ordinem fieri, nec hoc saltu, sed statutis maiorum ordinatione temporibus. Iam uero ad presbiterii fastigium talis accedat, ut et nomen etatis impleat, et meritum probitatis stipendia ante acta testentur. Iure summi pontificis locum iure suspirare debebit. Facit hoc nimia remissio sacerdotum nostrorum, qui pompam multitudinis querunt, et putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis adquiri. Hinc passim uitiosa popularitas talium et in hiis locis ubi sollicitudo reperitur, dum parrochias extendi cupiunt, aut quibus aliud prestare non possunt, diuinos ordines largiuntur. Quod oportet districti esse semper iudicii. Rarum namque est omne quod magnum est.

Item Gregorius. Cuilibet uita laicus ad summum sacerdotium non aspiret.

Hoc ad nos noscat peruenisse, quod nimis dissimili dignum est detestatione compleri, quod quidam desiderio honoris inflammati, defunctis episcopis tonsorantur, et fiunt repente ex laicis sacerdotes. Atque inutiliter unde religiosi propositi ducatum arripiunt, qui nec esse milites adhuc didicerunt. Quid putamus? quid isti subiectis prestaturi sunt, qui antequam discipulatus limen attingant, tenere locum magisterii non formidant? Qua de re necesse est ut etiamsi inculpata quisque sit uita, ante tamen per distincta ecclesiastici ordinis se exerceat officia. Item Celestinus papa episcopis Gallorum.

Non aspiret ad summum sacerdotium qui disciplinis ecclesiasticis non est imbutus.

Ordinatos uero quosdam fratres karissimi episcopos qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tante dignitatis fastigium fuerint constituti, esse contra patrum decreta hac usurpatione, qui se hoc fecisse recognoscit, didicimus. Cum ad episcopatum quoque hiis gradibus quibus frequentissime cautum est debeat perueniri, ut in minoribus initiati officiis ad maiora firmentur. Debet enim ante esse discipulus quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere quod didicerit. Omnis uite institutio ad id quod tendit se ratione confirmat. Ordo qui minime laicis optam dedit, preceptor esse non potest laicus, qui non per singula stipendia cucurrit ad meritum stipendii ordinem non potest peruenire.

[illegible]

D. LX

Solum sacerdotium et ista rogo uult, et tu facili tribuis cum difficili impleatur.

Ecce ex parte ostensum est qui possunt ad sacerdotium promoueri et qui non. Nunc autem considerandum est ex quibus ordinibus in archipresbiterum uel prepositum uel episcopum uel archiepiscopum sint eligendi. De his ita statutum est in concilio Urbani pape celebrato apud Amalfiam. Decanus uel archipresbiter uel archidiaconus non nisi presbiter aut diaconus ordinetur.

Nullus episcopus in ecclesia sua nisi diaconum siue presbiterum archidiaconum instituere, nec archipresbiterum aut decanum nisi presbiterum sint ordinare presumat. Quod ut districtius teneatur, apostolica auctoritate prohibemus et interdicimus. Item Calixtus papa. Nullus in prepositum uel archiepiscopum uel archipresbiterum nisi presbiter uel diaconus.

Nullus in prepositum, nullus in ordinetur archiepiscopum uel in archipresbiterum, nullus in decanum nisi presbiter uel diaconus, nullus in archidiaconum nisi diaconus ordinetur. Item Innocentius papa II. De eodem.

Innouamus autem et precipimus ut nullus in archidiaconum uel decanum nisi diaconus uel presbiter ordinetur. Archidiaconi uero uel decani uel prepositi qui infra ordines prenotatos existunt, si inobedientes ordinari contempserint, honore suscepto priuentur. Prohibemus autem ne adolescentibus uel infra sacros ordines constitutis, sed qui prudentia uel merito uite clarescant, predicti concedantur honores. Cum enim pro parte quorundam statutum est quod nonnulli preponuntur qui excepta hora officium recipiunt nolentes fieri sacerdotes. Alias autem manifestum est quod in episcopum possit eligi qui in subdiaconatu constituitur, iuxta illud Urbani pape. Nullus eligatur in episcopum nisi in sacris ordinibus constitutus.

Nullus in episcopum eligatur nisi in sacris ordinibus et religiose uiuens fuerit inuentus. Sacros autem ordines dicimus diaconatum et presbiteratum. Hos siquidem solos primitiua legitur habuisse ecclesia. Subdiacones uero quia et ipsi altaribus ministrant, oportunitate exigente concedimus, si tamen spectate sunt religionis et scientie. Quod tamen non sine romani pontificis uel metropolitani scientia fieri permittimus. Alterum uero ut in episcopum uel archiepiscopum nisi in sacris ordinibus constitutus non eligatur propter dignitatem ordinis statutum est.

Item laici non sunt in episcopum eligendi, sed per singulos ordines prius sunt probandi. Unde Gregorius scribit Brunichilde regine Francorum. Sacerdotes ex laicis non sunt ordinandi.

Sacerdotale officium in uestris partibus in tantum sine ordine, ut dicimus, et ambitione perductum, ut sacerdotes subito, quod nimis graue est, ex laicis ordinentur. Item concilium sub Gregorio papa omnibus episcopis. De eodem.

In sacerdotibus eligendis uel ordinandis cura oportet esse perspicua. Irreprehensibiles namque esse conuenit, quos preesse necesse est corrigendis. Longa debet uitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur ecclesie. Idem. Non negamus esse in laicis beneplacitos Deo mores, sed milites suos probatos esse querere institutio fidelium, discere quisque debet antequam doceat, et exemplum religiose conuersationis de se potius aliis prestare quam sumere. Emendatiorem esse conuenit populo quem necesse est orare pro populo. Longa obseruatione religiosus cultus tradatur ut luceat, et clericalibus officiis erudiendus inseruiat, ut ad uenerandi gradus summam perductus, quis sit fructus humilitatis ostendat. Nec tamen de laicis conuertere inhibemus, sed ne de penitentibus quidem quisque ad huiusmodi gradum prepropera temeritate aspiret. Satis illi sit postulatam ueniam accedi, quam consciencia absoluet reum qui scit se peccata sua populo uelle confessum. Quis enim quem paulo ante iacentem uiderat, ueneretur antistitem, perfectionis memorandi criminis labem? Non habet lucida sacerdotii dignitate. Item Leo papa. Uenerabiles sanctorum patrum, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum censuerunt idoneos sacris administrationibus, quorum omnis etas a puerilibus exordiis usque ad prouectiores annos per disciplinae ecclesiastice stipendia cucurrisset, ut unicuique testimonium prior uita preberet. Nec potest de eius prouectione dubitari, cui per labores multos, per mores castos, per actiones strenuas celsioris loci premium debetur.

Item Innocentius papa. De eodem.

Absurdum est ut fiat magister qui nunquam fuit discipulus, atque summum sacerdotem

D. LXI

[illegible]

fieri. q̄ i nullo gdu unq̄ obsecut⁹ fuiat
sacerdoti. Item leo epc. De eodem.
Miram̄ tm̄ ap nos p ocasione tempis
inpacati. aut ambientiū p̄suptione.
aut tumultū ualuisse ꝑplarem. ut i
dignis quibꝫ ꝗ longe ext̄ sacerdotale
meritū ꝯstitutis: pastorale fastigiū.
et gubnatio eccē crederetur. Non est
enī hoc ꝯsulē ꝑplo. s; noce. nec p̄stare
regimen. s; augere discrimen. Integ
ritas n̄ p̄sidentiū salus ē subditorꝫ.
et ubi ē incolumitas obedientie. ibi
sana ē forma doctrine. Principat⁹
aut̄ ꝗ ceta ꝗ infra. Quod si in quibꝫ
libet eccē gradibꝫ. puident̄ scienterq̄
curandū ē. ut in domo dn̄i nichil
sit inordinatū. nichilq̄ ꝑposterū
q̄nto magis elaborandum ē. ut in
electōe eius qui sup oēs gradus ꝯsti
tuitur. n̄ erretur. Nam totius fami
lie dn̄i status ꝗ ordo nutabit. si q̄ re
quirit̄ in corpe: n̄ inueniatur in ca
pite. ubi ē illa bi apli pauli p spm̄
dei emissa p̄ceptio qua in psona ti
mothei oīum sacerdotū x̄ nūs eru
dit⁹. ꝗ ūū unicuiq̄ nr̄m dr̄. Manus
cito nemini īposuis. neq̄ cōicees pc̄tis
alienis. Q̄d ē cito manꝰ īponē. ꝗ c̄. ꝗ inf̄.
Sic ꝗ boni opis sibi ꝯpat fructum.
qui rectū tenet in eligendo sacdote
iudiciū. ita graui semetipm̄ afficit
dāpnatōe. qui ad sue dignitatis
collegiū sublimat indignū. Non n̄
in cuiusq̄ psona p̄mittendū ē. qđ i
institutis gnālibꝫ ꝯtinet̄. nec putan
dus ē honor ille legitim⁹. q̄ fuit c̄t di
uine legis p̄cepta collat⁹. Quando
patrū bōꝝ uenerabiles sanctōes. cū de
sacerdotū electōe eloquerent̄. eos de
mum sacis ā ministratōibꝫ idoneos
censuerit. quoꝝ oīs etas a puerilibꝫ
exordiis usq̄ ad p̄fectiores annos
p discipline ecclastice stipendia cucurris
set. ut unicuiq̄ testimoniū p̄ore uita
p̄beret. nec posset de eius puectōe dubi
tari. cui p laboribꝫ multis p morib⁹
castis. p actibꝫ strenuis. celsioris loci
p̄mium deberetur. Si n̄ ad honores
mundi. sine suffragio ꝗtis. sine mi
to laboris. indignū ē puenire. ꝗ nota
ri ambit⁹ solent. quos p̄bitatis docu
menta n̄ adiuuant. q̄m diligens ꝗ q̄
prudens habenda est. dispensatio diui

norum munium ꝗ celestiū dignitatum.
It ex ꝯcil̄ laodocensi. Non sc̄ eligendi
ad ep̄atū: nisi quos p̄babilis uita ꝯmen
Epm̄ n̄ opoꝫ p̄ter iudiciū dat. item.
metropolitanoꝝ ꝗ finitimoꝝ ep̄oꝝ
ꝯstitui. ad eccē p̄ncipatū. nec eligant̄
n̄ hi q̄s multa an̄ tempora p̄babilis q̄
uita ꝯmendat. ꝗ iudicatum⁹ s; in ser
mone fidei ꝗ recta rōne p sua ꝯuersa
tōe plura fuit. Itē celestin⁹ pp̄ oibꝫ
orthodoxis. De eodem.
Quid p̄derit p singula stipendia cli
ricos militasse. ꝗ omnē egisse i dn̄i
cis castris etate. si hi q̄ futuri sunt
sacerdotes ex laicis requirantur.
Qui uacantes seclo. ꝗ omnē ecclasticū
ordinē nescientes saltu p̄propero in
alienū honorem ambiunt. immoderata
cupiditate transcendē. ꝗ i aliud uite
genus calcata reuerentia ecclastice di
sciplne tn̄sire. Talibꝫ itaq̄ fratres
kmi necesse ē ut obuiem⁹. hys itaq̄
firmatē terām decetis ꝯmoneri⁹. ne
quis laicū ad clericatus ordinē ad
mittat. et sinat sic unde ꝗ illū decipi
at. ꝗ se casis gerere. ex q̄bꝫ reus ꝯstitu
torꝫ decretalium fiat. Itē leo pp̄. Ru
dibꝫ ꝗ ignaris gubernacula eccē non sūt
Statuimꝰ ne in aliquo committenda.
Saplica ꝗ canonica decreta uolent⁹.
et hys regenda eccā dn̄i credatur.
q̄ legitimarū institutionū nescij.
et totius humilitatis sūt ignari. n̄
ab infimis sume incrementū. s; a
summis uolunt habē p̄ncipium.
ē ualde iniquū sit absurdūq̄ ut
īpiti magris nouī antiquis. rudes
p̄ferant⁹ emitis. His oibꝫ aucto
ritatibꝫ laici phibentur i ep̄atū eligi.
Contra. bs. nicholaus ex laico elec
tus ē in epm̄. Bs ābrosi⁹ cū nondum
eēt baptizat⁹ in archiepm̄ electus ē.
Beatus seuerus ex lanificio as
sumptus est in archiepiscopum.
Sed sacridum ē q̄d ecclastice phi
bitōes ꝑpetuas hn̄t cās quibꝫ cessā
tibꝫ cessant. ꝗ ipse. Ut n̄ laic⁹ in epm̄
n̄ eligeretur hec cā fuit. qr uita laicalis
ecclasticis disciplinis p ordinē n̄ eru
dita nescit exempla religionis se se
p̄stare alijs q̄ n̄ sepa experimento
non didicit. Cum ergo quibꝫ laic⁹
merito sue p̄fectōis clicalē uitam

nisi scenderit. exemplo beati nicholai. ambrosii. et seueri. cuius electio potest rata haberi.

Unde idem beatus ambrosius in epistola ad uercellenses ait. de sexto. Neophitus prohibetur ordinari. ne superbia extollatur. sed si non deest humilitas competens sacerdotio. ubi causa non adheret uicium non imputatur ordinationeque. itaque meam occidentales episcopi iudicio. orientales et exemplo probarunt. Item obiatur illud sardicensis concilii. osius episcopus dixit.

Scolasticus ex foro aut ex amministratione postulari potest episcopus.

Et hoc necessarium arbitror ut diligentissime tractetur. si forte aut diues. aut scolasticus. aut de foro. aut ex amministratione episcopus fuerit postulatus. ut non prius ordinetur nisi ante lectoris munere. et officio diaconi aut presbiteri fuerit perfunctus. et ita per singulos gradus si dignus fuerit ascendat ad culmen episcopatus. Sed aliud est postulari et aliud eligi. postulantur nec eribus curie astrictus ab imperatore. Clericus alterius ciuitatis a suo episcopo. sed non eligitur aliquis nisi in sacris ordinibus constitutus. Fit enim electio cum sollempnitate decreti. omnium subscriptionibus roborati. postulatio uero in simplici petitione. quam distinctionem beatus gregorius innuit. in registro. scribens cuidam episcopo. Electio episcopi debet fieri cum sollempnitate decreti. omnium subscriptionibus roborati.

Episcopus dum fuit postulatus cum sollempnitate decreti omnium subscriptionibus roborati. et dilectionis tue testimonio litterarum ad nos consecrandus occurrat.

Sic beatus ambrosius ante susceptum baptisma ab imperatore est postulatus non electus. Item clerici alterius ecclesie non sunt preferendi in electione hiis qui ibi militant. et in propria ecclesia. Unde celestinus papa. Extranei et inferiores in suis ecclesiis non proponantur.

Nec emeritis in suis ecclesiis peregrini et extranei et qui ante ignoti sunt ad exclusionem eorum qui bene suorum ciuium merentur testimonium preponantur. Item. De eodem.

Nullus inuitis detur episcopus. nunc autem alteri de altera eligatur ecclesia. si de ciuitatis ipsius clero cui est ordinandus nullus qui eueniire non credimus dignus potuit reperiri. Primum enim illi reiciendi sunt. ut aliquid de alienis ecclesiis mino preferantur. Habeat unusquisque fructum sue militie in ecclesia in qua suam per omnia officia transegit etatem. In aliena stipendia minime alter obrepat. nec alii debitam alter sibi audeat uendicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi si se uiderint pregrauari. et quos sibi ingeri ex transuerso uiderint. non timeant refutare. Qui et si non debitum premium liberum de eo qui eos recturus est debent habere iudicium. Item gregorius ciuibus neapolim.

Studii uestri sit et aliud qui De eodem. sapiens sit prouidere. ut si forte petrus quem a uobis electum asseritis huic ordini non uideatur ydoneus. sit aliquis in quo declinari uestra possit electio. nam generale erit clericis illis obprobrium. ut si hic probatus fortasse non fuerit alium se dicant qui eligi debeat non habere. Item gregorius in registro. De eodem.

Obitum uictoris panormitane ciuitatis antistitis directa relatio patefecit. Quapropter uisitationis destitute ecclesie fraternitati tue operam sollempniter delegauimus. et ideo fraternitas tua ad predictam ecclesiam ire properet. et assiduis exhortationibus clerum plebemque eiusdem ecclesie admonere festinet. ut remoto studio uno eodemque consensu talem preficiendum sibi expetant sacerdotem. qui tanto ministerio ualeat dignus reperiri. et a uenerandis canonibus nullatenus respuatur. Commonemus et fraternitatem tuam ut nullum de altera permittas eligi ecclesia. nisi forte inter clericos illius ciuitatis in qua uisitationis impendis officium. nullus ad episcopatum dignus. quod eueniire non credimus potuerit inueniri. prouisurus ante omnia ne ad cuiuslibet conuersationis meritum laice persone aspirare presumant. ne et illi sue uoluntatis effectum non inueniant. et tu periculum ordinis tui quod absit incurras. Monasteria autem si que sunt in ipsius constituta parochia sub tua eam dispositione esse quousque illic prius fuerit ordinatus episcopus et reddimus. Item pelagius papa eucarpo episcopo mesianensi.

Cathenensis ecclesie uisitatio De eodem. ne et iniungimus cui episcopum de hac luce transisse suscepta eius relatione didicimus. Impossibile nobis est ut nos in prouincia illa dumtaxat in siracusanis partibus

aliis cuilibet, causa que ad dominum nostrum pertinet committantur. Nam forte talem personam de se nec in Cathinensi ecclesia eligere voluerint, de cuius conscientia possimus esse securi, ut a te labores istos paululum removere possimus. Vox quod dilectio tua ad supradictam Cathinensium ecclesiam pergat, et hominem de clero, qui nec uxorem habeat nec filios, nec crimen aliquod canonibus inimicum, eligi, cum auxilio Dei compellat atque suadeat, et statim cum eo ad urbem Romam cum decreto et testificatione relationis tue consecrandum transmittere studeat.

Item Gregorius papa Passivo episcopo. **Quod in episcopum eligitur non sit reus criminum que sacre legis morte puniuntur.**

Bene novit fraternitas tua quam longo tempore Aprutium pastoris sit sollicitudine destitutum. Ubi diu quesivimus qui ordinari debuisset, et nequaquam potuimus invenire. Sed quia Oportunus mihi moribus bonis in psalmodie studio et amore orationis valde laudatur, religiosam vitam omnimodo agere dicitur. Hunc volumus ut fraternitas tua ad se faciat pervenire, et de anima sua admonere, quatinus in bonis studiis crescat; et si nulla ei crimina que per legis sacre regulam morte multanda sunt obviant, tunc ordinandus est, ut aut monachus a vobis aut subdiaconus fiat, et post aliquantum temporis, si Deo placuerit, qui ad pastoralem curam debeat promoveri.

Cum autem visitatio iniungitur, nichil de rebus eiusdem ecclesie a quoquam presumi permittatur. Unde Gregorius papa. **Non patiatur a quoquam presumi de rebus ecclesie cui visitator fuerit iniunctus.**

Capuane ecclesie episcopo in Romana civitate posito de hac luce migrante, cure nobis fuit quod universis ecclesiis impendimus fraternitati tue presentia scripta dirigere, ut memorate ecclesie visitator accedas. Sic tamen, ut nichil de provectionibus clericorum, redditum, ornatum, ministeriisque vel quicquid pro tempore in loco esse potuit, a quoquam presumi permittas. Sed omnem vigilantiam atque cautelam circa clerum plebemque eiusdem ecclesie exhibere te convenit, ut in vigiliis obsequioque ecclesiastico sedule ac devote debeant servire.

Breviter monstratum est ex quibus ordinibus in quos gradus sit eligendum. Nunc videndum est a quibus eligendi sint et consecrandi. Electio clericorum est, petitio plebis, assensus principis. Unde Leo papa ait. **Non sunt eligendi in episcopos qui nec a clericis eliguntur, nec a plebibus expetuntur.**

Nulla ratio sinit ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a comprovincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Unde cum sepe questio de male accepto honore nascatur, quis ambigat, nequaquam istis esse tribuendum quod non docetur fuisse collatum? Si qui autem clerici ab istis pseudo episcopis in eorum ecclesiis ordinati sunt, et cetera infra cum simoniacorum. Item Celestinus papa. **Populus non debet preire sed subsequi.**

Docendus est populus, non sequendus. Nosque si nesciunt eos quid liceat quidve non liceat commonere, non his consensum prebere debemus. Quisquis conatus fuit temptare prohibita, semel censuram sedis apostolice minime defugiet. Que nostra sola admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est per severitatem congruentem regulis vindicemus. Per omnes ergo hoc que propriis rectoribus carent ecclesias, volumus innotescere, ut nullum aliquando spe forsitan blanditiis illudat.

Nisi a episcopo canonice electus fuerit consecrari non debet. Unde Calixtus papa. **Non consecretur in episcopum nisi canonice fuerit electus.**

Nullus in episcopum nisi canonice electum consecret. Quod si presumptum fuerit, et consecratus et consecrator absque recuperationis spe deponantur.

Laicus nullo modo se debere inserere electioni. Unde Adrianus papa. **Laici in electionem episcopi vel pontificis se ipsos non inserant.**

Nullus laicorum principum vel potentum semet inserat electioni vel promotioni patriarche, metropolite, vel quibuslibet episcopi, ne videlicet inordinata et incongrua confusio fiat vel contentio, presertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestativorum vel ceterorum laicorum habere conveniat. Et infra. Quisquis secularium principum vel potentum vel alterius dignitatis laicus adversus communem ac consonantem atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere temptaverit, anathema sit, donec obediat et consentiat quod ecclesia de ordinatione ac electione proprii presulis se velle monstraverit. Item ex VIII. sinodo.

De eodem. Hic perinde successorem debere ratum habere quod predecessor statuit.

Adrianus papa II. Nicholaus decessor et dispositor (?) missos suos Donatum Hostiensem episcopum et Stephanum ephesinum episcopum et Marinum diaconem sancte Romane ecclesie ad Basilium

DI. LXIII

imperatorem, et ad filios eius Constantinum et Leonem augustos Constantinopoli direxit. Cum quibus et Anastasius bibliothecarius Romane sedis, utriusque scilicet lingue, grece et latine, peritus, perrexit. Et sinodo congregata, quam octavam universalem sinodum illuc convenientes appellaverunt, exortum scisma de Ignatii depositione et Fotii ordinatione sedaverunt, et Fotium anathematizantes, Ignatium restituerunt. In qua sic statutum est: Promotiones et consecrationes episcoporum, concordans prioribus conciliis, electione ac decreto episcoporum collegio hec sancta et universalis sinodus diffinivit et statuit, atque iure promulgavit, neminem laicorum principum vel potentum semet inserere electioni vel promotioni patriarche vel metropolitani aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc fiat confusio vel contentio, presertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestativorum vel laicorum habere conveniat, sed potius silere ac attendere sibi, usque regulariter a collegio ecclesie suscipiat finem electio futuri pontificis. Si vero quis laicorum ad concertandum et cooperandum invitatur ab ecclesia, licet huiusmodi laico cum reverentia, si forte voluerit, obtemperare se asciscentibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad sue ecclesie salutem promovet clerus.

Item ex hystoria tripartita. *Imperator interesse non debet.*

Valentinianus imperator veniens ab oriente ad Hispanias, precepit, ut refert hystoria ecclesiastica, mortuo Auxentio Arriane perfidie magistro, qui Mediolanensem ecclesiam velut lupus dilaniaverat, cum vellet catholicum ibi ordinare et consecrari episcopum, advocans episcopos hec eis locutus est: Nostis aperte eruditi divinis eloquiis quale oporteat esse pontificem, et quia non decet eum verbo solo, sed et conversatione gubernare subiectos, et totius semetipsum imitatorem virtutis ostendere, testemque doctrine conversationem bonam habere. Talem itaque in pontificali constituite sede, cui et nos qui gubernamus imperium sinceriter capita nostra submittamus, et eius monita, dum tamquam homines deliquerimus, necessario velut curantis medicamina suscipiamus. Hec autem cum dixisset imperator, petiit sinodus ut magis ipse decerneret, sapiens et pius existens. At ille: Super nos, inquit, est talis electio. Vos enim gratia divina potiti et illius splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc sacerdotes egressi de consilii sede tractabant. Cum autem ordinatione divina Ambrosius nundum baptizatus electus fuisset, exultans imperator ait: Gratias ago tibi, Domine omnipotens et Salvator noster, quia huic viro ego quidem commiseram corpora, tu autem animas, et meam sententiam iustificare nunc ostendisti convenire. Cumque sanctus Ambrosius constitueretur, de hiis que acciderant, ut idem ipse in suis epistolis scripsit, confortavit eum imperator et ait: Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper te adiuvabit, et ego adiutor et defensor tuus, ut meum ordinem decet, semper existam.

Item Nicholaus papa Lothario regi. *Apostolica auctoritate non regio favore episcopus est eligendus.*

Porro scias relatum esse nobis, quod quicumque ad episcopatum in regno vestro provehendus est, non nisi faventem te permittas eligi. Idcirco apostolica auctoritate sub divini iudicii obtestatione iniungimus tibi, ut in Treverensi urbe et in Agrippina Colonia nullum eligi patiaris, antequam relatum super hoc nostro fiat apostolatui.

Item ex concilio Parisiacensi. *Non recipiatur a comprovincialibus qui regia ordinatione episcopale culmen adipiscitur.*

Si per ordinationem regiam honoris istius culmen pervadere aliquis nimia temeritate presumpserit, a comprovincialibus ipsius loci episcopis recipi nullatenus mereatur, quem vere indebite ordinatum agnoscunt. Si quis de comprovincialibus recipere eum contra interdicta presumpserit, sit a fratribus omnibus segregatus, et ab eorum omnium caritate submotus.

Item ex concilio Laudicensi. *De eodem.*

Non est permittendum turbis electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promovendi.

Item ex sancta actione VI. sinodi. CCC. L. episcoporum. *Irrita sit electio episcopi vel presbiteri a principibus facta.*

Omnis electio episcopi vel presbiteri aut diaconi a principibus facta irrita maneat. s.

regulam que dicit: Si quis episcopus secularibus potestatibus usus ecclesiam per ipsas obtinuerit, deponatur, et segregentur omnes ab ecclesia, qui illi communicant. Item ex concilio Martini pape. **Non eligantur a populo qui sunt promovendi ad clericatum.**

Non liceat populo electionem eorum facere, qui ad sacerdotium promoventur, sed in iudicio episcoporum sit, ut ipsi eum probent, si in sermone et fide et spirituali vita edoctus sit.

His omnibus auctoritatibus laici excluduntur ab electione sacerdotum, atque iniungitur eis necessitas obediendi, non libertas imperandi. Quod vero scribit beatus Gregorius Iohanni episcopo prime Iustiniane, illicite. **Voluntas principis in ordinatione pontificis desideratur.**

Omnia que suscepta. Fratrum atque coepiscoporum relatio ad locum vestrum sacerdotium vestri electio communi consensu et serenissimi principis voluntate declarat accersiri. Gratias salvatori nostro magna cum exultatione retulimus. Nos quoque in persona fraternitatis vestre per omnia consentimus, atque omnipotentem Deum deprecamur, ut cum te venerandum sic sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat.

Item Gregorius Iohanni subdiacono. **Clerus et populus pontificis electioni intersit.**

Quanto apostolica sedes auctoritate cunctis prelata constat ecclesiis, tanto inter multiplices curas, et illa nos valde sollicitat, ubi ad consecrandum antistitem nostrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio ecclesie Mediolanensis episcopo, sua nobis relatione clerus innotuit in electione se filii nostri Constantii diaconi sui unanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio, ne quid quod ad cautelam pertinet obmittamus, idcirco huius precepti auctoritate suffultum te Genuam proficisci necesse est. Et quia illic multi Mediolanensium coacti barbarica feritate consistunt, eorum te voluntates oportet convocatis eis in commune perscrutari. Et si nulla eos diversitas ab electionis unitate discriminat,

Si quidem in predicto filio nostro Constantio omnium voluntates atque consensum perdurare cognoscis, Tunc eum a propriis episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostre auctoritatis consensu solatiante Domino facias consecrari, quatinus huiusmodi servata consuetudine et apostolica sedes proprium vigorem retineat, et a se concessa aliis iura non minuat. Item Gelasius papa Philippo et Geruntio episcopis. **In electione episcopi populus esse debet.**

Plebs Diectrensis data nobis petitione deflevit, diu se sine rectoris proprii gubernatione dispergi, ac sic asseritur, is qui a nobis iam probatus dicitur, a paucis et venalibus privatim electus est. Ad nos pertineat universos assidua ammonitione compellere, ut omnes in unum, quem dignum sacerdotio viderint, sine aliqua reprehensione consentiant. Et ideo fratres karissimi diversos ex omnibus supradicti loci parrochiis presbiteros, diacones et universam turbam vos oportet sepius convocare, quatinus non pretium cuique liberum, sed concordantibus animis talem vestris ammonitionibus sibi querant, quem sola divinitatis auctoritate personam, quam nulla cupiditas a constitutis possit revocare prescriptis.

Item Stephanus episcopus servus servorum Dei Romano archiepiscopo Ravennati. **De eodem.**

Nosse fraternitatem tuam voluimus ad nostras aures fore perventum, Imolensem episcopum de hac luce migrasse, in cuius successoris electione populi divisionem pervenisse audivimus. Quod quia sepe contingere solet, querentibus singulis que sua sunt non que Iesu Christi est, non adeo miramur. Veruntamen in hac tuam plenitudinem adhiberi oportet sollicitudinem, ut convocato clero et populo talis ibi eligatur per Dei misericordiam, cui sacri canones non obviant. Sacerdotum quippe est electio, et fidelis populi consensus adhibendus est, quia docendus est populus, non sequendus.

Item Nicholaus papa Iohanni Ravennati archiepiscopo. **De eodem.**

Episcopus per consiliarium non consecretur, sed post electionem cleri et populi. Item Gelasius papa Celliano episcopo Grumentino. **De eodem.**

Litteras caritatis tue suscepimus, quibus significas Iannuarium diaconum tuum ad episcopatum ecclesie Marcellianensis a clero et ab omnibus, qui illic convenerunt, postulari. Hec itaque dilectio, ut si eum omnes eligunt, et nos eum concedere gratum nobis esse cognoscat, et si potest ante sanctum diem pasche festinet occurrere, ut vel sabbato ipsius noctis magne post baptismum cum Dei gratia valeat ordinari.

Item Laurentio episcopo Centumcellensi. **Sacerdos principis ordinandis est necessaria.**

Principali devotissimorum militum via. Parum qui illic in civitate Centumcellensi consistunt relatione ad nos directa

sac̄ insinuau̅t. se clem̄tissimū p̄ncipis i̅petrasse. q̄ eas p̄b̄rm diaconū et subdiaconū fi debe p̄cepit. Jdō hor tam̄r dilectione tuā. ut q̄lis p̄sonas uideas. ⁊ diligent̄ req̄ras. ne aliquid ꝯ canones ꝯmisissent. ⁊ si eas inculpabiles rep̄is ⁊ uite eoꝝ testimonīū laudabile audis. uenien̄te mediana ebdomada pasche si dn̄s noluit. ⁊ si uixeritis: tamenq̄. eos per officia q̄ predixim̄us promouere n̄ differas.

It̄ leo pp̄. iiij. lothario ⁊ lodoico augustis. Papa rogat augustos ut rauennam eccl̄iā electo dignet̄ ꝯcede.

Rauenna eccl̄a q̄ p tot tēpoꝝ ual'. Rauennoꝝ sp̄ūtia pastoralib; curis destituta ꝯsistit. dignū ē ut brachio amplitudinis u̅re subleuet̄. at gubernatōis regimine p̄regant̄. Vn̄ salutatōis alloquio p̄missō uestrā mansuetudinē dep̄camur. quatinū colono humili diacono. eandē eccl̄am ad regendum ꝯcedē dignemini. ut u̅ra licentia accepta ibidē cū deo iuuante ꝯsecrare ualeam̄ ep̄m. Sin autem in p̄dcā eccl̄a noluitis ut p̄ficiat̄ ep̄c aufculanā eccl̄am q̄ uiduata existit. illi u̅ra serenitas dignet̄ ꝯcede. ut ꝯsecratus a n̄ro p̄sulatu deo omnipotenti utroq; impio grates p̄agē ualeat.

Item. ꝑe comitisse. Regio p̄cepto colonus rauenne eccl̄e ab ap̄lico ordiat̄ ep̄c.

Nobis dn̄s impator ⁊ f̄ nr̄ p suas ep̄las direxerat. ut colonū in rauenna eccl̄a q̄ pastoris offo per longa iam tp̄a destituta uidebatur. ep̄m facē debem̄us sicut ⁊ fecimus.

It̄ steph's. guidoni comiti. Impatoris ep̄la i elect̄ois ꝯfirmatione desideratur.

Lectis sagacitatis u̅re apicib; q̄ defuncto eccl̄e rauenne antistite clerū ⁊ plebē eius sō elegisse eō. suffīn antistitē ⁊ a nob' ꝯsecrandū n̄ro studio direxisti. et ne ip̄a eccl̄a diu sine ꝓprio alt' pastore fuerbantur. Nos de obitu p̄oris dolentes n̄c ip̄m electū unanimitate ⁊ canonica ip̄i eccl̄ie electōe ut mandastis tam citissime ordinare omisim̄. q. impialē nob' ut mos ē absolutōis minime detulit ep̄lam. p q̄ s̄. re ambiguum ē nob'. Jdeo uoluntati u̅re in h̄ parere distulim̄ ne augustalis animus

Indignatione mota ꝯcitet̄ in nos. Sz scientes dn̄i eccl̄am sin̄ ꝓprio diu pastore n̄ debē ꝯsistē glē u̅re mandam̄. qm̄ nos aliagē n̄ debuim̄. ut u̅ra sollertia ip̄i ali ut p̄sca ꝯsuetudo dictat p̄p̄tā licentia ⁊ nob' q̄. admodū nos scire nos credim̄. impatoria directa ep̄la. ut uo lūtā u̅re de h̄ p̄ebim̄ eundēq; electū. domino adiuuante ꝯsecrabimus. Od' lime fili moleste nullo m̄ accipias.

It̄ leo. pp̄. Clicoꝝ ⁊ ciuiū uoluntate metropolitanus est ordinandus.

Metropolitano defuncto cū in loco ei' alius fuit subrogand' p̄uinciales ep̄i ad ciuitatē metropolim ꝯuenire debent. ut oīum clicoꝝ atq; ciuium uoluntate discussa ex p̄b̄ris eiusdē eccl̄e l' ex diaconib; optim' ordinetur.

It̄ ysidoꝝ in ii. offoꝝ. Cū clero ⁊ p̄plo archip̄b̄ri fiat electio.

Si in plebib; archip̄b̄ri obierint. aut p aliquo c̄rimine eiecti fuerint. archidiaconi q̄. totius p̄ficiscat̄ illuc. ⁊ cū clicis ⁊ ip̄s ip̄ius plebis electōem faciat. q̄tinus dignus pastor domui dei ꝯstituat̄. et dn̄i ordinet̄ cuius prudentia ip̄a plebs custodiatur.

It̄ ex gestis romanoꝝ pontificū. Electus in romanū pontificem non ordinetur nisi ꝓ impatori p̄ius represente decretū.

Agatho natōe siculus. cuius legatiōe fungens io'hes ep̄c portuensis dn̄ico die octaua pasche in eccl̄a scē sophie publicas missas corā p̄ncipe ⁊ p̄iarcha latine celebrauit. hic suscepit diualē. i. regiā ep̄lam. s' suā postulationē. p q̄. reuelata ē q̄ntitas que solita erat dari p ordinatōe pontificis facienda. sic tn̄ si pontificis ꝯtingit post eius transitū electionē fi n̄ debeat ordinari q̄ electus fuit. nisi p̄ius decretū gn̄ale introducat̄. in regiam urbem. s' antiq̄ ꝯsuetudinē. ut cum coꝝum conscientia et iussione debeat ordinatio prosperari.

It̄. Satellian' natōe ligensis direxit responsales suos cū sinodica iuxta ꝯsuetudinē in regiam urbē apud pijssimos p̄ncipes significans de ordinatōe sua.

It̄ ex hystoria eccl̄astica. Impator uis habeat eligendi ep̄m.

Adrian' pp̄. romam uenire Carolū regē ad defendendas res eccl̄e

[illegible]

postulauit. Carolus uero romam ueniens papiam obsedit. ibique relicto exercitu in sancta resurrectione ab adriano papa rome honorifice susceptus est. Post sanctam uero resurrectionem reuersus papiam cepit desiderium regem. deinde romam reuersus constituit ibi sinodum cum adriano papa in patriarchio lateranensi in ecclesia sancti saluatoris. que sinodus celebrata est a cliij. episcopis religiosis et abbatibus. Adrianus autem papa cum uniuersa sinodo tradiderunt carolo ius et potestatem eligendi pontificem et ordinandi apostolicam sedem. dignitatemque patriciatus ei concesserunt. Insuper archiepiscopos et episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere diffiniuit. et ut nisi a rege laudetur et inuestiatur episcopus a nemine consecretur. et quicumque contra hoc decretum ageret anathematis uinculo eum innodauit. et nisi resipisceret bona eius publicari precepit. Item leo papa. Electio romani pontificis ad ius pertinet romani imperatoris.

In sinodo congregata rome in ecclesia sancti saluatoris. ad exemplum beati adriani apostolice sedis antistitis qui domino carolo uictoriosissimo regi francorum ac longobardorum patriciatus dignitatem ac ordinationem apostolice sedis et inuestituram episcoporum concessit. Ego quoque leo seruus seruorum dei episcopus cum cuncto clero ac romano populo constituimus confirmamus et corroboramus et per nostram apostolicam auctoritatem concedimus atque largimur domino ottoni primo regi teutonicorum eiusque successoribus huius regni italie in perpetuum sibi facultatem eligendi successorem. atque summe sedis apostolice pontificem ordinandi. ac per hoc archiepiscopos seu episcopos ut ipsi ab eo inuestituram accipiant. et consecrationem. Unde debent. exceptis hiis quos imperator pontificibus et archiepiscopis concessit. et nemo deinceps cuiuscumque dignitatis uel religionis eligendi uel patricium uel pontificem summe sedis apostolice aut quemcumque episcopum ordinandi habeat facultatem. absque consensu ipsius imperatoris. quod tamen fiat absque omni pecunia. et ut ipse sit patricius et rex. quod si a clero et a populo quis eligatur episcopus nisi a supradicto rege inuestiatur et laudetur non consecretur. Si quis contra hanc regulam et apostolicam auctoritatem aliquid molitur. hunc excommunicationi subiacere decreuimus. et nisi resipuerit irreuocabili exilio puniri. uel ultimis suppliciis feriri. Item Gregorius. Precepto principum maximo committitur qui absque apostolica auctoritate ordinatur.

Salonitane ciuitatis episcopus me ac responsale meo nesciente ordinatus est. et facta est res que sub nullis anterioribus principibus euenit. Quod ego audiens ad eundem preuaricatorem qui inordinate ordinatus est protinus misi. ut omnino missarum sollempnia celebrare nullo modo presumeret. nisi prius a serenissimis dominis cognoscerem. si hoc fieri ipsi iussissent. quod ei sub excommunicationis interpositione mandaui. Qui spreto me atque despecto in audacia quorundam sceleratorum hominum quibus denudata sua ecclesie premia multa prebere dicitur. nunc usque missas facere presumit. atque ad me uenire secundum iussionem dominorum noluit. Ego autem preceptioni pietatis eorum obediens eidem maximo. qui me nesciente ordinatus est. hoc quod in ordinatione sua me uel responsalem meum pretermittere presumpsit. ita ex corde relaxaui ac si me auctore fuerit ordinatus. Alia uero peruersa illius scilicet mala corporalia que cognoui. uel quia est pecuniis electus. uel quod excommunicatus missas facere presumpsit. pro deo inrequisita preterire non possum. et si ad me dum distulit peruenire. excommunicatione in eo districtionem canonicam nullo modo cessabo. Item ex concilio toletano. In episcoporum electione principis desideratur assensus.

Cum longe lateque diffuso tractu terrarum commeantium impedit celeritas nunciorum. quo aut nequeat regalibus auditibus decedentium presulum transitus notificari. aut de successione morientis episcopi libera principis electio expectari non potest. nascitur sepe tam nostro ordini de relatione talium difficultas. quam regie potestati dum consulimus interna pro subrogandis pontificibus sustinetur iniuriosa necessitas. unde placuit omnibus pontificibus hyspanie atque gallie. ut saluo priuilegio uniuscuiusque prouincie licitum maneat deinceps toletano pontifici quoscumque regalis potestas elegerit. et iam dicti toletani episcopi iudicium dignos esse probauerit. in quibuslibet prouinciis in precedentium sedibus

[illegible]

preficere presules, et decedentibus episcopis eligere successores. Ita tamen, ut quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationem suam tempus infra trium mensium spatium metropolitani presentia usurus accedat.

Electiones summorum pontificum atque aliorum inferiorum pluribus quondam imperatoribus representabantur, sicut de electione beati Ambrosii et beati Gregorii legitur. Quibus exemplis et premissis auctoritatibus liquido colligitur, laicos non esse excludendos ab electione, neque principes esse reiciendos ab ordinatione ecclesiarum. Sed quod populus atque princeps iubetur electioni interesse, non precipitur advocari ad electionem faciendam, sed ad consensum electioni adhibendum. Sacerdotum enim, ut in fine superioris capituli Stephanus papa loquitur, est electio, et fidelis populi est humiliter consentire. Desiderium ergo plebis requiritur, an clericorum electioni concordet. Tunc enim in ecclesia Dei rite preficitur antistes, cum populus pariter in eum acclamaverit, quem clerus communi voto elegerit. Unde Celestinus papa ait: Plebs non est eligere, sed electioni consentire.

Cleri plebisque consensus et desiderium requiritur. Item Leo papa. De eodem.

Vota civium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum in ordinationibus sacerdotum constituantur. Et infra: Per pacem et quietem sacerdotes qui futuri sunt postulentur. Teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis consensus plebisque.

Principibus vero atque imperatoribus electiones Romanorum pontificum atque aliorum episcoporum referendas usus et constitutio tradidit. Pro scismaticorum atque hereticorum dissensionibus, quibus nonnumquam ecclesia Dei concussa periclitabatur, contra quos legibus fidelissimorum imperatorum frequenter ecclesia munita legitur. Representabantur igitur electiones catholicorum principibus, ut eorum auctoritatibus roborate nullus hereticorum vel scismaticorum auderet contraire. Et ut ipsi principes tamquam devotissimi filii in eum consentirent, quem sibi in patrem eligi viderent, et ei in omnibus suffragatores existerent. Sicut Valentinianus dicitur Ambrosio dixisse: Noli timere, quia Deus qui te elegit semper te adiuvabit, et ego adiutor tuus et defensor, ut meo ordini decet, semper existam. Unde Stephanus papa statuit dicens:

Presentibus legatis imperatoris ordinetur pontifex Romanus.

Quia sancta Romana ecclesia, cui Deo auctore presidemus, a plurimis patitur violentias pontifice obeunte, que ob hoc inferuntur, quia absque imperiali notitia pontificis fit consecratio, nec canonico ritu et consuetudine ab imperatore directi intersunt nuncii, qui scandala fieri vetent: volumus, ut cum instituendus est pontifex, convenientibus episcopis et universo clero eligatur, presente senatu et populo qui ordinandus est; et sic electus ab omnibus presentibus legatis imperialibus consecretur. Nullusque sine periculo sui iuramenta vel promissiones aliquas nova adinventione audeat extorquere, nisi que antiqua exigit consuetudo, ne vel ecclesia scandalizetur, vel imperialis honorificentia minuatur.

Verum quia imperatores quandoque modum suum ignorantes, non in numero consentientium, sed primi distribuentium, immo exterminantium esse voluerunt; frequenter etiam in hereticorum perfidiam prolapsi catholice matris ecclesie unitatem impugnare conati sunt; et ideo sanctorum statuta patrum adversus eos prodierunt, ut semet electioni non insererent, et quisquis eorum suffragio ecclesiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur. Sicut scriptura quoque divina dicit: Quod postquam Ezechias dissipavit excelsa, et contrivit statuas, et succidit lucos, confregit quoque serpentem eneum quem fecit Moyses, eo quod illum serpentem Deus fieri iusserat, ne serpentina morte populus interiret, ideo ipse populus colere et venerari eum ceperat; et ideo destruxit ille, quem iubente Deo fecerat Moyses. Ac per hoc magna auctoritas ista habenda est in ecclesia, ut si nonnulli ex predecessoribus et maioribus nostris fecerunt aliqua, que illo tempore potuerunt esse sine culpa, et postea vertuntur in errorem et superstitionem, sine tarditate aliqua et cum magna auctoritate a posteris destruantur.

Postremo presentibus legatis imperatoris et inconsultis electores Romanorum pontificum leguntur celebrate, et tandem imperatores religioso mentis affectu prefatis privilegiis renuntiaverunt. [illegible]

P

ist' dominatione consentientes. Unde Gregorius IIII. scribit. In consultis legatis imperatoris Adrianus ad pontificatum eligitur.

Cum Adrianus papa III. ad Romanum pontificatum ab ecclesia Dei genitricis que dicitur ad presepe traheretur ad Lateranense patriarchium, e raptus a populo et a clero, et a patribus deportatus est. Quod audientes missi Lodoici imperatoris moleste tulerunt, indignati scilicet quod dum presentes essent non fuerat mutatum, nec obtata a se fuisset presul electio, intendere meruerunt. Quibus accepta ratione quod non causa contemptus augusti hoc fuisset temporis prefectum, sed omissum fuerat ne videlicet legatos principum in electione Romanorum presulum mos expectandi per huiusmodi fomitem molesceret, omnem indignationem medullitus sedaverunt, et ad salutandum electum et ipsi humiliter accesserunt. Item pactum constitutionis imperatoris Lodoici cum Romanis pontificibus. Electio Romani pontificis a Lodoico Romanis conceditur.

Ego Lodoicus Romanorum imperator augustus statuo et concedo per hoc pactum confirmationis nostre tibi beato Petro apostolorum principi, et per te vicario tuo domino Paschali summo pontifici et successoribus eius in perpetuum, sicut a predecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate et dicione tenuistis et disposuistis, Romanam civitatem cum ducatu suo et suburbanis atque viculis suis omnibus et territoriis eius montanis atque maritimis litoribus et portubus seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis ac villis Tuscie partibus. Idem. Quando divina vocatione huius sacratissime sedis pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex regno nostro aut Francus aut Longobardus aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus licentiam habeat contra Romanos aut publice aut privatim veniendi aut electionem faciendi; nullusque in civitatibus aut in territoriis ad ecclesie beati Petri apostoli potestatem pertinentibus aliquod malum propter hoc facere presumat. Sed liceat Romanis cum omni veneratione et sine qualibet perturbatione honorificam suo pontifici exhibere sepulturam, et eum quem divina inspiratione et beati Petri apostoli intercessione omnes Romani uno consilio atque concordia sine aliqua promissione ad pontificatus ordinem elegerint, sine aliqua ambiguitate vel contradictione more canonico consecrari. Et dum consecratus fuerit, legati ad nos vel ad successores nostros reges Francorum dirigantur, qui inter nos et illum amicitiam et caritatem ac pacem socient. Item Leo IIII. Lothario et Lodoico Augustis. Electio et consecratio Romani pontificis non nisi iuste et canonice fieri debet.

Inter nos et vos pacti serie statutum et confirmatum est, quod electio et consecratio futuri Romani pontificis non nisi iuste et canonice fieri debeat. Item. Ab imperatore vel nuntiis eius electioni Romani pontificis nullum generetur obstaculum.

Constitutio domini Henrici obstaculum et domini Othonis et Romanis pontificibus. Ut nullus missorum nostrorum cuiuscumque impeditionis argumentum in electione Romani pontificis componere audeat, omnino prohibemus. Item. In electione Romanorum pontificum.

Neque liber neque servus ad hoc venire presumat, ut illis Romanis quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum patrum antiqua admisit consuetudo, ut aliquod faciat impedimentum. Quod si quis contra hanc nostram constitutionem presumpserit, exilio tradatur. Item ex constitutione Othonis. Iuramentum Ottonis quod domino Iohanni fecit.

Tibi domino pape Iohanni ego rex Otho promittere et iurare facio per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et per hoc lignum vivifice crucis, et per has reliquias sanctorum, quod si permittente Domino Romam venero, sanctam Romanam ecclesiam et te rectorem ipsius exaltabo secundum meum posse, et numquam vitam aut membra neque ipsum honorem quem habes mea voluntate aut meo consilio aut mea exhortatione perdes; et in Romana urbe nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus que ad te aut ad Romanos pertinent sine tuo consilio; et quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem venerit, tibi reddam. Cuicumque regnum Italicum commisero, iurare faciam illum, ut adiutor tuus sit ad defendendam terram sancti Petri secundum suum posse. Item ex primo libro capitulorum Karoli et Lodoici imperatorum. Liberum sit clero et populo de propria diocesi eligere episcopum.

Sacrorum canonum non ignari, ut in Dei nomine sancta ecclesia suo liberius potiatur honore, assensum ordini

dum ecclesiastico prebent. ut scilicet episcopi per electionem cleri et populi et secundum statuta canonum de propria diocesi, remota personarum et munerum acceptione, ob vite meritum et sapientie donum eligantur, ut exemplo et verbo subiectis usquequaque proficere valeant.

Ex his constitutionibus et pacto Lodowici imperatoris deprehenditur imperatores illis renunciasse privilegiis, que de electione summi pontificis Adrianus papa Carolo imperatori, et ad imitationem eius Leo papa Othoni primo regi Teutonicorum fecerat. Cum ergo ex premissis auctoritatibus clericis tribuatur electio, laicis vero tantummodo consensus, queritur, quorum sit ipsa electio, an clericorum maioris ecclesie tantum, an et aliorum religiosorum qui in eadem civitate fuerint. Sed sicut in breviatione canonum Fulgentii Carthaginiensis ecclesie diaconi invenitur, ex VII. concilio Niceno et in Gangrensi concilio statutum est, ut ad eligendum episcopum sufficiat ecclesie maioris arbitrium.

Nunc autem sicut electio summi pontificis non a cardinalibus tantum, immo etiam ab aliis religiosis clericis auctoritate Nicolai pape est facienda, ita et episcoporum electio non a canonicis tantum, sed etiam ab aliis religiosis clericis, sicut in generali sinodo Innocentii pape Rome habita constitutum est. Unde ait:

Absque religiosorum virorum consilio canonici ecclesie maioris episcopum non eligant.

Obeuntibus sane episcopis, quoniam ultra tres menses vacare ecclesias prohibent sanctorum patrum sanctiones, sub anathematis vinculo interdicimus, ne canonici de sede episcopali ab electione episcoporum excludant religiosos viros, sed eorum consilio honestam et idoneam personam in episcopum eligant. Quod si exclusis religiosis electio facta fuerit, quod absque eorum consensu et conniventia factum fuerit, irritum habeatur et vacuum.

Nunc ergo queritur, si vota eligentium in duas se diviserint partes, quis eorum sit preferendus alteri. De his itaque scribit Leo papa.

Cum vota eligentium in duas se diviserint partes, quis sit preferendus alteri.

Si forte, quod nec reprehensibile nec irreligiosum iudicamus, vota eligentium in duas se diviserint partes, is metropolitani iudicio alteri preferatur, qui maioribus iuvatur studiis et meritis, ut nullus detur invitis et non petentibus, ne civitas episcopum non optatum contempnat aut oderit.

LXIIII

Nunc considerandum est a quibus vel quot episcopis sacri ordines sint distribuendi, vel quibus in locis patriarche, primates, archiepiscopi, episcopi, corepiscopi et reliqui sacerdotes sint ordinandi. A quibus ordinentur episcopi, in Niceno concilio statutum est, in quo sic legitur:

Ab omnibus comprovincialibus episcopi non ordinentur.

Episcopi ab omnibus qui sunt in provincia sua debent ordinari. Si vero hoc difficile fuerit vel urgente necessitate vel itineris longitudine, tres episcopi debent in unum congregari, ita ut ceterorum qui absentes sunt consensum litteris teneant. Potestas vel confirmatio pertinebit per singulas provincias ad metropolitanum episcopum. Item Anacletus papa.

De eodem.

Ordinationes episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus qui in eadem provincia sunt episcopis sunt celebrande. Quod si omnes simul minime convenire poterunt, assensum tamen suis prebeant apicibus, ut ab ipsa ordinatione animo non desint. Item Anicetus papa.

Ceteris absentibus a tribus comprovincialibus episcopi ordinentur.

Comprovinciales episcopi si necesse fuerit, ceteris consencientibus, a tribus episcopis vel suo archiepiscopo consecrari possunt. Item Innocentius papa.

Non ordinetur episcopus extra conscientiam metropolitani.

Extra conscientiam metropolitani nullus audeat episcopum ordinare. Integrum vero est iudicium quod plurimorum sententiis confirmatur. Nec unus episcopus presumat ordinare episcopum, ne furtivum beneficium prestitum videatur. Hoc et sinodus Nicena constituit atque constituendo diffinivit. Item Gelasius papa universis episcopis constitutis per Dardaniam.

Episcopus a suo metropolitano, qui a papa et ipse ab eis ordinetur.

Quibus illicitas non pudet quosdam contra vitam perturbare ac privilegia, que metropolitanis vel comprovincialibus episcopis debentur antiquitus, temeraria presumptione pervadere, pro quo et communionis apostolice desiderant tenere discidium, quod scilicet ab eius auctoritate divisi vel proprie presumptionis usurpationes exerceant, non respicientes ex eo iudicationem, non de catholice sinceritatis iniuria, non de traditionum preiudicio perpetratum non sine pena sit dampnationis

initium reducatur. Si in hac obstinatione permanserint, caritatem nostram duximus instruendam. Ut vos omnes in commune fratres per Dardaniam sive per contigua quaeque provinciae constituti, quos sub metropolitanis unius esse meministis, et ab eisdem constitui decrevimus, sic veteris consuetudinis depositum unanimiter studeatis antistites, ut excessum si metropolitanus humanae conditionis sorte decesserit, a comprovincialibus episcopis sic forma transmittitur sacrari omnibus modis censeatis. Neque sibi quemquam quod nobis antiquitus dispositione concessum est patiamini vendicare. Quin et inter ipsas adulandi voluntati per illas regulas veterum nullatenus custodire censeatis. Sic plerumque episcopi dum sacros patres fecisse nostros constat non dubium est.

Item ex concilio Martini papae. De eodem.

Episcopum oportet maxime quidem ab omni concilio constitui. Quod si hoc aut per necessitatem aut per longinquitatem itineris difficile fuerit, ex omnibus tres colligantur, et omnium presentium vel absentium subscriptiones teneantur, et sic postea consecratio fiat. Huius autem rei potestas in omni provincia ad metropolitanum pertinet episcopum. Item ex concilio Niceno. Non erit episcopus qui preter metropolitani conscientiam fuit.

Illud generaliter clarum est quod, ordinatus si quis preter conscientiam metropolitani fuerit episcopus, hunc magna synodus diffinivit episcopum esse non oportere.

Cum provincialium episcoporum universalis desideratur consensus in ordinatione episcopi, quod si aliqui animositate ducti contradicere voluerint, obtineat sententia plurimorum. Unde in Niceno concilio. Si communi assensu omnibus ordinatoribus episcoporum duo vel tres contradicant, obtineat sententia plurimorum.

Sane si communi omnium consensu rationabili probato secundum ecclesiasticam regulam duo vel tres animositate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia sacerdotum. Item ex concilio Martini papae. De eodem.

Non debet ordinari episcopus absque concilio et presentia metropolitani episcopi. Decet autem oportere omnes qui sunt in provincia sacerdotes, quos per suam debet epistolam metropolitanus convocare. Et quidem si omnes occurrant, bonum est.

Si vero autem hoc difficile fuerit, plurimos occurrere oportebit. Qui autem non convenerint, presentiam suam per epistolas faciant, et sic omnium facto consensu ordinationem episcopi fieri oportet. Si autem aliter preter quod a nobis terminatum est factum fuerit, talem ordinationem nichil prevalere decrevimus. Si autem secundum canones ordinatio episcopi facta fuerit, et aliquis cum sua malitia in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtinebit. Item ex concilio Anthioceno. De eodem.

Episcopus non est ordinandus sine concilio et presentia metropolitani. Cum melius erit si ex omni provincia congregentur episcopi. Quod si non poterit, hii qui adesse non possunt per suas litteras consensum suum de ipso consignent, et ita demum pluriorum sive per presentiam sive per litteras consensu consona sententia ordinetur. Quod si aliter quam statutum est fiat, nichil valere huiusmodi ordinationem. Si non secundum diffinitas regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui propter proprias et domesticas simultates, hiis temporibus sententia de eodem obtineat pluriorum.

Si autem provinciam primatem hic astiterint, nec etiam metropolitano absque eius conscientia episcopum consecrare licebit. Unde Leo papa urbis Romae Anastasio episcopo. Absque primatis conscientia metropolitanus episcopus non ordinetur.

De persona autem consecrandi episcopi et de cleri plebisque consensu metropolitanus episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in provincia bene placuit scire te faciat, ut ordinationem rite celebrandam tua quoque firmet auctoritas. Quae rectis dispositionibus nichil morae aut difficultatis debebit afferre, ne gregibus domini diu desit cura pastoris. Item ex concilio Carthaginensi iii. De eodem.

Placuit omnibus ut in concilio primate pro singulis provinciae tam facile ne primo presumatur, licet cum multis in quoque loco sit eius ut decretum est. Precepto episcopum ordinare. Si autem necessitas fuerit, tres episcopi in quocumque loco sint, cum primatis precepto ordinare debent episcopum. Item ex Niceno concilio. Unicuique ecclesie proprius honor servetur.

Mos antiquus perduret in Egipto vel Libia vel Pentapolim, ut Alexandrinus episcopus omnium horum habeat potestatem. Quoniam

·lxiiii·

quidem romano et episcopo parilis mox est. Similiter autem et apud Anthiochiam ceterasque provincias honor suus unicuique servetur ecclesie. Item ex eodem. De eodem.

Quia mos antiquus obtinuit et vetusta traditio, ut Helie, id est Ierosolimorum episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem, manente tamen metropolitane civitatis propria dignitate. Qui vero a provincialibus fuerit sine metropolitani licentia fuerit ordinatus, infra statuta eius tempora representet se conspectibus. Unde in tertio concilio legitur: Quisquis in metropolitana civitate episcopus non fuerit ordinatus, postquam susceperit benedictionem per metropolitani litteras honore fuerit episcopatus adeptus, id oportunum esse decrevimus, ut postmodum statuto tempore, id est impleto duobus mensibus, se metropolitani sui presentet aspectibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis instructus plenius quid observare debeat recognoscat. Quod si forte hoc implere neglexerit, in sinodo in conspectu a fratribus corrigatur. Et si forte aliqua infirmitate ne hoc impleat fuerit impeditus, hoc suis litteris indicare metropolitano procuret.

His auctoritatibus datur intelligi, quod episcopi a comprovincialibus suis debent ordinari. Sed queritur, si in provincia fuerint plurimi episcopi, et contigerit forte unum remanere episcopum, quid fieri debeat. Ille quia solus est ordinare non potest episcopum, et provinciales non habet, cum quibus episcopum ordinare vel consecrare valeat. Cum ergo talis necessitas fuerit, quid faciendum sit, in Sardicensi concilio diffinitur, in quo sic statutum legitur: Si unus tantum in provincia remanserit episcopus, ad consecrationem episcopi de vicina provincia episcopos convocet.

Si forte in provincia unum contigerit remanere episcopum, superstes episcopus convocet episcopos vicine provincie, et cum eis ordinet sibi comprovinciales episcopos. Quod si facere neglexerit, populi conveniant episcopos vicine provincie, et illi prius conveniant episcopum qui in eadem provincia commoratur, et ostendant quod populi petant sibi rectorem, et docent iustum esse ut veniat ipse et cum eis ordinet episcopum. Si litteris conventus etiam tacuit et dissimulavit nichilque rescripserit, tunc satisfaciendum est populis, ut veniant ex vicina provincia episcopi, et episcopum ordinent.

Archiepiscopus autem ab omnibus sue provincie episcopis debet ordinari. Unde Anacletus papa ait: Ab omnibus suffraganeis suis archiepiscopus ordinetur.

Archiepiscopus ab omnibus sue provincie ordinetur episcopis. Hoc autem quod de archiepiscopi consecratione preceptum est, ut omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus licet immutari, quia ille qui preest ab omnibus episcopis quibus preest debet consecrari. Si vero aliter presumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita erit secta ordinatio archiepiscopi. De episcopis non ordinandis a paucioribus quam a tribus episcopis Sebastiano Anacletus papa dicens:

Porro Ierosolimitanorum primus archiepiscopus beatus Iacobus, qui iustus dicebatur et secundum carnem frater domini nuncupatus, a Petro et Iacobo et Iohanne apostolis est ordinatus, successoribus eorum videlicet dantibus formam, ut minus quam a tribus episcopis, reliquis quoque omnibus assensum prebentibus, nullatenus episcopus ordinetur, et communi voto ordinatio celebretur.

Presbiteri vero et corepiscopi ab uno episcopo ordinari possunt. Unde idem Anacletus. Sacerdotes ab uno possunt ordinari episcopo.

Reliqui sacerdotes a proprio ordinentur episcopo, ita ut cives et alii sacerdotes assensum prebeant et ieiunantes ordinationem celebrent. Similiter et diaconi ordinentur. Ceterorum autem graduum distributori trium vel veterum testimonium episcopis ad probationem sufficere potest. Item in Hispalensi concilio legitur: Episcopus sacerdotibus ac ministris solus De eodem. honorem dare potest, solus auferre non potest.

Queritur de illis qui ordinantur ab eis quos non constat fuisse episcopos, an sint iterum consecrandi an non. Quod vero consecrandi non sint, probatur auctoritate Gregorii, qui scribens Iohanni episcopo Ravennati ait: Semel consecratus episcopus iterum consecrari non debet.

Sicut semel baptizatus iterum baptizari non debet, sic et semel consecratus iterum consecrari non potest. Siquis cum levi culpa ad sacerdotium venit, pro culpa penitentia debet indici, et tamen ordo servetur. Ecce idem Gregorius testatur scribens cuidam episcopo.

D. LXVI

D. LXVI

LXVIII

De presbiteris qui ordinantur ab eis quos constat non fuisse episcopos.

Presbiteri vero quos repperisti si incogniti penitus fuerint utrum illi qui ordinaverunt eos dubium est eos episcopos fuisse an non: qui eos ordinaverunt si bone actionis viri et catholici sunt ipsi presbiteri et in ministerio Christi omni que sancta lege eruditi, ab episcopo suo benedictionem presbiteratus accipiant et consecrentur, et sic ministerio sacro fungantur.

Quod gregorius scribit in eodem ordine iterum consecrari prohibet: de eo intelligendum est qui consecratus est ab illo qui etiam erat ius consecrandi habens. Qui autem consecratur ab illo quem constat ius consecrandi non habere vel habuisse: iterum consecrandus est. quia si ille ius consecrandi non habuit, iste ex olei effusione nichil consecrationis accepit. et quia in ipso ordine consecratus non erat. nunc quasi primum ad consecrationem veniens ab episcopo sacerdotalem benedictionem et consecrationem consequitur. Si autem ius consecrandi habuit, in prima unctione consecratus est consecratione. in secunda vero non reiteratur consecratio, sed sola unctio. sicut de quo dubium est, an sit baptizatus an non debeat baptizari. Qui si prius baptizatus non fuerat consequitur gratiam baptismi. Si autem baptizatus erat nichil accepit in secunda unctione. nec pertinet hoc ad reiterationem baptismi. sed ad cautelam salutis. hoc idem de ecclesiis consecratis similiter observandum est. Unde in niceno concilio. Non debent iterum consecrari ecclesie semel consecrate.

De ecclesiis que deo consecrate sunt non debet iterum consecratio adhiberi. nisi aut igne exuste, aut sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine pollute fuerint. quia sicut infans a qualicumque sacerdote in nomine patris et filii et spiritus sancti semel baptizatus non debet iterum baptizari. ita nec locus deo dicatus iterum consecrandus est, nisi propter eas causas quas superius nominavimus. si tamen fidem sancte trinitatis tenuerunt. qui eum consecraverunt.

Inter episcopos autem et corepiscopos hec differentia est. quia episcopi non nisi in civitatibus. corepiscopi in vicis ordinari possunt. Episcopi formatas tribuunt. corepiscopi non nisi commendaticias et pacificas dare valent. Episcopi ius consecrandi habent. corepiscopi tantum minores ordines tribuunt. leviticam autem et sacerdotalem benedictionem prestare non valent.

De his itaque scribit beatus leo episcopus omnibus episcopis et presbiteris. In quibus corepiscopi ab episcopis differant.

Quamvis corepiscopis et presbiteris plurima cum episcopis in ministeriorum communis sit dispensatio. quedam tamen sibi prohibita noverint. sicut est presbiterorum et diaconorum et virginum consecratio. constitutio altaris. ac benedictio vel unctio. Siquidem nec erigere altaria. nec ecclesias consecrare eis licitum est. nec per impositionem manuum fidelibus baptizandis vel conversis. vel hereticis paraclitum spiritum sanctum tradere. nec crisma conficere. nec crismate baptizatorum frontes signare. nec publice quidem in missa quemquam penitentem reconciliare. nec formatas cuilibet epistolas mittere. Quamvis quamque consecrationem habeant. pontificatus tamen apicem non habent.

Hec vero propter insolentiam suam quia episcoporum officia sibi usurpabant. ab omnibus hodie prohibita sunt. Unde damasus papa ait.

Ordo corepiscoporum a sancta sede reprobatur.

Corepiscopi tamen ab hac sancta sede quam ab episcopis totius orbis sunt prohibiti. Nimis enim eorum institutio improba est et prava. quia ut de summo sacerdotii ministerio aliquid presumant, omni auctoritate carent. nam non amplius quam duos ordines inter discipulos domini esse cognovimus. id est xii. apostolorum et lxx. duorum discipulorum. Unde iste tercius processerit ignoramus. et quod ratione caret. extirpare necesse est.

Quod autem episcopi non sunt qui nisi a tribus sunt ordinati. episcopis omnibus patet prohibitum esse a sanctis patribus ut qui vel ab uno vel a duobus sunt ordinati episcopis: non nominentur episcopi. Si nomen non habent quomodo officium habebunt. Item urbanus papa.

Apostolorum in ecclesia episcopi tenent locum.

Quorum vices in ecclesia episcopi habeant. et quis eis hanc dignitatem dare debeat. sanctus augustinus ostendit inquiens. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. presbiteri sunt apostoli. pro apostolis nati sunt filii. constituti sunt episcopi. Hodie enim episcopi qui sunt per totum mundum. Unde nati sunt. ipsa ecclesia patres illos appellat. ipsa illos genuit. et ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non te ergo putes desertum quia non vides paulum. quia non vides petrum. quia non vides illos per quos nata es. de prole tua creuit tibi paternitas. pro patribus tuis nati sunt tibi filii constitues eos principes super omnem terram. filios genuit ecclesia. constituit eos pro patribus suis principes super omnem terram.

D. LXIX

Tonsura vero clericatus de manu abbatis suscipi potest. Sed et eidem abbati manus impositio ab episcopo facta monstratur. Unde in VII. synodo legitur: Abbates quibus ab episcopo manus imponitur aliquos tonsurare possunt.

Quoniam videmus multos sine impositione manus a puerili etate tonsuram clericatus accipientes, nondum que ab episcopo manus impositione percepta, super ambonem irregulariter in collecta legentes, precipimus amodo id minime fieri. Id ipsum quoque observandum est et inter monachos. Lectoris autem manus impositionem licentia est unicuique abbati in proprio monasterio solummodo faciendi, si dumtaxat eidem abbati manus impositio facta noscatur ab episcopo secundum morem preficiendorum abbatum, dum constet illum esse presbiterum. Similiter et secundum antiquam consuetudinem corepiscopos precepto oportet episcopi promovere lectores.

Item ex concilio Laudicensi. Non exorcizent qui ab episcopis provecti non sunt.

Non oportet eos exorcizare aliquos qui nec dum ab episcopis sunt provecti, neque in ecclesiis neque in domibus.

D. LXX

Ab episcopis alterius civitatis clericus ordinari non potest, nec etiam a proprio absolute ordinandus est. Absoluta autem ordinatio Calcedonensi concilio prohibetur, et vacua habetur manus impositio precipitur, in quo statutum sic est: Nullus absolute ordinandus est.

Neminem absolute ordinari oportet presbiterum vel diaconum, nec quemlibet in ordinatione ecclesiastica constitutum, nisi in ecclesia manifeste sit civitatis vel possessionis aut in martirio aut in monasterio hic qui ordinatur, mereatur ordinationis publicate vocabulum. Eos autem qui absolute ordinantur decrevit sancta sinodus vacuam habere manus impositionem, et nullum tale factum valere ad iniuriam ipsius qui ordinavit.

Item ex concilio Urbani pape habito Placentie. Irrita sit ordinatio sine titulo facta.

Sanctorum canonum statutis consona sancientes decernimus, ut sine titulo facta ordinatio irrita habeatur, et in qua ecclesia quilibet titulatus est, in ea perpetuo perseveret. Omnino autem in duabus aliquem titulari non liceat. Sed unusquisque in qua titulatus est, in ea tantum canonicus habeatur. Licet autem episcopi dispositione unius diversis preesse possit ecclesiis, canonicus tamen prebendarius non nisi unius esse ecclesie in qua conscriptus est esse debet. Si que tamen sunt capelle que suis redditibus clericos suos sustentare non possunt, earum cura ac dispositio proposito maioris ecclesie cui capelle subdite videntur immineat, et tam de possessionibus quam de ecclesiasticis capellarum officiis ipse provideat.

In eodem etiam concilio antiquis nove prefationibus decima addita est que ita habet:

Equum et salutare, et te in veneratione vel assumptione beate virginis Marie collaudare, benedicere et predicare, que et unigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit et virginitatis gloria permanente huic mundo lumen eternum effudit Ihesum Christum dominum nostrum.

D. LXXI

De clericis vero non ordinandis ab episcopo alterius civitatis in Sardicensi concilio statutum est, in quo Ianuarius episcopus legitur dixisse: Clericus ab episcopo alterius civitatis non ordinetur.

Illud quoque statuat sanctitas vestra, ut nulli episcopo liceat alterius civitatis ecclesiasticum sollicitare, et in sua diocesi clericum ordinare, quia ex his contentionibus solent nasci discordie, et ideo prohibeat omnium sententia, ne quis hoc audeat facere. Osius episcopus dixit: Et hoc universi statuimus, ut quicumque ex alia parrochia voluerit alienum ministrum sine consensu sui episcopi et sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio eius.

Item Innocentius papa. De eodem.

De aliena ecclesia ordinare clericum nullus presumat, nisi eius presbiter exoratus concedere voluerit.

Item ex Niceno concilio. Qui sine consensu episcopi ordinatur, irrita sit ei ordinatio.

Si quis ausus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet in ecclesia ordinare, cum non habeat consensum illius episcopi a quo recessit clericus, irrita sit huiusmodi ordinatio.

Item ex concilio Calcedonensi. Clericus unius ecclesie in aliam non ordinetur.

Clericos in singulis ecclesiis constitutos non liceat, sicut iam diffinivimus, in alterius civitatis ecclesiis ordinari, sed quiescant in ea in qua ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis qui proprias civitates perdiderunt et ex necessitate ad alias ecclesias migraverunt. Si vero quicumque episcopus post diffinitionem istam ad alium episcopum per-

nente clericum susceperit. Placuit huic sinodo sancte et hunc qui suscepit et eum qui susceptus est tam diu excommunicatos manere quamdiu ipse clericus redeat ad propriam ecclesiam. Item Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Apostolica permissione unius ecclesie clericus in aliam ualeat ordinari.

Fraternitatem uestram a nobis repetisse recolimus, ut gratia nostra esse Bonifacium diaconem tue accederet ecclesie ordinandum, et quem nec episcopum tuum debeat obstinandare propria hec ecclesia hoste scilicet prohibente, quo suum debeat ministerium exhibere, petitionem uestram non prudimus differendam. Idcirco scriptis tibi presentibus tuam necessario duximus concedendum, ut habituri sis licentiam illum diaconem nostra auctoritate interueniente ecclesie tue deo propicio constituere cardinalem. Item ex concilio Carthaginensi .ii. Sine litteris sui episcopi in aliqua ecclesia clericus non suscipiatur.

Primatus episcopus Begesesilitanus dixit: Suggero sanctitati uestre ut statuatis non licere alienum clericum ab aliquo suscipi sine litteris episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum ordinet sine conscientia eius episcopi de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit: Hec observantia pacem custodit. Nam et memini in sanctissimo concilio Sardicensi similiter statutum, ut nemo alterius plebis hominem usurpet. Sed si forte erit necessarius, petat a collega suo, et per consensum episcopi sui habeat. Item ex concilio Calcedonensi. Sine litteris commendaticiis clericus extra suam ecclesiam [...] non ministret.

Extraneo clerico et lectori extra ciuitatem suam sine commendaticiis litteris proprii episcopi nusquam penitus liceat ministrare. Item ex sermone sancti Augustini ad populum. De eodem.

Exortamur karitatem uestram ut iuxta maiorum canonum statuta in ecclesiis a nobis fundatis aliunde ueniens presbyter non suscipiatur, nisi a uestro fuerit episcopo ecclesie consecratus, aut ab eo per commendaticias litteras suscipiatur. Item ex concilio Antiocheno. Absque formata peregrini clerici non suscipiantur.

Nullum absque formata, quam nos greci epistolam dicimus, peregrinorum clericorum suscipi oportet. Commissorias uero litteras non nisi rogatus episcopus ab eo qui illum querit tribuat, sicut statutum est in synodo habita Rome. Nisi eodem petente dimissorie littere nulli prestentur.

Episcopus subiecto sibi sacerdoti uel alii clerico non ab ipso postulatus dimissorias non faciat, ne omnis quasi perdita aut errans inueniatur. Item ex concilio Carthaginensi tertio. De eodem.

Clericum alienum non concedente eius episcopo nemo audeat uel retinere uel promouere in ecclesia sibi commissa. Clericorum autem nomen et lectores et psalmiste et hostiarii retinent. Item ex concilio Milleuitano. In una ecclesia ordinatus in alia non suscipiatur.

Placuit ut quicumque in ecclesia uel semel legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

Qualiter uero commendaticia seu dimissoria seu formata epistola facienda sit, uidendum est. Debent namque littere grece in eadem epistola imponi, et non sine causa. Greca namque elementa litterarum numeros etiam exprimere nullus qui uel tenuiter grecis sermonis noticiam habet ignorat. Ne igitur in faciendis canonicis epistolis, quas mos latinus formatas uocat, aliqua fraus falsitatis temere presumeretur, hoc a patribus ccc. xviii. Nicenae congregatis saluberrime inuentum est et constitutum, ut formate epistole hanc calculationis uel supputationis habeant rationem, id est ut assumantur in supputatione prima greca elementa patris et filii et spiritus sancti, hoc est n. s. y. a. Que elementa octogenarium, quadringentesimum et primum significant numeros. Petri quoque apostoli prima littera, id est π, qui numerus octoginta significat. Eius qui scribit epistolam prima littera, cui scribitur secunda, accipientis tertia, ciuitatis quoque de qua scribitur quarta, et indictionis quecumque est ad id temporis, id est qui fuerit numerus assumatur. Atque his omnibus litteris grecis que ut diximus numerum exprimunt in unum ductis, unam quecumque collecta fuerit summam epistola teneat. Hanc qui accipit omni cautela requirat expressam. Addat preterea separatim in epistola et nonagenarium et nonum numerum, qui secundum greca elementa a. 2. c. h. significant. Exemplar formate epistole que in Nicena synodo a sanctis patribus facta est.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Waltio Spirensi episcopo ego Brocardus sancte Wormaciensis ecclesie deuotus gregis Christi famulus in Deo uere summe felicitatis benedictionem.

D. LXXIII

[illegible]

Qm̄ sc̄a catholica ecc̄a p̄mpta sit. sc̄ilicet ro
mana. eu̅ngelica q̄ dicitur. q̄ recipit
ap̄l̄m in noīe ap̄l̄i: mercedē ap̄l̄i acci
piet. ⁊ q̄ recipit iustū ī noīe iusti: mer
cedem iusti accipiet. Et ap̄l's iubeat hos
p̄italitatē sectari. ⁊ ī necessitatib; in
tor sc̄or cōmunicare. tamen q̄ eos q̄
cautelam hīt cōtinentiā. dicentes se
eē simplices. cū sint astucia diaboli
ca repleti. ⁊ p ope pietatis dicunt se
debē de loco ad locū transire. c̄ sint
fugitiui sua malicia facientē. ⁊ di
cunt se sacro ministerio insertos eēē
ñ sint. Statutū ē a sc̄is p̄rib; nemi
nem cl̄icū alienū ⁊ ignotū recipi: ab
aliquo ep̄o. ⁊ inthronizari in sua ecc̄a
nisi hēat a suo ep̄o litt̄as que ī cano
nib; noīant̄ formate. Ideo notum
facim̄ fr̄nitati ur̄e. q̄ p̄sens frat̄ nr̄
harū litt̄arū portitor noīe hermann̄
ñ p nequitia sua expulsus est: a nob.
s; postulantib; frīb; eo q̄d ex famili
a nr̄a fuit ⁊ nr̄ baptizatus fecim̄ ei
libertatē canonice receptā: eorum alta
re. ⁊ ordinauim̄ eū ad grad̄ p̄b̄rij.
eū ē has dimissorias siue cōmendati
cias litt̄as fecim̄ ⁊ eū ad ur̄ām fra
ternitatē dirigim̄: ut in ur̄a p̄rochia
sub sacro ur̄o regimine ⁊ defensiōe
cōsistē ualeat. Ego inq̄. brocard̄ hu
milis ep̄c in noīe p̄ris ⁊ fil' ⁊ s. sc̄i.
et in unitate sc̄e ecc̄e in q̄ petro datū
ē ius ligandi atq; soluendi. absoluo.
h̄mannū p̄b̄rm de ciuitate Warma
ciensi indictōe. x. ⁊ licentiā do uob̄
inthronizandi eū in q̄cūq; uultis
ecc̄am p̄rochie ur̄e. Hanc ergo
ep̄l̄am gr̄s litt̄is hicīn munire decrēui
m̄ ⁊ anulo nr̄e ecc̄e cōfirmare cēsuim̄.
fr̄nitatē ur̄ā; x̄ nob̄ incolumē cōseruet.

.r.y̅.a.u.s.e.v.W.x.a.x.c.n.ŋ.x.c.

Data Warmacie idib; marcij. anno dn̄i
ce incarnatōis millesīo. ñ. mīserij indīc x.

Incipit ep̄l̄a formata. a. ccc. xviii. ep̄is.
et ab ablatib; constantinopolitane

Scissimo in x̄ fr̄i urbis ep̄iscopo ecc̄ai.
S. sūma dulcedine caritatis āplectendo
a. illi ciuitatis ep̄c. y. illi ecc̄e p̄sul p̄e
ne bīnidinis obsequiū optat ī x̄p̄o
salutē. y. e. v. ccc. dd. v. Decētō nouit
sc̄a fr̄nitas ur̄a. q. iste cl̄icus. B. noīe
in ur̄a p̄rochia instruct̄. ac deuotus p
mitatē ur̄ām rogauit: q̄tin illi cōm

dāticias litt̄as cōscribēm̄. quib; ur̄e
celsitudini cōmēdatus. sub auctione
ur̄i regiminis degē possit. Cui uolū
tati cōsentientes sc̄ōs auctoritatē ca
nonicā litt̄as dimissorias ei dedim̄.
ut sub ur̄o magistio diuine seruitu
ti insistens. sue deseruiat utilitati. et
uob̄ licentiā tribuim̄. ut si dignū eū
indicau'itis: ad sacros ordines p̄mo
ueatis. Cōmendam̄ ergo eum ur̄e sul
cipite. ⁊ nr̄is ex parib; absolutū: in
nūero ouiū nūmo custodite. Quas
litt̄as ut rigore ur̄itatis firmare. a
uob̄ indubitant̄ suscipiant̄. litt̄is
grecis ut canonica docet auctoritas
cōfirmare satagim̄. Sc̄a trinitas ur̄ā
bītudinē ad regimen sc̄e sue ecc̄e p
p̄etualit̄ bn̄ ualere cōcedat. a. x. c. ŋ. x.
. c. v. uij. Vel sic. ut. q. cānd' sūmā exp
munt. indictōe. x. Continet hec for
mata ep̄l̄a sūmam nui. uij. milia.
. ccc. xv. y̅. grecam in nomine illius
primam ponimus. q2 greci eam. y̅.
in quib;dam locis. pro. v. conso
nante ponunt. sicut c̄a ŋ. y̅. e. 1. o. r.
deo. et ei ante non. 1. euangelium.

.i.	a	a	Alpha	ona
.ij.	b	б	beta	dia
iii	c	c	gāma	tria
iiij.	d	d	delta	tessara
v.	e	f	ebiis	penta
vi.	f	s	epilimō	exta
vij.	G	s	zeta	epda
viij.	e	n	heta	ogda
ix.	th	t	theta	ina
x.	l	i	iota	deca
xx.	k	k	capa	teusin
xxx.	l	a	landa	trienta
xl.	m	x	nu	serenta
.l.	ŋ	ŋ	.ni	penta
lx.	x	z	xi	exenta
lxx.	v	o	obius	obdenta
lxxx.	c	p	pi	ocdenta
xc.	q	ɷ	sinacope	ennienta
c.	o	p	rom	ecatony̅dexten
cc.	s	c.	suma	diacosin.
ccc.	t	t	thai	tetracusin
cccc.	i	y̅.	ui	triacosin
d.	f	q	fi	pentacusin
dc.	x	x.	chi	exacusin.
dcc.	psi	p	spi	ebdacusin
dccc.	o	ω	ologa	ogdacusin
dcccc.	ŋ	ŋ	enascosī	hec.

[illegible]

D. LXXIIII.

Queritur de his qui ab episcopis suis promoveri contempnunt, an inviti sint sublimandi. De his ita statutum invenitur in concilio Aurelianensi. Annue suspensioni subiacent episcopi qui invitum ordinare presumunt.

Episcopus qui invitum aut reclamantem ordinare presumpserit, annuali penitentie subdetur, missas facere non presumat. Item Gregorius Natali episcopo in I. libro registri. Nullus promoveatur invitus.

Gesta que nobis vestri concilii in secretario direxistis, in quibus archidiaconi Honorati addicitur, plena esse cognovimus feminei iurgiorum. Cum uno eodemque tempore una persona nolens ad sacerdotii ordinem pertrahitur, et tanquam inutilis ab diaconatus officio removetur. Sed sicut iustum est, ut nemo crescere compellatur invitus, ita esse censeo puto, ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deiciatur iniuste. Item in concilio Cartaginensi. Qui ab episcopis suis promoveri contempserit, a loco suo deiciatur.

Si qui clerici ab episcopis suis promoveri contempserint, non illic remaneant unde recedere noluerunt. De eodem.

Placuit ut quicumque clerici vel diaconi ex necessitatibus ecclesiasticis tertio non obtemperaverint episcopis suis volentibus eos ad honorem ampliorem in ecclesia sua promovere, nec illic ministrent in gradu suo unde recedere noluerunt. Item ex concilio Agathensi. Posteriores prioribus episcopis non preponantur.

Episcopus in quorum vita non reprehenditur nam posteriores prioribus nullus preponat, nisi forte superbia elatus, quod pro necessitate ecclesie episcopus voluerit implere contempserit. Sane si officium archidiaconatus pro simpliciore natura implere aut expedire nequiverit, ille loci sui nomen teneat, et ordinationi sue ecclesie quem elegerit episcopus preponendus. Item Gregorius Iohanni episcopo Siracusano. In quo loco quis ordinandus est, invitus teneri non debet.

Quorundam ad nos relatione pervenit, Cosmam quendam ex monacho monasterii sancte Lucie a decessore tuo venerande memorie Maximiano in ecclesia Siracusana subdiaconum factum, atque post ea a te in possessione que Iuliana vocatur presbiterum ordinatum dicitur, ita nimia tristicia et loci qualitate vehementer afflictum, ut vitam sibi penam existimet, et ordinationis sue fuge querat auxilium. Et ideo quia tales erga subiectos nostros debemus existere, quales nos in se subiecti fuissent nostros vellemus esse prepositos, magne benignitatis est, si eum in ecclesia ubi est subdiaconii functus officio scimus, tua reducere atque illic studueris constituere cardinalem. Quod te facere quanto arbitramur debes, si nichil est quod iuste eum animos tuos exasperet. Si vero aliqua culpa est, suis nobis epistolis hoc fraternitas vestra ut scire possimus insinuet.

Verum illud Gregorii de his intelligendum est, qui non causa necessitatis sed causa ingratitudinis callide ab episcopis suis promoveri queruntur. Illud autem Cartaginensis concilii de his intelligitur, qui nolunt episcopis suis obtemperare pro necessitate ecclesie, volentibus eos ad altiora promovere. Hanc distinctionem ex decreto Simplicii pape quilibet valet corroborare, qui scribens Iohanni archiepiscopo Ravennati ait inter cetera. Non aliquis invitus ad episcopatum trahendus est.

Ubi didicisti ista, quod in episcopum et consecratum nostrum Gregorium non dilectione sed invidia protraxisti. Quam inexcusabili violentia protrahi ad te passus es atque vexari, ut ei tamen honorem non pro animi tranquillitate sed pro iniuria est dicendus, sic irrogares, neque talia potuissent sanctitate concilii. Nolumus exaggerare quod gestum est, cum te cogamus iudicare quod dignum est. Nam privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Denique nam autem quod si posthac tale aliquid presumpseris, et aliquem seu episcopum vel presbiterum vel diaconum invitum forte faciendum credideris, ordinationes tibi Ravennatis ecclesie vel Emiliensis noveris auferendas. Item Gregorius Antonio subdiacono. De eodem.

Honoratus archidiaconus Salonitane ecclesie a sancte memorie decessore nostro missa supplicatione deposcerat, ut ab antistite suo invitus provehi ad fortioris gradus ordinem ullo modo cogeretur more. Hoc enim si sic non causa provehendi sed causa ingratitudinis prohibebatur, pro quo et nunc et sancte memorie predecessor noster scriptis suis Natali fratri coepiscopoque nostro interdixerat, ne predictum Honoratum archidiaconum invitum provehere, ne ut dolorem accepte ingratitudinis in corde retineret. Cumque et a me hec eadem summopere fuissent interdicta, non solum mandata dei negligens, sed

[illegible]

tua scripta nostra contempnens: prefatum archidiaconem qui ad fortiorem honorem prouehendus conatus est callide degradare. Unde actum est ut eodem archidiaconatus loco submoto alium consecrares, quem ei moribus obtemperare posse fuisset. Quem honoratum archidiaconem arbitrium antistitum suo alium displicere non posse. Non quod eum causa facta suis partibus dare prohibebat. Quem tamen sibi uoluntati et tunc fecere memorie decessor meus. Et nunc ego indagatione perquirere. Si sui sacerdotes actum consensu personam suam ad iudicium postpositum destinare. Unde experientiam tuam presenti auctoritate duximus hortandam. Quatinus conueniens in solempnitate natalis Domini nostri et coepiscopis tuis scriptis amonitum studeat adhortari, ut supra memoratum archidiaconem in suo statu suscipiat. Quod si facere hoc contumaciter uel contra sine forte distulerit, usum et pallii quod ab hac sede concessum sibi fuerat, ex auctoritate sedis apostolice contradicimus. Quod si etiam amisso pallio adhuc in eadem contumacia perseuerare prospexeris: dominici corporis et sanguinis eundem antistitem participatione priuabis.

Adhibenda est et disciplina que nolentes promoui ad sacros ordines ad obediendum episcopis suis prouocentur. In minoribus siquidem ordinibus constituta paulatim per singulos gradus sunt prehendendi, ut contempnentes sibi obedire episcopis doleant sibi esse platos, quos prius habebant subiectos. Unde Gelasius papa scribit uictori episcopo.

Cum maiores ordinare contempserit, de maioribus promoueantur ordinibus.

Consuluit dilectio tua de suorum promotione clericorum, prohibens quod diaconi ad presbyterii gradum, quo etiam tua memoriis indigere uidetur, detractant. Quod presbyteri quamuis non et ecclesiastica moderatio quam uita sua postulat, ut ex nolentibus fiat nolentes ordinatio illa potest perfice. Et si quos habes uel in acolitis uel subdiaconibus maturiores etate et quorum sit uita probabilis, hos in presbyterium studeas promouere, ut qui suis preficere noluerunt, cedant suis inferioribus priores. Ita quomodo presbyterium prouentus sui diaconi consequatur, ut hac saltem ratione constricti, et honorem quem refugerant appetere moueantur et questum.

Tempus autem consecrationis sic in ordine romano habetur. Ad episcopi benedictionem non eligitur. Omni namque tempore episcopi benedicentur. Dominico uidelicet et hora tertia dominice diei benedictionem accipiant. Unde Anacletus urbis rome episcopus scribit omnibus episcopis.

Ordinationes episcoporum qua hora fieri debeant.

Ordinationes episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus qui in eadem prouincia fuerint episcopis celebrande sunt. Qui simul conuenientes scrutinium diligenter agant et ieiunium cum omnibus celebrent, manus cum sanctis euangeliis imponentes dominica die hora tertia orantes. Sacerdotes quoque incitatores prophetarum exemplo et regum capita ponentes cos more apostolorum et moisi inungentes. Quia omnis sanctificatio constat esse in spiritu sancto, cuius uirtus inuisibilis sancto crismati permixta et hoc ritum solempnem celebrent ordinationem.

Tempus autem consecrationis trium mensium spacio clauditur. Ultra quod non necessitate cogente episcoporum consecrationes post electionem differre non licet. Unde in calcedonensi concilio legitur.

Ultra tres menses non differatur episcoporum ordinatio.

Quoniam quidam metropolitani ordinationem ecclesiarum sicut ad nos perlatum est, negligunt greges sibi creditos et differunt ordinationes episcoporum facere, placuit sancte synodo, intra tres menses fieri episcoporum ordinationes nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit, ordinationis tempus amplius protelari. Si autem quis episcoporum hanc non obseruauerit, ipsum debere ecclesiastice correptioni subiacere. Redditus uero eiusdem ecclesie iudicare in integros reseruari censemus apud yconomum eiusdem ecclesie. Clericorum uero ordinationes non nisi certis temporibus et diebus, maxime sacerdotum et leuitarum fieri debent. Uespera uidelicet sabbati uel mane dominice diei continuato ieiunio. Unde Zephirinus urbis rome archiepiscopus scribit omnibus episcopis.

Qua hora presbyteri et leuite ordinentur.

Ordinationes presbyterorum et leuitarum tempore congruo multis coram astantibus sollempniter agite. Et probabiles ac doctos uiros ad hoc opus prouehite, ut de eorum societate et adiutorio plurimum gaudeatis. Item Leo papa dioscoro alexandrino episcopo. Quod a patribus nostris propensiori cura nouimus esse seruatum a uobis quoque nolumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis uel leuitica ordinatio celebretur.

D. LXXV

[illegible]

[illegible]

Se[d] p[ost] die[m] sabbati eiusdemq[ue] noctis que in prima sabbati lucescit exordia consecrandi eligantur. In quib[us] his q[ui] consecrandi s[un]t ieiuniis et a ieiunantib[us] sacra benedictio conferatur. q[uo]d eiusd[em] observantie erit. si mane ipso die dominico continuato sabbati ieiunio ordinatio celebretur a q[uo] t[em]p[o]re p[re]cedentis noctis initia n[on] recedu[n]t. q[ue] ad diem resurrectionis sicut et in pascha d[omi]ni declarat[ur] p[er]tinere n[on] dubium e[st]. Item. Q[uo]d die d[omi]nico ordinationes sacerdotu[m] celebrent[ur].

Quod die d[omi]nico ordinationes sacerdotu[m] celebrantur. n[on] tam ex consuetudine. s[ed] et ex ap[osto]lica novim[us] venire doctrina. scriptura manifestante. q[uo]d cu[m] ap[osto]li paulu[m] et barnaban ex p[re]cepto sp[iritu]s s[an]c[t]i ad eva[n]gelium gentib[us] mitterent p[re]dicandu[m]. ieiunantes et orantes i[m]posuerunt eis manus ut intelligam[us] q[ua] et dantiu[m] et accipientiu[m] devotione curand[um] sit. ne tante benedictionis sacramentu[m] negligent[er] videat[ur] impletum. Et id[e]o si pie et laudabilit[er] ap[osto]lica more[m] gesseris institutis. si hanc ordinandor[um] sacerdotu[m] forma[m] p[er] eccl[es]ias q[ui]b[us] d[omi]n[u]s p[re]esse te voluit: ipse servaveris. ut ipsi q[ui] consecrandi s[un]t. nu[m]q[uam] benedictio n[is]i die d[omi]nice resurrectionis tribuatur. cui initiu[m] a vespere sabbati constat ascribi.

Que tantis divinaru[m] dispensationu[m] misteriis e[st] consecrata. ut quicquid a d[omi]no e[st] insigne constitutu[m]. in h[uius] diei dignitate sit gestu[m]. In hac mundus sumpsit exordiu[m]. in hac p[er] resurrectione[m] et mors interitu[m] et vita accepit principium.

It[em] gelasi[us] o[mn]ib[us] ep[iscop]is. De t[em]porib[us] ordinationu[m].

Ordinationes p[res]b[yter]or[um] et diacono[rum] n[is]i certis t[em]porib[us] et dieb[us] exerceri n[on] debent. i. quarti mensis ieiunio. et vii. et x. s[ed] et q[ua]dragesimalis initii ac mediane ebdomade sabbati ieiunio circa vesp[er]as t[em]p[o]ris ordinationes noverint e[ss]e celebrandas. nec cuiuslib[et] cu[m] utilitatis seu p[res]b[yte]r[u]m seu diacone[m] his p[re]ferre (?) sacerdotes. q[ui] a[n]t[e] ipsos fuerit ordinati.

Quib[us] t[em]porib[us] ieiunia celebranda sunt. Calixt[us] p[a]p[a] determinat dicens. Q[ui]b[us] t[em]porib[us] ieiunia celebrantur.

Ieiuniu[m] q[uo]d ter in anno ap[ud] nos celeb[ra]re didicistis convenientius nunc p[er] iiii. t[em]p[o]ra fieri decernim[us]. ut sic anni p[er] quatuor volvit[ur] t[em]p[o]ra sic nos quaternum sollempne agam[us] ieiuniu[m] p[er] quatuor anni t[em]p[o]ra.

It[em] ex concilio magontensi. De eode[m].

Constituimus ut iiii. anni t[em]p[o]ra ab o[mn]ib[us] ho[min]ib[us] c[um] ieiunio observent[ur]. i. in martio ebdomada p[ri]ma. in iunio ii. in septembri. iii. in decembri. q[ua]rta.

It[em] ex concilio salegunstano habito. De eode[m].

De ieiunio. iiii. t[em]p[o]r[u]m hanc consuetudine[m] statuimus. ut si kalende martii in iiii. fe[ria]. xl. in fe[ria]. iiii. sive ante evenerit. eade[m] ebdomada ieiuniu[m] celebretur. Si in au[tem] kalende martii. in v. fe[ria] aut vi. aut in sabb[at]o evenerint. in sequenti ebd[omad]a ieiuniu[m] differatur. Similiter q[uo]q[ue] in. se[ptimo] kl' iunii in. iiii. fe[ria]. aut antea evenerit in subsequenti ebdomada ieiuniu[m] celebret[ur]. et si in v. aut vi. fe[ria] aut sabb[at]o contigit ieiunium: in. iiii. ebdomada teneret[ur]. et hoc faciend[um] e[st] q[uando] q[ua]rtu[m] ieiuniu[m] mensis iunii in vigilia pentecostes s[ecundum] p[re]dicta[m] regula[m] evenit. n[on] ibi celebrandu[m] erit s[ed] in ipsa ebdomada sollempni pentecostes. q[uia] in vigilia simul et ieiunia celebrari n[on] debent. et tunc p[ro]p[ter] sollempnitatem s[an]c[t]i sp[iritu]s diacones dalmaticis induant[ur]. et alleluya cantetur. et flectant[ur] genua n[on] dicat[ur]. Eode[m] m[od]o . vii. mensis ieiuniu[m] constitutu[m] e[st]. ut si k[a]l[end]e septembris in. iiii. fe[ria] evenerint. aut ante in. iiii. ebd[omada] ieiuniu[m] celebret[ur]. et si in. v. aut vi. aut sabb[at]o contigit. in. iiii. ebd[omada] ieiunand[um] erit. In decembri illud observand[um] erit. ut in p[ro]ximo d[omi]nice an[te] vigiliam natalis d[omi]ni celebret[ur] ieiuniu[m]. q[uia] si vigilia in sabb[at]o evenit simul vigilia[m] et ieiuniu[m] celebrari n[on] convenit.

Ex d[e]cr[eto] urbanus p[a]p[a]. Statuim[us] et ut ieiunia. iiii. t[em]p[o]r[u]m hoc ordine celebrent[ur]. P[ri]mu[m] ieiuniu[m] i[n] initio xl. secundu[m] in ebdomada pentecostes. tertium u[er]o et quartu[m] in septembri et decembri more solito fiat. It[em] ex d[e]cr[eto] leonis p[a]p[a].

Igit[ur] p[ost] s[an]c[t]e letitie dies quos in honore d[omi]ni a mortuis resurgentis ac deinde in celu[m] ascendentis exegim[us]. p[ost]q[ue] acceptu[m] s[an]c[t]i sp[iritu]s donu[m] salubrit[er] et necc[essari]e consuetudo e[st] ordinata ieiunii. ut si quid forte int[er] ipsa festivitatis gaudia negligens libertas et licentia imoderata p[re]sumpsit: h[oc] religiose abstinentie censura castiget[ur]. It[em] de eode[m]. Hui[us] observantie utilitas fr[atr]es dilectissimi in eccl[esi]asticis p[re]cipue est

[illegible]

mus vigiliam. orationibus protractam mistinum. unde necesse est ut simul est observantia simul leticia subsequatur. observantia simul quod ad finem pertineat non quod ad necessitatem. Item Ysidorus.

Post pascha usque ad pentecosten licet tradicio ecclesiarum abstinentie rigorem prandiis relaxaverit, tamen si quis monachorum vel clericorum ieiunare cupit non sunt prohibendi. quia et Antonius et Paulus et ceteri patres antiqui etiam in hiis diebus in heremo leguntur abstinuisse, nec solvisse abstinentiam nisi tantum die dominico. Item Ieronimus ad Lucinium. Utinam omni tempore ieiunare possemus. quod in actibus apostolorum diebus pentecostes et die dominico apostolum Paulum et cum eo credentes fecisse legimus. Nec hoc dico quod festis diebus ieiunandum putem et contextas l. diebus ferias velim sollempnitates auferam. Sed unaqueque provincia habundet in suo sensu et precepta maiorum leges apostolicas arbitrentur.

Item Pelagius papa Petro episcopo Potentino. Sabbato magno post baptismum vocem episcopus debet ordinare.

Dilectionis tue scripta suscepimus. quibus significas Laurentium ecclesie grumentine diaconem ad episcopatum Marcellianensis ecclesie sine consultatione ab omnibus fuisse electum. quia iam ante hoc tempus voluisses. et iussimus ut venientes cum eo de persona eius ab episcopo suo dimissoriam accepisse. Quod si modo fecerit facite eum velociter ad urbem Romam venire. Ita curetur. ut si deus iusserit in magno sabbato post horam baptismi ordinetur. Quia si ante memoratum diem non occurrerit cogetur usque ad quartum mensis ieiunia sustinere.

His temporibus secundum Anacleti, Zephirini, Gelasii et Pelagii episcopi et presbiteri et diaconi sunt ordinandi. Metropolitanus autem iuxta Leonem papam. vel ex presbiteris eiusdem ecclesie vel ex diaconibus optimum ordinetur. Ex monachis autem vel laicis nullus nisi per gradus ecclesie ad summum sacerdotium debet pervenire. Unde Gelasius papa. Non nisi per distinctos gradus quisque ad sacerdotium aspiret.

Illud nos statuentes vobis omnibus sinare mandamus. ut ad omnes ordines ecclesiasticos sic accedant. in ecclesia quod ordinari mittatur. idest si quis episcopus esse mittitur. sit primo hostiarius. deinde lector postea exorcista.

Inde sacretur acolitus. deinde vero subdiaconus. deinde diaconus. postea presbiter. Et inde si meretur episcopus ordinetur. Unde Zozimus episcopus urbis Rome ait. Que intervalla temporis in singulis gradibus sunt.

In singulis gradibus hec observanda tempora sunt observanda. Si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit. inter lectores et exorcistas quinquennio maneat. Exinde acolitus vel subdiaconus. iiii. annis fiat. et sic ad benedictionem diaconatus si meretur accedat. In quo ordine quinque annis si inculpate se gesserit adherere debebit. Exinde suffragantibus stipendiis per tot gradus datis proprie fidei documentis sacerdotium poterit promereri. De quo loco si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit. summum pontificatum sperare debebit. Defensores et ecclesie qui ex laicis fiunt supradicta observatione teneantur. si meruerint in ordine esse clericatus. Item Siricius papa. De eodem.

Quicumque itaque se ecclesie vovit obsequiis a sua infantia ante pubertatis annos baptizari et lectorum debet ministerio sociari. qui ab accessu adolescentie usque ad .xxx. etatis sue annum si probabiliter vixerit una tamen et ea quam virginem communi per sacerdotem benedictione percepit uxore contentus. acolitus et subdiaconus esse debebit. postque ad diaconii gradum si se ipse primitus continentia preeunte dignum probaverit accedat. Ubi si ultra .v. annos laudabiliter ministraverit. congrue presbiterium consequetur. Exinde post decennium episcopalem cathedram poterit adipisci. si tamen per hec tempora integritas sue vite ac fidei eius fuerit approbata. Qui vero iam etate grandevus melioris proposito conversione provocatus. ex laico ad sacram militiam pervenire festinat. desiderii sui fructum non aliter obtinebit nisi eo quo baptizatur tempore. statim lectorum aut exorcistarum numero societur. si tamen eum unam habuisse vel habere et hanc virginem accepisse constet uxorem. Qui dum initiatus fuerit expleto biennio per quinquennium aliud et acolitus et subdiaconus fiat. et sic ad diaconatum si per hec tempora dignus iudicatus fuerit promoveatur. Exinde iam accessu temporum presbiterio vel episcopatu si eum plebis ac cleri evocaverit electio non immerito societur. Item ex sexta sinodo.

[illegible]

[illegible gloss]

Subdiaconus non minor xx. De eodem. annorum ordinetur. Si quis vero in aliquo ordine sacerdotali preter constituta tempora ordinatus fuerit, deponatur. Item ex concilio Carthaginensi iii. De eodem.

Placuit ut ante xxv. annos etatis non diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur. Et ut lectores populum non salutent. Item ex concilio Agathensi. Minoribus xxv. annis levitica non prestetur benedictio.

Episcopus benedictionem diaconatus minoribus quam xxv. annorum penitus non committat. Sane si coniugati iuvenes consenserint ordinari: etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo religione promissa, postquam pariter conversi fuerint, ordinentur. Presbiterum vero vel episcopum ante quam xxx. annos, id est antequam ad viri etatem perficiatur, nullus metropolitano ordinare presumat, ne per etatem que aliquotiens evenit, aliquo errore delinquatur. Item ex concilio Toletano iii. De eodem.

Nostri lege ab anno xxv. levite tabernaculo servire iubentur. Cuius auctoritatem in canonibus apostolorum sancti patres secuti sunt. Nos et divine legis et preceptorum canonum immemores infantes et pueros levitas facimus ante legitimam etatem, ante experientiam vite. Ideoque ne ulterius fiat, a nobis et divina lege et canonicis ammonemur sententiis. Sed a xxv. etatis sue anno levite consecrentur, et a xxx. presbiteri ordinentur. Item Gelasius papa.

Per que intervalla temporum ordinentur qui de monachis clerici eliguntur.

Si quis de religioso proposito et disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus accedit, in primis eius vita ante acta temporibus inquiratur, si nullo gravi facinore probatur infectus, si secundam forte non habuit uxorem, nec a marito relictam sortitus ostenditur. Item.

Monachus vero notitie morum honestate fulcitus continuo lector vel notarius, aut certe defensor effectus post tres menses existat acolitus, maxime si huic etas etiam suffragatur. vi. mense subdiaconi nomen accipiat. Ac si modeste conversationis honesteque voluntatis extiterit, xii. mense diaconus completoque anno sit presbiter. Cui tamen quod annorum fuerant intersticia collatura sancti propositi sponte suscepta docetur prestitisse devotio.

[illegible gloss]

In oia sugimur [illegible] magistratus [illegible]

Si vero laicus quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto sollicitius in singulis que superius comprehensa sunt, huiusmodi decet examinare personam, quanto inter mundanam religiosamque vitam est constat discrimius. Quia utique convenientia esse ministeria deputanda sunt non inconvenientibus, nimis inquirenda. Tantoque magis quod sacris apum posse eos servitiis in eorum quirendum est institutis, quanto de tempore quo fuerint hec assequenda decipitur, ut morum hec habere docuerit probitatem, que plurimorum consuetudo non sinit, ne per occasionem supplende penurie clericatus vitia potius divinis cultibus intulisse, non legitime familie domini comparentem procurasse compendia. Quorum premoribus super anni metas sex menses nichominus subrogamus, quia sic dignum est distare debemus inter personam divino cultui deditam, et de laicorum conversatione venientem. Que tamen tantum indulgenda credimus, ut ecclesiis ab hac occasione cessantibus, canonum patrum vetus forma servetur.

Qua vero etate sacerdotes ordinari debeant, Bonefacius papa diffinivit dicens. Ante annos xxx. presbiter non ordinetur.

Si quis xxx. etatis sue non impleverit annos, nullo modo presbiter ordinetur, etsi valde sit dignus. Item Leo papa. Non est ordinandus sacerdos non longo probatus examine.

Quid est manus cito imponere, nisi ante etatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum obedientie, ante experientiam discipline sacerdotalem honorem tribuere non probatis, et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem qualis ille est qui non meruit ordinari. Item ex concilio Neocesariensi. Ante xxx. annorum etatem presbiter

Presbiter ante xxx. annorum non ordinetur. etate non ordinetur, quamvis sit probabilis vite, sed observetur usque ad prefinitum tempus. Dominus enim xxx. anno baptizatus est, et tunc predicavit. Hoc regulare est. Unde et Christus et Iohannes Baptista et Ezechiel et non nulli prophetarum non leguntur predicasse et prophetasse ante xxx. annos. Verum quia et Ieremias et Daniel ante iuvenilem etatem spiritum prophetie accepisse leguntur, David quoque et Salomon in adolescentia uncti inveniuntur, Iohannes et evangelista cum adhuc esset adolescens a domino in apostolum est electus.

[illegible gloss]

[illegible]

D. LXXIX

et aliis ad predicandum missus fuerit. Paulus apostolus in adolescentia a Domino electus et ad predicandum missus asseritur. Ecclesia siquidem necessitate exigente non nullos ante xxx. annos ordinare consueuit. Vnde Zacharias papa Bonefacio episcopo. Necessitate cogente xxv. annorum presbiter ordinetur.

Si xxx. annorum non reperiuntur, et necessitas exposcit, a uiginti quinque annis sacerdotes ordinentur.

Apostolicus autem non nisi a cardinalibus et religiosis clericis est inthronizandus. Vnde Nicholaus papa ait. De eodem. De eo qui sine concordi electione in cardinalem inthronizatur.

Si quis apostolice sedi sine concordi et canonica electione cardinalium eiusdem ecclesie, ac deinde sequentium clericorum religiosorum inthronizatur, non papa uel apostolicus, sed apostaticus habeatur. Item Simachus papa. Pape superstite nemini in consulto de electione summi pontificis non audeat aliquis loqui.

Si quis papa superstite pro Romano pontificatu cuiquam quolibet modo fauorem prestare conuincitur, loci sui honore priuetur, et infra. Si quis presbiter aut diaconus aut clericus papa incolumi et eo inconsulto aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare, aut pitacia promittere aut sacramentum prebere temptauerit, aut certe aliquod suffragium polliceri, uel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare aliquid aut decernere presumpserit, loci sui dignitate uel communione priuetur, et infra. Per occultas fraudes et coniurationum sectas insidias, quas sententia hec districtionis consequitur, si quis ad ecclesiasticam perduxerit noticiam consiliatorum qui esse hanc sinodum de pontificali egerit, absolutus et remunerabili prelatione conuincatur particeps huius actionis, non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione quam non indigna sit subleuetur. Item ex concilio Stephani papae. Papa apostolicus non nisi de cardinalibus promouetur.

Oportebat ut hec sacrosancta domina nostra Romana ecclesia, iuxta quod a beato Petro et eius successoribus institutum est, rite ordinetur, et in apostolatus culmen unus de cardinalibus presbiteris aut diaconibus consecretur. Item ex eodem.

Nullus umquam laicorum neque ex alio ordine presumat nisi per distinctos gradus ascendens diaconus aut presbiter factus fuerit cardinalis ad sacrum pontificalem honorem promoueri. Item ex eodem. Anathematizatur episcopus uel monachus uel laicus Romanam ecclesiam inuadens et in gradu.

Si quis de episcopis uel filiorum ecclesie presumpserit monachis uel laicis contra canonum et sanctorum patrum instituta presumpserit in gradu filiorum sancte Romane ecclesie, id est presbiterorum cardinalium et diaconorum, ut presumpserit et hanc apostolicam sedem inuadere quibus ex supradictis temptauerit, et ad summum pontificalem honorem ascendere uoluerit, ipse et sibi fauentibus fiat perpetuum anathema, et infra. Si quis residere presumpserit sacerdotibus atque primatibus ecclesie uel cuncto clero ad eligendum sibi Romanum pontificem secundum canonicam traditionem, anathema sit. Item ex concilio Leonis papae iiii. Anathema sit qui canonice electioni Romani pontificis

Si quis de sacerdotibus contradicere presumpserit seu primatibus, nobilibus, seu cuncto clero huius sancte Romane ecclesie electionem Romani pontificis contradicere presumpserit, sicut in concilio Stephani papae et beatissimi Bonefacii papae legitur, statutum anathema sit. Item ex concilio Bonefacii iii. Nulli episcopi fiat electio nisi post diem tertium sue

Nullus pontifice depositionis Romano uiuente aut episcopo ciuitatis sue presumat loqui aut partes sibi facere, nisi tertio die depositionis eius adunato clero et filiis eius ecclesie, et tunc electio fiat.

Sed queritur si duo temeritate contentionum ordinati fuerint, quis eorum est alteri preferendus. De hiis ita scribit Honorius Augustus ad Bonefacium papam. Si temeritate contentium duo fuerint ordinati.

Si forte duo contra fas temeritate certantium fuerint ordinati, nullum ex eis futurum sacerdotem permittimus, sed illum solum in sede apostolica permansurum censemus esse, quem ex numero clericorum noua ordinatione diuinum iudicium et uniuersitatis consensus elegerit. Hoc autem capitulum non de eo intelligendum est, qui uno per apostasiam ordinato et a cardinalibus et religiosis clericis apostolice sedis inthronizatur, et si ille apostaticus in cathedram beati Petri molestiam tenuerit, ut canonica electio

[illegible]

ter urbē fi ñ ualeat. Vnde nicholaꝰ
pp̄ dicitur dicens. Dew q̄ pecunia po
pulari tumultu ñ canonica electōe

Siquis pecunia l' gr̄a hu ordinatur.
mana aut pl̄ari seu militari ti
multu. sine ꝛcordi & canonica electi
one cardinaliū & sēq̄ntiū religioso
rū cleꝯ fuit aplice sedi inuonizat.
ñ aplicis sz apostaticus haberet.
Lucarq; cardinalibz & alijs clicis ti
mentibz deū & laicis. mua sorē ana
thematizare. & humano auxilio ab
aplica sede pellere. Qđ si hm̄ utē ur
bem agregari facē ñ possunt. i loco
in quo eis placuit. electionē faciant.
ꝛcessa electo auctoritate regendi et
disponendi res ad utilitatē sēr̄ōa
ne eccē uixta qualitatē tp̄is q̄ in
uonizatus fuit. Electio uō roma
ni pontificis & cū deliberatōe p̄decesso
ris fi debz. Vnde symachus pp̄ au.

Si pp̄ de electione sui successoris de
Si manifestus cernere non poterit.
pp̄ mo maneat aduenit. ut de sua
electōe successoris ut supra placuit.
ñ possit ante discernē. liquid' uenit
in unū ꝛcurrit cētā stica ordinis ele
ctio ꝛcessōr. electaq; ēpe. Si uero ut fi
solet studia cepit esse diuisa. coꝯ de
quibz etiā emersit. nunciat sūa
plimoꝯ. Sic ñ ut sacerdotio care
at q̄ captus pmissione ñ recto iu
dicio de electione decreuerit.

Sicut supp̄ monstratū ē electō
limoꝯ sacerdotū. a cardinalibz &
religiosis clicis debz fi. electio uero
coꝯ diuino iudicio ē reseruata. Vñ
anacletus pp̄ ait. Sūmoꝯ sacerdo
tū electionē sibi dñs reseruauit.

Electionē sūmoꝯ pontificū sibi dñs
reseruauit. licz electionē coꝯ bonis
sacerdotibz spūalibz pl̄is ꝛcessisse.

Loca uero in quibz primates p̄ti
archę archiē. ē pbr̄i sunt ordinādi.
Nec sē fuerit. pp̄ hoc lucrū pp̄ ac clemēs.
atq; anacletus. Aut ei lucrus pp̄.

In quibz locis primates l' p̄uarche
Urbes & loca in debeant ordinari.
quibz primates p̄sidē debent nō
modernis sz multis ante aduentū x
sē statute tp̄ibz quarū primates
gentiles & p maioribz negocijs ap
pellabant. In ip̄is uero urbibz pr

adiuentū x. apli & coꝯ successores
p̄uarchas & primates posuerūt. ad qs
eoꝯ negotia salua in oīb; aplica
auctoritate. & maiores cāe post apli
cam sedē sē defende. Ire clemens pp̄.

Nullis auctoribz uō in q̄bz. De eodē.
olim apud ethnicos primi flamines
coꝯ atq; primi legis doctores erant
eoꝯ primates l' p̄uarchas ip̄i petrus
primi precepit. q̄ reliquoꝯ eoꝯ cās &
maiora negotia in fide agnoscerent.
In illis aut̄ in quibz diuīi apud p̄
dcōs ethnicos erant coꝯ archifla
mines quos ñ minores reuelāt. q̄
memoratos primates archiepōs in
stituu p̄cepit. In singulis uero reli
quis ciuitatibz singulos & ñ plures
epōs ꝛstituu p̄cepit. qui eoꝯ ñ uō
cabulo parerent. Cū nec mē ip̄e
aplōs par fuit institutio. sz unus p̄
fuit oīb; Ire anacletꝰ. Epi ñ in ca
stellis neq; in modicis ciuitatibz de
beut ꝛstitui. sz pbr̄ p castella & mo
dicas ciuitates atq; nullas debent
ab epis ordinari. & pōt singuli ni
p singulos tumulos suos. Epe nō ab
uno sz a plibz epis debz ordinari. &
ut dēm ē. ñ ad modicā ciuitatē ne
uulecat nom epi. sz ad honorabile
locū mutandus & denominand' est.
Preb̄it uero ad qualemcūq; locū
in eo ꝛstituere ecce ct p̄ficiendus.

Item leo papa. De eodem.

Illud sane qđ ad sacerdotale p̄ncē
dignitatē. mr̄ oīa uolum' canonū
statuta seruari. ut ñ in quibzlibet
locis nec quibzēq; castellis & ubi añ
ñ fuerit epi ꝛsecrent. cū ubi mino
res sē plebes. minoresq; ꝛcessus
pbr̄oꝯ cā sufficiat. epāla aut̄ gu
bnacula ñ ñ in maioribz pl̄is. et
frequentioribz ciuitatibz oporteat
p̄sidere. ne qđ eoꝯ patrū diuinitus
inspirata decreta uenerint uitiā
ri et possessionibz l' obscuris & so
litarijs municipijs tribuatur sac
dotale fastigiū. Ire ex aul' laudicē.

Non debe multis & in nullis. De eodē.
epōs ordinari. sz ministros idest q̄
circueant ꝛstitu. hijs aut̄ qui ad h̄
ordinari sē nichil agere censemus sī
ne ꝛcessu epi ciuitatis. Similit̄ aut̄
pbr̄ nichil sī p̄cepto & ꝛsilio ē agant.

Nouacrit sanctitates. & auctoritates. ut aliqs pbr̄ sine
albi sine p̄cepto ñ nominet̄ ecclesie ne
p̄cepto gratiā. ut. & cum clias
Hanc certa longo dicant quidam
tur. ubi no tom mi. & uidias ap
uii si multe ciuitates dicant me ecclesias unicum
ne ego inter illo dz distingui bia
q̄ualitatis religionis tp̄ibz difficultatis
ut comparibz tribz ad unum
Hortamur

[illegible]

Sedes autem episcoporum non longo intervallo a se debere disiungi, ut ad consecrationem suam comprovinciales sine difficultate possint occurrere. Unde Gregorius Augustino Anglorum episcopo. Episcopales sedes non longo intervallo a se disiungi valeant.

Fraternitatem tuam ita volumus ordinare episcopos, ut ipsi episcopi longo intervallo minime disiungantur, quatinus nulla sit necessitas, ut in ordinatione episcopi convenire non possint. Nam episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus aut quatuor episcopis fieri nullatenus debet.

Hec de ordinandis et ordinatoribus, atque de singulorum graduum distinctionibus et officiis nos dixisse sufficiat. Verum quia aliquantulum diffusius in his inmorati sumus, precedentibus coherentia quedam sub epilogo ad memoriam subiciamus. Debet autem ordinandus in episcopum, ut apostolus scribit, esse sine crimine, id est sine peccato mortifero. Quod non solum de episcopo, sed et de quolibet electo ad aliquam preposituram esse oportet intelligi. Unde Augustinus ait super Iohannem. Sine crimine, id est sine gravi peccato debere esse qui ordinatur.

Apostolus Paulus quando ordinandos elegit, vel presbiteros vel diaconos, et quicumque ordinandus est ad preposituram, esse non ait: si quis sine peccato est. Hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, et nullus ordinaretur; sed ait: si quis sine crimine est, sicut est homicidium, adulterium, aut aliqua inmunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, et cetera huiuscemodi. Crimen autem est grave peccatum accusatione et dampnatione dignissimum. Quolibet itaque horum inplicatus ordinari non debet, vel si iam ordinatus ante tempus vel post tempus sue ordinationis aliquod eorum admisisse convincitur, suscepti gradus officio privabitur. Unde Simachus papa ait. Moniti sonis personam non recte suscepit qui vel-

Nemo recte monitoris personam suscepit, qui viris non operibus doctoris personam suscepit, non que actibus suis citata comprehendat, et amore innocentie cum accusatione demonstrat. Item Celestinus papa. Careat ordine quem presentat quod indignum sublimare non meruit.

Tantus damel sublimare non meruit. gravatus testimoniis facinorum tanta accusatione pulsatus sacrarum ut dicitur virginum pollutus incestu. episcope asseritur

ordinatus, et ut in nostris libellis serinii continetur, quorum ad nos quoque exemplaria duximus, in pontificii dignitate se tempore quo ad eam dicendam missis a nobis litteris vocabatur, obrepsit. Sacro nomini absit iniuria. Facilius enim hanc dignitatem tali dando amiserit ordinator, quam eam optineat ordinatus. Cui conventio sociabitur, quod cui se credidit largiendo pontificium sociandum. Qualis vero ipse sit, quicumque tales ordinavit, ostendit. Item ex concilio Niceno. Non recipit ordo ecclesiasticus qui in examinatione confessus ordinatur.

Si qui sine examinatione promoti presbiteri sunt, et postea examinati confessi sunt peccata sua, et cum confessi fuissent, homines moventes contra regulam eis manus inposuerunt, hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim irreprehensibile est defendit ecclesia. Idem Niceni concilii. Lapsi per ignorantiam aut contemptu ordinantium

Quicumque ex his consecrati deteguntur, quod lapsi sunt per ignorantiam ordinati sunt, vel contemptu eorum qui eos ordinaverunt, hoc non preiudicat regule ecclesiastice, cum enim compertum fuerit deponentur. Item Innocentius. Alienus sit a ministerio qui illud vivendo illicite polluit.

Maximilianus filius noster qualem querelam detulit libelli eius series adnexa declarat. Qui zelo fidei ac discipline ductus non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbiteris, quos in presbiterio filios asserit peccasse, et ideo fratres huius libelli qui subiectus est tenore perspecto eos quod talia perpetrasse dicitur, debetis in medio collocare. Discussisque obiectionibus quas ipsis presbiteris inpingunt, si convinci potuerint a sacerdotali removeantur officio. Quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt, atque alieni efficiantur a ministerio, quod vivendo illicite polluerunt. Item Eugenius papa. Cuilibet ab ordine deponendi episcopi providentia locus penitentie de-

Sacerdotes autem quis alius puratur sin ordine ecclesiastico provectus, si in eo scelere invenitur, quo abiciendus probatur, depositus providentia episcopi, vel in proprio loco committatur, ubi penitens lugeat, et ultra non conmittat. Item ex concilio Magontino. Retrudantur in monasterio presbiteri qui penitentiam agere contempnunt.

[illegible]

Dictum est nobis presbiteros per suam negligentiam a canonice degradatos et seculariter gradu amisso uiuere, et penitentiam agere bonum negligere. Unde statuimus ut gradu amisso agende penitentie gratia in monasterium aut canonicam regularem mittantur. Si uero hoc facere quelibet prohibuerit, ubicumque sint penitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu seculariter uiuere uoluerint et penitentiam agere neglexerint, ab ecclesie corpore separentur. Item Ysidorus. *Mutatio loci ualet conuersis ad penitentiam.*

Valet interdum conuersis pro penitentia anime sue salute mutatio loci. Plerumque enim dum mutatur locus, mutatur mentis affectus. Congruum est ergo inde etiam corporaliter euelli, ubi quisque illecebris deseruiuit. Nam locus ubi quisque prius uixerit in aspectu mentis apponit, quod semper quisque ibi uel cogitauit uel gessit. Item ex VII. sinodo Aurelianensi. *Clericus adulterasse conuictus aut confessus in monasterio retrudatur.*

Si quis clericus adulterasse conuictus aut confessus fuerit aut conuictus, ab officio depositus communione concessa in monasterio toto uite sue tempore retrudatur. Item Pelagius Constantino defensori. *De eodem.*

Romane ecclesie Thianensis clericus pro crimine adulterii quod admisisse perhibetur a clericatus ordine depositus, in monasterio hic in urbe Romana ad agendam penitentiam ex nostra iussione retrusus est. Item ex canone apostolorum. *In crimine captus diaconus uel presbiter deponatur, si non presbiter aut communione priuetur.*

Presbiter diaconus qui in fornicatione aut furto aut periurio aut homicidio captus est deponatur, non tamen communione priuetur. Dicit enim scriptura: non iudicat Deus bis in idipsum. Item. *De eodem.*

Si quis episcopus presbiter aut diaconus post diaconatus sui gradus acceptos fuerit fornicatus aut mechatus, deponatur et ab ecclesia proiectus inter laicos agat penitentiam. Item ex concilio Aurelianensi. *De eodem.*

Si diaconus aut presbiter crimen capitale commiserit, simul ab officio et communione pellantur. Similiter pro reatu suo se ab altaris communione sub penitentis professione submouerint. Hiis quoque si alii defuerint et causa certe necessitatis exoritur, poscentem lapsum nullum liceat baptizare. Item Gregorius omnibus per regnum Italicum et Teutonicum. *Non ingrediantur ecclesiam presbiteri et diaconi qui in fornicationis crimine iacent.*

Si qui sunt presbiteri aut diaconi aut subdiaconi qui in crimine fornicationis iacent, interdicimus eis ex parte Dei omnipotentis et sancti Petri auctoritate ecclesie introitum, usque dum peniteant et emendent. Si qui uero in peccato suo perseuerare maluerint, nullus uestrum eorum audire presumat officium, quia benedictio eorum uertitur in maledictionem, et oratio in peccatum, testante Domino per prophetam Malachiam: Maledicam, inquit, benedictionibus uestris. Qui uero huic saluberrimo precepto obedire noluerint, idolatrie peccatum incurrent, Samuele teste, beato Gregorio instruente: Peccatum ariolandi est non obedire, et scelus idolatrie non acquiescere. Peccatum ergo paganitatis incurrit, quisquis dum christianum se esse asserit, sedi apostolice obedire contempnit.

Item Alexander II. episcopis et regi Dalmatiorum. *Officio et beneficio priuetur presbiter uel diaconus uxorem suscipiens uel susceptam retinens.*

Si quis amodo episcopus presbiter diaconus feminam acceperit uel acceptam retinuerit, a proprio gradu decidat, usque dum ad satisfactionem ueniat, nec in choro psallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus ecclesiasticis habeat. Item concilio Mediolani. *De eodem.*

Si quis sacerdotum diaconorum uel subdiaconorum officium continuatione deserens feminam sibi potius eligit, sicut sponte ob fornicationem dimittit officium, ita ob preuaricationem dimittere cogatur inuitus beneficium. Item de eodem Mediolani. *De eodem.*

Eos etiam qui in fornicatione iacent, licet a diuinum officium delinquunt, a Deo recedentes, diabolo et operibus eius seruiunt, sicut se iustissime ab officio alienos faciunt, ita beneficio ecclesiarum priuatos esse adiudicamus. Item Lucius papa. *De eodem.*

Ministri altaris presbiteri siue diaconi ad officia diuina tales eligantur, qui continentiam seruent. Si uero post ordinationem suam ministro coniungitur, propter uxoris inuadere cubile sacrarii non intret limina, nec sacrarii portitor fiat, nec altari ministret, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad diuini corporis portionem accedat, nec preter neque sine maioris natu auctoritate minora gerat officia. Urceum sane ad altare uel calicem non suggerat. Idem.

Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur.

Clericus solus ad feminae tabernaculum non accedat, neque pergat sine maioris natu sacerdotis iussione, nec solus presbiter cum sola femina misceat fabulas, nec archidiaconus sub pretextu humilitatis aut officii frequentet uiduarum domicilia matronarum, aut forte per clericos aut domesticos matrone mandet aliquid secrete. Si agnitum fuerit, et ille deponatur, et illa a liminibus ecclesie arceatur. Item Gregorius.

Simul cum mulieribus sacerdotibus habitare non licet.

Oportet sacerdotes, quibus diuini templi commissus est cultus, magna constantia uigilare super diuinas oues, ne lupinis morsibus et diaboli stimulis lanientur. Neque uero hoc silere debeo, quod grauiter animum afficit, dico. Sacerdotes cum feminis habitare conspicio, quod nefarium est dicere uel audire, et contra sacrorum canonum sanctita. Ubi uero mulierum fuerit commorantium habitatio, antiquus hostis stimulare non desinit. Ideoque ammonendi sunt, ut non animi qui hostis fraude decipiantur, quatinus iuxta apostoli uocem non uituperetur ministerium nostrum. Cauere uero nos oportet, fratres, ab illicitis, ut mundas ualeamus ad deum leuare manus. Scriptum est uero: Sancti estote, quia ego sanctus sum. Si quis uero presumpserit aliter agere, sacerdotii sui honore priuetur. Unde omnino cauendum est, fratres, ne fallamur per illum, et illud prophetie impleatur in nobis dictum: Sacerdotes dei contaminant sancta et reprobant legem. Quos et alius propheta increpat dicens: Vos o sacerdotes qui fallitis nomen meum, et dixistis: In quo te fallimus nomen tuum? Quibus responsum est: Offertis ad altare meum panes pollutos. Non est mihi uoluntas in uobis, dicit dominus, et sacrificium non accipiam de manibus uestris, quia polluti estis. Item Simacho. De eodem.

Volumus ut sacerdotes prohiberi debeant, ne cum mulieribus consentiant, excepta dumtaxat matre et sorore et uxore, que caste regenda est. Idem in registro. Legitur quod beatus Augustinus nec De eodem. cum sorore habitare consenserit dicens: Que cum sorore mea sunt sorores mee non sunt. Docti grauis uiri cautela magna esse nobis debet instructio. Item ex viii. sinodo. De eodem.

Nobis obseruari conuenit, ut certis quibus et certo tempore et certo loco et certis personis uel apparere clerici uel loqui debeant mulieribus, ut excludatur omnis nefande suspicio. Certo solum ad solam accedere nulla religionis ratio permittit. Celebius uero duo cum uno simul uero et fidelius et tutius res geritur. Verum uni quod si accidit non esse quod exigat eum. Item ex concilio Carthaginensi iii.

Cum omnibus omnino clericis extranee De eodem. femine non cohabitent. Sed sole matres, auie et matertere, amite, sorores aut filie fratrum aut sororum, et quecumque ex familia domestica necessitate etiam antequam ordinarentur iam cum eis habitabant. Vel si filii eorum iam ordinatis parentibus uxores acceperint, aut seruis non habentibus in domos quas ducant aliunde ducere necessitas fuit. Item ex concilio Laodicensi.

Non oportet ministros altaris De eodem. uel et clericos quoslibet aut continentes cum mulieribus lauari. Lauacra hec omnia. Hic uero est apud gentiles prima reprehensio. Item Gregorius Januario episcopo Calaritano. De eodem.

Archidiaconum tuum ut audio habitare cum mulieribus prohibuisti, et nunc usque tua prohibitione despiciens qui non iussioni tue paruit, cum sacro ordine uolumus esse priuatum. Item ex concilio Toletano. Veniunt

Quando clerici legitimam ab episcopo quem apparuerunt non habentes coniugium extranee Illicita clericorum mulierum et ancillarum suarum consortia. quam interdicta sint consortia appetierint, quecumque clerici commonitio sit talis ab episcopo auferantur et uenundentur. Illis per episcopum religiosis ad penitentiam quos sua libidine infecerint. Item Siricius Himerio episcopo cap. xii. Non habitent cum clericis nisi quas necessitudo excusat.

[illegible]

Feminas non alias in domo clericorum esse patimur, nisi eas tantum quas propter solas necessitudinum causas habitare cum his eadem synodus Nicena permisit. Item ex concilio Affricano .iii. *Non nisi maiorum iussione ad feminarum domum clerici vel continentes accedant.* Clerici ad viduas vel virgines non ex iussu vel permissu episcoporum aut presbyterorum non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum clericis vel cum quibus episcopus aut presbyter iusserit. Nec ipsi episcopi aut presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi feminas, sed ubi aut clerici presentes sunt aut graves aliqui christiani. Item ex concilio Carthaginensi .iii. *Episcopi provideant ne occasione temporalium clericorum familia nimis vigilanter.*

Ad curam episcopi pertinet, nimis vigilanter sive presbyteri qui preest parrochie, si subintroducte virgines presbyteris et adolescentiores vidue vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subiciantur. Item.

Idque quolibet ... esse. *De eodem.* Sustententur ... assidue in Dei opere esse debent, ut et missis et orationibus sustentationem adiuvent. *De eodem.*

Generaliter et pauperibus et his qui suis manibus laborare non possunt, episcopus necessaria provideat. Unde in Aurelianensi concilio legitur. *De eodem.*

Episcopus pauperibus vel infirmis, qui debilitate faciente suis manibus laborare non possunt, victum et vestitum in quantum sibi possibile fuerit largiatur. Item in Norticum (?) per Eutropio Tolletano episcopo.

Qui voluptatem officio preponunt modis omnibus submoveantur.

D. LXXXII

Proposuisti quid de his observari debeat, quos in diaconii ministerio aut in officio presbyterii positos incontinentes esse aut fuisse generatio filiorum prodiderit. De his et manifesta divinarum legum disciplina et beate recordationis Siricii episcopi monita evidentia emanarunt, ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore ecclesiastico priventur, nec admittantur ad tale ministerium, quod sola continentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacre legis auctoritas, tam in ab initio custodita, quod in templo anno vices suas habitare precepti sunt sacerdotes, ut servientes sacris oblationibus purus et ab omni labe purgatus esse vendi-

cent divina misteria. Neque enim eos ad sacra officia fas sit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale consortium. Quia scriptum est: Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. Quibus utique propter sobolis successionem usus fuerat relaxatus, quia de alia tribu ad sacerdotium nullus fuerat iussus accedere. Quanto magis hi sacerdotes vel levite pudicitiam ex die ordinationis sue servare debent. Quibus et sacerdotium vel ministerium sine successione est, nec preterit dies qua vel a sacrificiis divinis vel baptismatis officio vacent. Nam sic Paulus ad Corinthios scribit dicens: Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi. Et hoc utique laicis precepit. Multo magis ergo sacerdotes, quibus et sacrificandi et orandi iuge officium est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere. Qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo merito exaudiri se posse credit? Cum dictum sit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nichil est mundum, sed coinquinata est eorum mens et conscientia. Sed forsitan hoc licere se credit, quia scriptum est: Unius uxoris virum. Non dixit hoc ut permaneat in concupiscentia generandi, sed propter continentiam futuram. Quod apostolus declarat dicens: Qui autem in carne sunt Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu. Sed et plane dispar est et diversa sententia. Nam si ad aliquos forma ecclesiastice vite pariter et discipline, que ab episcopo Siricio ad eas provincias commeavit, non probabitur pervenisse, his ignorantibus venia non negabitur, ita ut de cetero penitus incipiant abstinere, et ita gradus suos in quibus fuerint inventi retineant, ut eis non liceat ad potiora conscendere. Quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem se scisse formam vivendi missam a Siricio deteguntur, neque statim cupiditatis et libidinis abiecisse, illi sunt modis omnibus submovendi, qui post ammonitionem cognitam preponenda arbitrati sunt voluptatem. Item Siricius.

Plurimos sacerdotes. *De eodem.* Capitulum.

Plurimos sacerdotes Christi atque levitas, quos post longa consecrationis ...

[illegible]

[illegible]

nonis sue tempora. tamen de coniugibus propriis quidem et de turpi coitu sobolem didicimus perpetrasse. et crimen suum hac prescriptione defendere: quia in veteri testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat michi modo quisquis est ille sectator libidinum preceptorque viciorum. si existimat quod in lege moysi passim sacris ordinibus a deo nostro relaxata sint frena luxurie. cur eos qui sancta sanctorum committebantur premonet dicens. Sancti estote quia ego sanctus sum dominus deus vester. Cur et procul a suis domibus anno vicis sue in templo habitare iussi sunt sacerdotes. hac videlicet ratione ne vel cum uxoribus possent carnale exercere commercium. ut conscientie integritate fulgentes. acceptabile munus deo offerrent. Quibus expleto deservitionis sue tempore uxorius usus solius successionis causa fuerat relaxatus. quia non ex alia nisi ex tribu levi quisquam ad dei ministerium fuerat preceptum admitti. Quia aliquanti de quibus loquimur ut tua sanctitas retulit ignorantia lapsos se esse deflent. hiis hac conditione misericordiam dicimus non negandam: ut sine ullo honoris augmento in hoc a quo detecti sunt. quamdiu vixerint officio perseverent. Si tamen post hec continentes se studuerint exhibere. hii vero quos illicita privilegii excusatione nitimur. et se asserunt veteri hoc lege concessum. noverint se ab omni ecclesiastico honore quo indigne usi sunt. apostolice sedis auctoritate deiectos. nec umquam posse veneranda attrectare misteria. a quibus se ipsi dum obscenis cupiditatibus inhiant privaverunt. Et quia exempla presentia cavere nos premonent in futurum. si quilibet episcopus presbiter aut diaconus. quod non optamus fuerit talis inventus. iam nunc sibi omnem per nos indulgentie aditum intelligat obseratum. quia ferro necesse est ut abscidantur vulnera: que fomentorum non senserint medicinam. Qui autem propter peccatum iubentur deponi. post condignam penitentiam in suo ordine poterunt reparari. Unde in gangrensi concilio legitur. **Que penitentia sit imponenda sacerdoti: qui fornicatione convincitur.**

Presbiter si fornicationem fecerit quamvis secundum canones apostolorum debeat deponi: tamen iuxta auctoritatem beati silvestri pape. si non in vitio perduravit. si sua sponte confessus adiectus ut resurgeret. x. annis in hunc modum peniteat. Tribus siquidem mensibus a ceteris remotus pane et aqua a vespera in vesperam utatur. diebus autem dominicis et precipuis festis modico vino et pisciculis atque leguminibus recreetur. sine carne et sanguine ovis et caseo. sacco indutus humi adhereat die ac nocte iugiter misericordiam dei omnipotentis imploret. Finitis tribus mensibus conclusus exeat tamen in publicum non prodeat. ne grex fidelis in eo scandalum patiatur. Non enim debet sacerdos publice sicut laicus. Postea aliquantisper resumptis viribus. unum annum et dimidium in pane et aqua expleat. exceptis dominicis diebus et precipuis festivitatibus in quibus vino et sanguine ovis et caseo iuxta canonicam mensuram uti poterit. Finito primo anno et dimidio corporis et sanguinis domini nostri ne indurescat particeps fiat. et ad pacem veniat. et psalmos cum fratribus in choro ultimus canat. ad cornu altaris non accedat. iuxta beati clementis vocem minora gerat officia. Deinde vero usque ad impletionem. vii. annorum omni quidem tempore exceptis paschalibus diebus. tres legitimas ferias in unaquaque ebdomada in pane et aqua ieiunet. Expleto. vii. annorum circulo si fratres apud quos penitentiam eius condignam penitentiam laudaverint. episcopus in pristinum ordinem iuxta beati calixti pape auctoritatem eum revocare poterit. Sane sciendum est quia in sexta feria unum psalterium canendo aut unum denarium pauperibus dando. si opus est redimere poterit. finitis vii. annis deinde usque ad finem decimi anni. Sextam feriam nulla interveniente redemptione observet in pane et aqua. Eadem quoque penitentia erit sacerdoti de omnibus aliis peccatis et criminibus: que eum in depositionem adducunt. Ex hiis omnibus videtur honestum si sacerdos post lapsum digne ut supradictum est penitens ad pristinos redeat honores.

[illegible]

DLXXXII

DLXXXIII

[illegible]

hec negligentie est et cognouisse ad nos eum sine aliqua excusatione transmittere, ut quia sic graue nolle ab hijs que reprehensibilia sunt ualde uituperanda sunt corrigi. regularem in se ualeat districtionem sentire. Quod autem de mundicia castitatis sacerdotibus in ponitur, hoc et de quibuslibet altari deseruientibus intelligendum est. Unde in carthaginensi concilio .ij. legitur aurelius episcopus dixisse. **Qui sacramentis diuinis deseruiunt continentiam in omnibus seruent.**

Cum in preterito concilio de continentie et castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres constrictione quadam castitatis per consecrationem adnexi sunt. Episcopos inquam presbiteros et diacones ita placuit, ut condecet sacros antistites ac dei sacerdotes. nec non et leuitas uel qui sacramentis diuinis inseruiunt continentes esse in omnibus quo possint simpliciter quod a domino postulant impetrare. quod apostoli docuerunt et ipsa seruauit antiquitas. nos quoque custodiamus et ab uniuersis episcopis dictum est. omnibus placet. ut in omnibus et ab omnibus pudicitia custodiatur. qui altario deseruiunt. **Item ex concilio carthaginensi v.**

Cum de quorundam clericorum **De eodem.** quamuis erga uxores proprias incontinentia referretur. Placuit episcopos presbiteros et diaconos secundum priora statuta etiam ab uxoribus continere. Quod nisi fecerint ab ecclesiastico remoueantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi. sed secundum uniuscuiusque ecclesie consuetudinem obseruari debere. Similiter qui monogami episcopi esse iubentur. et ad reliquos ecclesiasticos ordines deriuari oportet. Unde siricius papa scribit himerio terraconensi episcopo. **Laica fit in communione decretum clericus. uiduam aut seruam ducens uxorem.**

Si quis clericus uiduam aut secundam duxerit uxorem. omni ecclesiastice dignitatis priuilegio mox denudetur. laicali communione concessa. quam ita demum possit possidere. si nichil dicitur postea propter quod hic carere debeat admiserit.

Presbiterorum uero nomen quasi a senectute sit sumptum. magis tamen maturitate uidetur sapientie quam canitie corporis. Unde anacletus papa. **Presbiteri seniores dicuntur non tam etate quam sapientia.**

Porro moyses preceptum ut eligat presbiteros .i. seniores. Unde et in prouerbiis dicitur. Gloria senum est canicies. hec uero canities sapientiam designat. de qua scriptum est. Hominum canities est prudentia. Cumque non generis et eo amplius annis ab adam usque ad abraham homines uixisse legantur. nullus alius prius appellatus est presbiter .i. senior nisi abraham qui multo paucioribus uixisse annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam etatem uel senectutem sed propter sapientiam presbiteri nominati sunt.

Hospitalitas uero usque adeo episcopis est necessaria. ut si ab ea inueniuntur alieni iure prohibeantur ordinari. Unde gregorius iohanni scribit episcopo. **Hospitalitatem nesciens non fiat episcopus.**

Florentinum archidiaconum ecclesie anchonitane qui ad episcopatum electus fuerat sacre scripture scientiam habere. sed in caritatis senio iam confractum accepimus. ut ad regiminis officium non possit assurgere. addiscentes et illum tam tenacem existere ut in domo eius amicus numquam ad caritatem introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem ecclesie qui similiter electus fuerat uigilans quidem homo dicitur. sed quantum asseritur psalmos ignorat. florentinum uero diaconum ecclesie rauennatis qui ab omnibus electus memoratur. sollicitum esse nouimus. sed qualis sit uirtutis omnino nescimus. Ideoque fraternitas tua una cum fratre nostro et coepiscopo nostro supradicte ecclesie armenio anchonitane uisitatore illuc festinet accedere. et diligenter de uita ac moribus singulorum requirere. si nullo sint crimine obnoxii. quos eos ad hoc officium ualeat accedere. Pariter et requirendum est si hic quos de prefato archidiacono dicitur est. quia numquam amicus domum eius ingressus est. si ita se ueritas habet. et utrum aut ex necessitate. aut ex tenacia talis sit. aut si ita est senex ut ad regendum non possit accedere. uel si tractis sacrosanctis euangelijs sic nobis nunciatum est. iusiurandum prebuit numquam se ad episcopatum accedere. sed de rustico diacono quos psalmos memoriter teneat. scrutandum est florentino autem diacono rauennati. si nullum crimen est sic diximus quod obsistat. ad episcopum eius necesse est agere.

[illegible]

D.LXXXV

[illegible]

...ut ei debeat accessione accedere. Sed tamen ex nostro mandato uel edicto [illegible] contra suam uoluntatem eum accedere uidetur.

Doctorem autem episcopum oportere esse, ne inferiorum culpe in eum refundantur, qui docendi officium accepit, quod exequi negligit uel nescit. Unde Leo episcopus scribit aquileiensi episcopo. *Negligentie rectorum culpe deputantur inferiorum.*

Inferiorum ordinum culpe ad nullos magis referende sunt quam ad desides negligentesque rectores, qui multam sepe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam. Item Leo episcopus Rustico Narbonensi episcopo. *Homines sunt diligendi peccata odio habeantur.*

Odio habeantur peccata, non homines. Corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, et quod seuerius castigare necesse est, non seuientis plectatur animo, sed medentis. Item Iohannes papa VIII. *Qui negligit emendare quod ualet, facientis culpam...*

Facientis proculdubio culpam habet, qui quod potest corrigere negligit emendare. Scriptum quippe est: Non solum qui faciunt, sed et qui consentiunt facientibus, participes iudicantur. Et liberat Dominus pauperem qui ab afflictis pellit aduersa, et negligere cum possit deturbare peruersos, nichil est aliud quam fouere; nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obuiare. Et probat se odisse uitia, qui condempnat errantes, nec relinquit sibi locum deuiandi, qui non pepercit excedenti. Et primus innocentie gradus est odisse nefanda, et latum pandit delinquentibus aditum, qui tangit et prauitate consensum. Et nichil prodest alium non puniri pro quo puniendus est alieno peccato.

Si autem in corripiendo quisque modum excesserit, non a subditis, sed a Domino ueniam petat. Unde Augustinus de uita clericorum. *Veniam a subditis non petat, qui in corripiendo modum excedit.*

Quando necessitas discipline moribus cohercendis dicere uos dura uerba compellit, si et ipsi modum uos excessisse sentitis, non a uobis exigitur, ut a subditis ueniam postuletis, ne apud eos quos oportet esse subditos, dum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda est uenia ab omnium Domino, qui nouit eos quos plus iusto forte corripitis, quanta beniuolentia diligatis.

In doctrina uero sacre scripture auctoritatem debet proferre, non secularium litterarum peritiam ostentare. Non enim episcopalis officii est grammaticam exponere, ne laudes Iouis proferantur ab ore pontificis. Unde Gregorius scribit Desiderio episcopo. *Sacram scripturam non grammaticam episcopus debet exponere.*

Cum multa nobis bona de studiis uestris fuissent nunciata, ita cordi nostro est nata letitia, ut negare ea que sibi uestra fraternitas concedendo deposcerat, minime ualeremus. Sed post hec peruenit ad nos, quod sine uerecundia memorare non possumus, fraternitatem uestram grammaticam quibusdam exponere. Quam rem ita moleste suscepimus, et sumus uehementius aspernati, ut ea que prius dicta fuerant, in gemitum et tristitiam uerteremus, quia in uno se ore cum Iouis laudibus Christi laudes non capiunt. Et quam graue nefandumque sit episcopum canere quod nec religioso conueniat, considera.

Liberalem quoque necessitatem patientibus sacerdotem esse oportet. Alias enim uacuum portabit nomen episcopi. Unde Gregorius scribit Seruo Dei Sedo [illegible] uir [illegible]. *Sine liberalitate inane portatur nomen episcopi.*

Fratrem nostrum Marinianum episcopum uerbis quibus ualeo excita, quia eum obdormisse suspicor. Dicatur illi ut cum loco mutet et mentem, nec sibi credat solam lectionem et orationem sufficere, ut remotius nichil studeat de manu fructificare; sed largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam suam credat, quia si hec non habet, episcopi uacuum nomen tenet.

In ipsa autem liberalitate modus adhibendus est, rerum et personarum. Rerum, ut non omnia uni, sed singulis quedam prestentur, ut pluribus prodesse possimus, iuxta illud prophete: Dispersit, dedit pauperibus. Personarum, ut primum iustis, deinde peccatoribus. Quibus dare tamen prohibemur, dare non quia homines sunt, sed quia peccatores. Unde Augustinus super Iohannem parte II. *Inmane peccatum est donare res suas histrionibus.*

Donare res suas histrionibus uitium est inmane, non uirtus, et scitis de talibus, quam sit frequens fama cum laude.

Quia laudatur peccator in desideriis anime sue, et qui iniqua gerit benedicitur. Idem in psalmo .c.ij. Graviter delinquunt qui venatoribus aliquid donant.

Qui venatoribus donant, quare donant? Donant nichil in quare donant venatori. Hoc in illo amant in quo nequissimus est. Hoc in illo pascunt. Hoc in illo vestiunt. Ipsam nequitiam publicant spectaculis omnium qui donant histrionibus, qui donant meretricibus, quare donant. Numquid non et ipsi hominibus donantur? Non tamen naturam ibi attendunt operis dei, sed nequitiam operis humani. Item. Qui venatori donat non homini, sed arti nequissime. Nam si homo tantum esset et venator non esset, non ei donares. Honoras in eo vicium, non naturam. Idem in psalmo .cxlviij. Gaudent homines venatores et delectantur. Ve miseris si se non correxerint. Qui enim vident venatorem et delectantur, videbunt salvatorem et contristabuntur. Et Ieronimus in psalmo octogesimo. Esau venator erat quoniam peccator erat. Et penitus non invenimus in scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem. Piscatores namque invenimus sanctos. Item Ambrosius in omelia de .xl. Quid prodest ieiunare miseris et luxuriari venantibus? Abstinere a cibis et errare peccatis? Item. An putas illum ieiunare frequenter qui primo diluculo non ad ecclesiam vigilat, non beatorum martyrum sancta loca perquirit, sed surgens congregat servulos, disponit retia, canes producit, saltus silvasque perlustrat? Servulos in quam secum pertrahit fortasse ad ecclesiam magis festinantes, et voluptatibus suis peccata accumulat aliena, nesciens reum se futurum tam de suo delicto quam de perditione servorum. Item Ambrosius in .i. libro de officiis. Que sunt in liberalitate servanda.

Non satis est bene velle, sed et bene velle facere. Nec tamen satis est benefacere, nisi id ex bono fonte procedat. Hoc est ex bona voluntate proficiscatur. Item. Perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur, ut primum operis circa domesticos fidei. Grandis culpa si sciente te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, famem tolerare, erumpnam perpeti, qui presertim egere erubescat, si in causam ceciderit aut captivitatis suorum filiorum aut calumpnie, et non adiuves, si sit in carcere aut in penis et suppliciis propter debitum aliquod aliquis iustus excrucietur. Nam si omnibus debetur misericordia, tamen iusto amplius. Si tempore afflictionis sue nichil a te impetret, si tempore periculi quo rapitur ad mortem plus apud te pecunia tua valeat quam vita morituri. Non est leve peccatum. Item. Donum non vult simul effundi opes, sed dispensari. Non forte ut Heliseus qui boves suos occidit et pavit pauperes ex eo quod habuit, ut nulla cura teneretur domestica, sed relictis omnibus in disciplinam se propheticam daret. Item. Est et alia probanda liberalitas, ut proximos seminis tui ne despicias, si egere cognoscas. Melius est enim ut ipse subvenias tuis quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitatis, non tamen ut illi ditiores fieri velint ex eo quod tu potes conferre inopibus. Causa enim prestat natura, non gratia. Non enim propterea te deo dedicasti ut tuos divites facias, sed ut tibi vitam perpetuam fructu boni operis acquiras, et precio miserationis peccata tua redimas. Putant se parum poscere. Pretium quetunt tuum, vite tue adimere fructum. Contendunt et accusant quod eos divites non feceris, cum te velint illi vite tue mercede fraudare. Item. Considerandum est etiam in largiendo etas atque debilitas, nonnumquam etiam verecundia que ingenuos prodit natales, ut senibus plus largiaris qui sibi iam victum nequeunt querere. Similiter et debilitas corporis promptius est iuvanda, tum si quis ex divitiis ceciderit in egestatem, et maxime si non suo vicio, sed aut latrociniis aut proscriptione aut calumpniis que habebat amisit. Item. Pulcra liberalitas est etiam in ipso quoque pauperis dato mensuram tenere, ut habundes pluribus, non conciliandi favoris gratia ultra modum fluere. Quicquid enim ex affectu puro ac sincero promitur, hoc est decorum. Non superfluas edificationes aggredi, non pretermittere necessarias, et maxime sacerdoti. Hoc convenit ornare dei templum honore congruo, ut etiam cultu aula domini resplendeat, impensas misericordie frequentare, quantum oportet largiri peregrinis non superfluas, sed competentes.

Item. Compatiamur itaque alienis calamitatibus, necessitates aliorum quantum possumus iuvemus, et plus interdum quam possumus. Melius est enim nos prestare pro misericordia et invidia pati, quam pretendere inclementiam. Nos aliquando invidiam incidimus quod confregimus vasa mistica, ut captivos redimeremus. Idem super Lucam. Singulis quoque generibus hominum conveniens tribuit sanctus Iohannes baptista responsum, unum hominibus, ut publicanis ne ultra prescriptum exigant. Militibus ne calumpniam faciant, predam ne requirant, docens idcirco stipendia constituta militie, ne dum sumptus queritur predo grassetur. Sed hec et alia officiorum precepta propria sunt singulorum. Misericordie communis est usus. Ideo commune preceptum omnibus officiis, omnibus etatibus necessaria et ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola, non urbanus, dives, pauper; omnes in commune ammonentur ut conferant non habenti. Misericordia enim plenitudo virtutum est, et ideo omnibus est posita perfecte forma virtutis, ne vestimentis alimentisque suis parcant. Misericordie tamen ipsius pro possibilitate conditionis humane mensura servetur, ut non sibi unusquisque totum eripiat, sed quod habet cum paupere partiatur. Idem. Certum mandatum dei est ut prepascas parentes. Nam si iuxta divinum oraculum contumelia patris morte luitur, quanto magis fames quam multo gravior est? Quo loco insolentem dominus infrenat iactantiam. Item in libro de officiis. Pasce fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem servare poteris, si non pavisti occidisti. Item Ieronimus. Qui clementiam non habet nec indutus est visceribus misericordie et lacrimarum, quamvis spiritualis sit, non adimplet legem Christi. Similiter et oportet episcopum non esse percussorem, id est ad vindictam facilem. Unde Gregorius scribit Iohanni episcopo Corinthiorum. Ad vindictam facilis episcopus esse non debet.

Si quid vero de quocumque clerico ad aures tuas pervenerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas, nec ad vindictam te res accendat incognita. Sed presentibus fratribus tuis senioribus est veritas diligenter perscrutanda, et tunc si qualitas rei poposcerit canonica districtio culpam feriat delinquentis. Item Ianuario episcopo. De quodam episcopo ante missarum sollempnia die dominica ad exarandam messem cuiusdam profectus est.

Tanta nequitia ad aures meas de tua senectute pervenit, ut eam nisi humanitus pensaremus, fixa iam maledictione feriremus. Dictum quippe mihi est quod dominico die priusquam missarum sollempnia celebrares ad exarandam messem laboris presentium perrexisti, et post exarationem eius missarum sollempnia celebrasti. Post missarum sollempnia etiam terminos possessionis eius eradicare minime timuisti. Quam scilicet quod pena debeat sequi omnes qui audiunt sciunt. Dubii autem de tanta presumptione fuimus, sed filius noster Cyriacus abbas a nobis requisitus ita se prohibuit cognovisse. Et quia adhuc canis tuis pepercimus, hortamur aliquando resipisce miser senex, atque a tanta levitate morum et operum perversitate compescere. Et quanto morti vicinior efficeris, tanto sollicitior atque timidior esse debes. Et quidem sententia pene fuerat in te iaculanda, sed quia simplicitatem tuam cum senectute tua cognovimus, interim tacemus. Eos vero quorum consilio hec egisti in duobus mensibus excommunicatos esse decrevimus, ita ut si quid eis intra duorum mensium spatium humanitus evenerit, benedictione viatici non priventur. Deinceps autem ab eorum consiliis cautius existe. Vel percussor esse prohibetur, ne videlicet propriis manibus aliquem cedat. Unde in Agathensi concilio legitur. De eodem.

Non liceat episcopo manibus suis aliquem cedere. Hoc enim a sacerdote alienum esse debet. Prohibetur etiam episcopus turpis lucri esse cupidus, ne aliquo inhonesto mundano negotio vel etiam necessaria sibi velit querere. Quod generaliter etiam de omnibus divino cultu mancipatis, id est clericis vel monachis intelligi oportet. Unde in concilio Calcedonensi legitur. Quod connumerati in clero turpibus non deserviant lucris.

Pervenit ad sanctam synodum quod de hiis qui in clero numerantur quidam propter turpis lucri gratiam aliorum possessio

nium conductiones et sclarium causas su-
scipiant, et a sacris officiis se pro desidia
separant. ad domos autem secularium oc-
currunt. et substantiarum earum gubernationes
avaricie causa suscipiunt. Decrevit igitur
magna et sancta sinodus neminem hor-
deinceps, hoc est episcopum sive clericum aut mo-
nachum, conducere possessiones aut misceri
secularibus procurationibus, posse nisi forte
quod legibus et ad minorum etatum tutelas
sive curationes inexcusabiles contrahuntur,
aut cui ipsius civitatis episcopus ecclesiastica-
rum rerum commiserit gubernacula, et
orphanorum atque viduarum que indefense
sunt, aut earum personarum que maxime ecclesiastico
indigent adminiculo propter timorem dei.
Si quis vero transgressus fuerit hec pre-
cepta, ecclesiastice correctioni subiaceat.
Viduis autem et orphanis ecclesie pre-
sidium implorantibus episcopi debent adesse,
et contra improborum violentias protectionis
presidium eis negare non debent. Unde
Gelasius papa Geruntio et Petro episcopis.
Implorantibus patrocinium ecclesie episcopi
liter omnibus debent adesse.
Sperantibus non debeamus quantum possu-
mus patrocinium nostrum negare. tam
plus viduarum causis et pensius dicuntur
exequendas. quas tueri a nobis vel ab
omnibus divina manifestat assertio.
Idem Anastasio episcopo. De eodem.
Desolatis propter defensionis auxilio et
qui suis actibus preesse pro etatis in-
firmitate non possunt, exorantibus decet
pontificem subvenire. quia pupillis tui-
tionem et viduis divinitas iussit impendi.
et ideo Maximo et Ianuario clericalis
officii qui solatiis parentum vel propin-
quorum se asserunt destitutos, auxili-
um ex vestra delegatione prebebis, ut adver-
sus improbitates adversariorum suorum pre-
cum tue executionis annisu, noxia com-
menta non sentiant. Idem Laurentio
et Petro episcopis. De eodem.
Quisquis in suis negotiis nostri nominis
intercessione sperat sibi remedia pos-
se conferri, prona nos convenit animosi-
tate prestare. Idem Honorio episcopo.
Divine retributionis De eodem.
tionis memor ad pontificalem
conscientiam pertinere non am-
bigas, egentium commodis pi-
am sollicitudinem non negare.

Idem Fortunato episcopo. Tutelas ecclesia que si
Irreligiosum prorsus et crudelitas sine vi-
bile videamus. si quisquam de ecclesie
statutos vel exticios in sua vita pri-
one susceptos, non omni fide, et tota animi
sui educaverit sollicitudine. At cum Olimpi-
diaconus dilectionis tue Felicis atque O-
limpii suggerat aliquantulus, eosque
parvulos tutele tue suscepit nutri-
endos velut latrocinium est iudicandum.
quod eos bonus clericus parentum sicut
asseritur reliquit extorres alia re-
tinendo alia contra leges et iura ve-
dendo. Item ex concilio Aurasico. Confu-
gientes ad ecclesiam tradere non licet alicui.
Eos qui ad ecclesiam confugiunt tradi non
oportet, sed loci sancti reverentia et inter-
cessione defendi. Si quis autem man-
cipia clericorum pro suis mancipiis ad
ecclesiam confugientibus crediderit occupan-
da, per omnes ecclesias districtissima damp-
natione feriatur. In ecclesia quoque
manumissos et per testamentum ecclesie
commendatos, si quis in servitutem vel
obsequium vel ad colonariam conditio-
nem revocare temptaverit, animadversi-
one ecclesiastica coherceatur. Item ex concilio
Agatensi. In libertate ecclesia tue-
atur libertos. Libertos legi-
time a dominis suis factos ecclesia si necessi-
tas exegerit tueatur. Quod si quis
ante audientiam aut pervadere aut expo-
liare presumpserit, ab ecclesia repellatur.
Item in concilio Toletano. iiij. A sacerdo-
tibus defendantur liberti, qui in ser-
vitutem revocantur.
Liberi qui-
a quibuscumque manumissi sunt atque
ecclesie patrocinio commendati existunt, sic-
ut regule antiquorum patrum constituerunt,
sacerdotali defensione a cuiuslibet in-
solentia protegantur, sive in statu liber-
tatis eorum, sive in peculio quod habere
noscuntur. Item ex concilio Toletano.
Expositos defendat ecclesia si quis eo-
rum calumpniator extiterit.
Si expositus ante ecclesiam cuiuscumque
fuerit miseratione collectus, contestationis
ponatur epistola, ut si is qui collectus
est intra decem dies quesitus agnitus-
que non fuerit, securus habeat qui collegit.
Sane qui post predictum tempus calumpnia-
tor extiterit, ut homicida ecclesiastica di-
strictione dampnabitur.

D. LXXXVIII

Sicut patrum sanxit auctoritas.

Prohibentur ergo clerici cupiditatis negotia suscipere, nisi pietatis causa viduis et orphanis impendere. Unde Melchiades papa. *De eodem.*

Decrevit sancta synodus nullum deinceps clericum aut possessiones conducere, aut negotiis secularibus se permiscere, nisi propter curam aut pupillorum aut orphanorum aut viduarum, aut si forte episcopus civitatis ecclesiasticarum rerum sollicitudinem eum habere praeceperit. Ubi patet quod alia sunt negotia secularia, alia ecclesiastica. Nonne Moyses in seculo erat, cum crebro intrans tabernaculum et exiens, qui intus contemplatione rapiebatur, foris infirmantium negotiis urgebatur. Sic et Iacob angelos ascendentes et descendentes vidit, quia rectores ecclesiae non solum contemplando ascendunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Et dum sacerdotes horum facta imitantur, et se custodiunt, et subditorum onera portant. Item Gelasius papa. *De eodem.*

Consequens est ut illa quoque quae de Picenis presbyteris nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non praetereunda putarentur: plurimos clericorum negotiationibus inhonestis et lucris turpibus imminere, nullo pudore censentes euangelicam lectionem, quod ipse Dominus negotiatores ex templo verberatos asseritur expulisse, nec apostolica verba recolentes, quibus ait: Nemo militans Deo implicat se secularibus negotiis. Psalmistam quoque David surda dissimulantes aure cantantem: Quoniam non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini. Proinde huiusmodi aut ab indignis post hoc quaestibus noverint abstinendum, et ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio cupiditateque cessandum, aut in quocumque gradu sunt positi mox a clericalibus officiis cogantur abstinere, quia domus Domini domus orationis et esse debet et dici, ne per officinam negotiationis potius fiat latronum spelunca. Item ex canone apostolorum. *In sacris ordinibus constituti seculares curas assumere non debent.*

Episcopus aut sacerdos aut diaconus nequaquam seculares curas assumant, sin aliter, deiciantur. Item Gregorius Romano defensori.

Episcopus secularibus causis occupari non debet.

Pervenit ad nos reverentissimum fratrem nostrum Basilium episcopum velut unum de laicis in causis secularibus occupari, et praetoriis inutiliter deservire. Quae res quia et ipsum vilem reddit, et reverentiam sacerdotalem annichilat, statim ut experientia tua hoc praeceptum susceperit, ad revertendum eum districta executione compellat. Quatinus ei illuc insistente quinque diebus sub qualibet excusatione immorari non liceat. Ne si quolibet modo eum amplius ibidem moram habere permiseris, tu ipse apud nos graviter incipias esse culpabilis. Item ex concilio Carthaginensi IIII.

Testamentorum tuitionem et curam rei familiaris episcopus non suscipiat.

Episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat. Item ex eodem. *De eodem.*

Episcopus nullam rei familiaris curam ad se revocet, sed lectioni et orationi et verbo praedicationis tantummodo vacet. Item ex eodem. *De eodem.*

Episcopus gubernationem viduarum et pupillorum et peregrinorum non per se ipsum, sed per archipresbyterum aut archidiaconum agat. Item Gregorius Quartino expraefecto.

Romanorum causam aliquis assumere non debet.

Inutile et valde laboriosum est hominem lucrari ratiocinio rerum causas assumere, et in eis quae non expediunt se obligare. Item Ieronimus.

Fugiendus est clericus negotiator.

Negotiatorem clericum et ex inope divitem et ex ignobili gloriosum quasi quandam pestem fuge. Item Augustinus in libro questionum veteris et novi testamenti.

Clerico negotiari non licet.

Fornicari hominibus semper non licet, negotiari vero aliquando licet, aliquando non. Antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari; facto autem non licet. Item Cyprianus.

Nomine sacerdotis careat, qui dei ministros a suis avocat officiis.

Neque apud altare dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes et ministros voluerunt avocare. Et ideo Victor cum contra formam nuper in concilio a sacerdotibus datam Geminium Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere, non est quod pro eius dormitione

eius fiat oblatio. aut aliqua deprecatio pro nomine eius frequentetur in ecclesia. ut sacrorum decretum religiose et necessarie factum. servetur a nobis.

Domini quoque sic oportet episcopum esse bene propositum, ut quedam inde quodammodo future dispensationis argumenta assumantur. In dispensatione vero ecclesie hanc regulam observandam novit. ut nulli quantumlibet exercitate persone duo simul officia committat. neque secularibus viris res ecclesiasticas gubernandas committat. Unde Gregorius scribit omnibus episcopis. Uni persone duo non committantur officia.

Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibuscumque personis sigillatim committi iubemus. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus omnia autem membra non eundem actum habent. ita in ecclesie corpore multa membra sunt. secundum veridicam Pauli sententiam. in uno eodemque spirituali corpore conferendum est. Hoc officium uni alii committendum est illud. Neque enim quantumlibet exercitate uni persone uno tempore duarum rerum officia committenda sunt. Quia si totum corpus oculus ubi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diversa officia. et robur corporis servatur. et pulchritudinem representat. ita varietas personarum per diversa nichilominus distributa officia. et fortitudinem et venustatem sancte Dei manifestat ecclesie. Et sicut indecorum est. ut in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio: ita nimirum noxium simulque turpissimum est. si singula rerum ministeria: personis totidem non fuerint distributa. Item Gregorius Archemio subdiacono. Quilibet episcopi vicedominum et yconomum habeant.

Volumus ut frater noster Pascasius et vicedominum sibi et maiorem ordinet domus. quatinus possit vel hospitibus supervenientibus vel causis que eveniunt. idoneus et paratus existere. Si vero eum negligentem perspicis: vel ea que diximus implere differentem. omnis clerus eius adhiberi debet. ut communi consilio ipsi eligant. quorum persone ad ea que predximus valeant ordinari.

Hinc colligi potest archidiaconi electionem: a cuncto clero. si episcopus negligens vel differens fuerit. fieri canonice posse.

Officium vicedomini est episcopium disponere. Unde Gregorius papa Clementine patricie per alia. Quid sit officium vicedomini.

Diaconum vero Anatholium quem ad nos dirigi poposcistis. hoc nos non facere posse cause magis modus. quam rigoris auctoritas facit. Vicedominum autem constituimus. cuius arbitrio episcopium commisimus disponendum. Item ex concilio Calcedonensi. De eodem.

Quia in quibusdam ecclesiis sicut ad nos pervenit sine yconomo episcopi res ecclesiasticas tractant. placuit omnes ecclesias tenentes episcopos et habentes et yconomos habere proprio clero. qui gubernet res ecclesie cum arbitrio sui episcopi. ita non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarum. neque ex hoc eveniat res eiusdem ecclesie dispergi. et sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis hoc non observaverit divinis subiaceat regulis.

Item Gregorius papa Iohanni Caralitano episcopo. Secularibus viris res ecclesie non committantur.

Indicatum est nobis quod laicis quibusdam curam vestri patrimonii commiseritis. qui per immodum in rusticorum vestrorum depredationibus atque ex fatigationibus fuere deprehensi. quod si ita est. districte a vobis discuti convenit atque ut eos rusticos exactores tam examinare fabulis. et quicquid fraudis inventum fuerit. cum pena legibus statuta reddere compellantur. De cetero vero cavendum est a fraternitate vestra: ne secularibus viris atque sub regula vestra non degentibus ecclesiasticas res ecclesie committantur. sed probatis de vestro officio clericis. in quibus si quid reprehensionis fuerit potestis: ut in subditis emendare. quod illicite gestum fuit: valeatis. quo videlicet apud vos habitus sui officium magis convenienter accommodaverit quam miscuerit quam accusent. Propinquis et per favorem sibi coniunctis ecclesiastica officia episcopus committere non audeat. Unde in Toletano concilio. legitur: Ecclesiastica officia episcopi non committat propinquis vel favore coniunctis sibi.

Decrevit omnibus placet in presenti tale presenti sancto et non est decreto faciendum. Quicumque igitur pontificum deinceps. aut sanguine propinquis. aut favo

re persone quibuscumque et cunctis tali lucra emendare temptauerit. ad suum nephande presumptionis exitium. et quod iussum fuit reuocetur. in irritum. et qui ordinauit annuę excommunicationi subiaceat. Que uero ablata forsitan fuerint ab eo quadrupliciter reddantur in duplum. Porro ipsa officia quomodo sint uiliter distinguenda. et non uni persone omnia committenda. ex auctoritate Gregorii. et ex auctoritate Bonifacii datur intelligi. Graduum et ordinum distributio ecclesiasticam unitatem conseruat.

Ad hoc dispositionis prouisio gradus diuersos et ordines constituit esse distinctos. ut dum reuerentiam minores exhiberent potioribus. et potiores minoribus dilectionem impenderent. et uera concordia fieret. et ex diuersitate contextio. et recte officiorum gereretur administratio singulorum. Neque uniuersitas alia poterat ratione subsistere. nisi huiusmodi magnus eam differentie ordo seruaret. Quia uero creatura in una eademque qualitate gubernari uel uiuere non potest. celestium militiarum exemplar nos instruit. quia dum sunt angeli sunt archangeli. liquet quia non equales sunt. sed in potestate et ordine sicut nostis differt alter ab altero.

Religiosus quis prohibetur ordinari. qui qui sua potestate discordantes ad concordiam deberet trahere. quia oblationes dissidentium prohibentur recipere. nec quisquam litigandi facultate alios ad dissidium debent prouocare. Unde in cartaginensi concilio iiii. legitur Clerici discordantes reuocentur uel deiciantur.

Discordantes clericos episcopus uel auctoritate. ratione uel potestate ad concordiam trahat. Inobedientes sinodus per audientiam dampnet. Item ex eodem. Dissidentium fratrum oblationes in ecclesia non recipiantur.

Oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario neque in gazophilacio recipiantur. Similiter dona eorum qui pauperes opprimunt a sacerdotibus refutanda sunt. Item Ciprianus. Ecclesiam esse comprobatur qui pacem et

Neque ad caym primo non habet.

Neque ad munera eius deus respexit. Neque enim habere deum pacatum poterat

quod cum fratre non pacem sed zeli discordiam habebat. Quales se quod pace permittunt inimici fratrum qui sacrificia celebrare se credunt. emuli sacerdotum. Secum esse Christum cum collecti fuerint opinantur. hii qui extra ecclesiam Christi colligunt. Tales et si occisi in confessione nominis Christi fuerint. macula ista nec sanguine abluitur. inexpiabilis et grauis culpa discordie. nec passione purgatur. Item ex viii. sinodo. Murmurantes a fratrum unitate alieni.

Alienus sit a fratrum unitate qui efficitur murmurator. et opus huius abiciatur. qui murmurans extiterit. ne penam murmurantis incurrat. De qua apostolus dicit. Neque murmurauerint sicut quidam eorum murmurauerunt et perierunt ab exterminatore. Iuxta mensuram namque operis peccator qui in hac sententia apostoli plenius declaratur sacerdotis iudicio peniteat. Item ex eodem. Corripiantur qui rixas et contentiones amant.

Si quis monachus contentiones et rixas amauerit. uel manifestum fratrum contubernium irriserit: iuxta arbitrium rectoris modumque peccati. diuturna expietur penitentia. Item. Qui contentiosus aut murmurans extiterit: sub arbitrium prioris tam diu peniteat quamdiu culpe qualitas exegerit. Item ex concilio cartaginensi iiii. Dissidentes episcopi ad concordiam redire cogantur.

Dissidentes episcopos si non timor dei: sinodus reconciliet. Item ex eodem. De eodem.

Studendum est episcopis: ut dissidentes fratres siue clericos. siue laicos. ad pacem magis quam ad iudicium cohercent. Item ex eodem. Non recipiantur dona eorum qui pauperes opprimunt.

Eorum qui pauperes opprimunt donaria a sacerdotibus sunt refutanda. Item ex concilio agathensi. De ceu alienentur fidelium: qui ad concordiam redire placuit et recontempnunt.

Placuit et ut sicut plerumque fit quicumque odio aut longinqua inter se lite dissenserint. et ad pacem reuocari diuturna obstinatione nequiuerint. a sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur. Qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint de ecclesie cetu iustissima excommunicatione pellantur. Item Fabianus papa. Iudeis maledictus alterius qui fratri suo reconciliari non uult.

Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo satisfacienti eo qui contri

[illegible]

stant. acrius macetur inedijs usque dum grauanti animo satisfactionem recipiat. Item innocentius papa .ii. decod.

Dampnum proprie dignitatis incurrunt episcopi qui ad emendationem pacem negligentes existunt.

Precipimus ut episcopi ad solum deum et ad salutem populi habentes respectum omni tepiditate se posita ad pacem firmiter tenendam. mutuum sibi consilium et auxilium prebeant. Nec hoc alicuius amore uel odio pretermittant. Quod si quis in hoc dei opere tepidus inuentus fuit, dampnum proprie dignitatis incurrat. Item uictor papa.

Pellendi sunt a communione fidelium qui sibi inuicem reconciliari nolunt.

Perlatum est ad sedem apostolicam aliquos uestrum nolle fratribus uelle. et ut cadant decertare. similiter in sacramentis discrepare. et ob id contentiones et emulationes inter uos fieri a quibus dissentionibus uos auertere et in hijs omnibus concordare et opem ferre uestri mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis et inuicem reconciliari non studueritis ab apostolice sedis et totius ecclesie communione uos pelli non dubitetis.

Qui autem turpi lucro uel inhonesto negotio uictum sibi querere prohibentur de oblationibus ecclesie stipendia consequatur. Quod si ei ecclesia sufficere non potest, proprio artificio uel agricultura exemplo apostoli qui de labore manuum uiuebat. sibi necessaria inueniat. ita tamen ut occasione sui operis ecclesie uigilijs non desit. quia absque inequalitate sui corporis. nulli impugne concedit. Unde gelasius papa.

Corripiantur clerici qui matutinis officijs et uespertinis se subtrahunt.

Clericus frater et coepiscopus noster conqueritur clericos suos contra canones superbire. et id quod nobis iubentibus factum in sermone cautione promisit. ut cotidianis diebus uigilie in eius celebrentur ecclesia. illis contempnentibus implere non posse. sed magis unumquemque suis postpositis ecclesie seruicio uacare negotijs. et id experientia tua eos quos esse contumaces ostendit. debita obiurgatione compesce. et modis omnibus uigilijs uacare compelle. Unde in eodem concilio carthaginensi legitur.

Sine officij sui detrimento clericus sibi artificiolo necessaria querat.

Clericus uictum et uestitum sibi artificiolo uel agricultura absque officij sui dumtaxat detrimento paret. Clericus uero qui absque corpusculi inequalitate uigilijs deest stipendio priuatus excidatur. Item ex eodem. De eodem.

Clericus quilibet uerbo dei eruditus artificio uictum querat. Item. Omnes clerici qui ad operandum ualidi sunt. et artificiola et litteras discant. Qui uero non per emendo aliquid in nundinis uel in foro deambulant: ab officio suo degradentur. Item. Emptores autem ab officio declinantes uel negligentius agentes ab officio suo remoueantur. Item ex concilio aurelianensi. De eodem.

Clerici qui ad opus sanctum adesse contempserint: secundum arbitrium episcopi ecclesiasticam disciplinam suscipiant. De eodem.

Cum autem ad ecclesiam ueniunt. corde magis quam uoce deo cantandum meminerint. Unde ieronimus in epistola ad ephesios.

Corde non uoce deum laudare debe[n]t.

Cantantes et psallentes in mentibus cordibus uestris domino. audiant hoc adolescentuli. audiant hij quibus in ecclesia psallendi est officium. deo non uoce. sed corde cantandum. Nec in tragediarum modum guttur et fauces medicamine liniende sunt. ut in ecclesia theatrales moduli audiantur.

Ab officio autem cantandi et psallendi diacones inueniuntur excepti. ne dum uocis modulationi studeant. altaris ministeria negligant. Unde gregorius.

Canendi officium sibi diacones non usurpent.

In sancta romana ecclesia dudum consuetudo ualde est reprehensibilis exorta. ut quidam ad sacri altaris ministerium cantatores eligantur. et in diaconatus ordine constituti modulationi uocis inseruiant. quos ad predicationis officium et elemosinarum studia uacare congruebat. Unde fit plerumque ut in sacro ministerio. ut dum blanda uox queritur. congrua uita negligatur. et cantor dominum ministri moribus stimulet. cum populum uocibus audacter delectet. quod de re presen

[illegible]

D. XCI

D. XCII

[illegible]

decreto constituimus, ut in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque euangelice predicationis officium inter missarum sollempnia exsoluant. psalmos uero ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos uel si necessitas exigit per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum uenire temptauerit anathema sit.

A quibus ordinandos imminens esse oporteat breuiter monstratum est. de quorum uero manibus debeant suscipere ordines facile patet. Sacerdotes enim et omnes infra episcopum constituti ab episcopo debent ordinari. Unde Martinus papa in concilio suo. **Qui ab episcopo suo non ordinantur: in pulpito non psallant uel legant.**

Non liceat in pulpito psallere. nisi qui ab episcopo ordinati sunt lectores. De episcopis autem a quibus uel in quibus locis debeant ordinari. supra diffinitum est. Nunc autem queritur de hiis qui ordinati a parrochia sua non recipiuntur. uel pro aliqua causa eas adire noluerint. an in alterius parrochia episcopale possint officium celebrare. De hiis in concilio Martini pape sic statutum inuenitur. **Sacerdotis tantum officium agat episcopus: qui in sua parrochia**

Si quis ordinatus **a non recipitur.**
episcopus contemptione populi aut per aliquam rationem non pro sua culpa in parrochiam que ei fuit tradita non ierit. Hunc honore sacerdotii oportet tantum modo contingere. ita ut de rebus ecclesie in qua conuenit nichil presumat. Sustineat autem quidquid de eo sancta synodus iudicare uoluerit.

Item ex concilio anthioceno. **De episcopo ordinato quem sua parrochia non recipit.**

Si quis episcopus ordinatus ad parrochiam cui electus est minime accesserit: non suo uitio. sed quod eum aut populus uetet. aut propter aliam causam: non tamen eius uitio prouenientem. Hic et honoris sui et ministerii particeps. dum modo rebus ecclesie ubi ministrare cognoscitur. in nullo molestus existat. quod et obseruare conuenit, quidquid synodus prouincie iudicando decreuerit.

Item ex concilio anciriano. **A sua parrochia non recepti aliis molesti esse non contendant.**

Si qui episcopi ordinati sunt nec recepti a parrochia in qua fuerant denominati noluerintque alias occupare parrochias. et uim presulibus earum inferre seditiones aduersus eos excitando. eos abici placuit. Quod si uoluerint in presbiterii ordine ubi prius fuerant ut presbiteri residere non abiciantur a propria dignitate. Si autem commouerint seditiones ibidem constitutis episcopis presbiterii quoque honor talibus auferatur. fiantque dampnatione notabiles. Item ex concilio antioceno. **Communione priuetur episcopus qui sibi commissam ecclesiam adire neglexerit.**

Si quis episcopus per manus impositionem episcopatum accepit. et ministerium commissum subire neglexerit. nec acquieuerit ire ad ecclesiam sibi commissam. hunc oportet communione priuari. donec suscepit coactus officium. aut certe de eo aliquid integre decreuerit eiusdem prouincie sinodus sacerdotum. Item ex eodem. **Sine consilio integri ordinis uacantem ecclesie episcopus non ordinet.**

Si quis episcopus uacans in ecclesiam non habentem episcopum subrepit. et sedem ipsam sine consilio integri ordinis inuaserit. et si populus quem seduxit desideret illum tamen alienum ab ecclesia esse oportet. Integrum autem et perfectum consilium dicimus illud cui metropolitanus episcopus interfuit.

Quod autem superius dictum est uigiliis subtrahentes se excommunicari iubentur. de hiis intelligendum est. qui ab episcopo frequenter moniti negligentiam suam corrigere contempnunt. Unde in concilio Martini pape. **Excommunicetur clericus qui ab episcopo commonitus matutinis uel uespertinis horis adesse neglexerit.**

Si quis presbiter aut diaconus uel quilibet clericus ecclesie deputatus si in quolibet loco fuit in quo ecclesia est et ad cotidianum psallendi officium matutinis uel uespertinis horis ad ecclesiam non conuenerit, deponatur a clero. si tamen castigatus ueniam ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

Obediam autem inferiores ex ordine superioribus debent. Summo enim pontifici ea debetur ab omnibus obediencia ut nulli liceat ei con

erit. cui p actib; suis ipse minime credetur, nec in ecclesia esse poterit, qui eius cathedram deserit. Unde beatus petrus princeps apostolorum in ordinatione clementis alloquens ipsum inter cetera ait. **Cui pro actibus prauis apostolicus inimicatur communicandum non est. ut non debemus.**

Siste clemens alicui pro actib; suis iratus nos nolite expectare. ut ipse uobis dicat cum illo nolite amici esse. sed prudenter obseruare debetis. et uoluntati eius sine commonitione obsecundare. et auertere uos ab eo cui ipsum sentitis aduersum. sed nec loqui hiis quibus ipse non loquitur. ut unusquisque qui in culpa est. dum cupit omnium uestrum amicitias habere. festinet citius reconciliari ei quibus omnibus presidet. ut per hoc redeat ad salutem. cum obedire ceperit monitis presidentis. Si quis uero amicus fuerit hiis quibus non loquitur. Unus est ipse ex illis. qui exterminare ecclesiam dei uolunt. et cum corpore uideatur esse uobiscum mente tamen et animo contra uos est. et est multo nequior hostis. hic quam illi qui foris sunt. et euidenter inimicantur. Hic nam per amicitiarum speciem. que inimica sunt gerit. et ecclesiam dispergit et uastat. Idcirco ut effecta certior caritas uestra sollicitius deinceps agere studeat. et caueant ne presumptores et insideles homines ledendi fideles et beniuolos habeant facultatem. **Item gregorius. A nullo debet suscipi quem magna romana**

Maximus uero de sua **ecclesia depellit.**

Qui in tanto salonitane ecclesie clero ac plebe uno duo et sacris ordinibus inueniri fratres. scilicet et coepiscopus noster paulinus. et dilectissimus meus filius honoratus archidiaconus eiusdem ecclesie qui communicare maximo sacerdotium rapienti minime consentirent. et se sanos esse cognoscerent. Debuistis enim filii karissimi pensare ordines uestros et quem sedes apostolica repellebat repulsum cognoscere. ut prius si posset ab illatis criminibus mundaretur. et tunc ei uestra dilectio communicaret. ne preceps obligationis existeret. **Item stephanus. Non est in ecclesia qui cathedram petri non**

Qui cathedram petri super quam **sequitur.** ecclesia fundata est deserit in ecclesia se esse non confidat. **Ce** Episcopi qui apostolice ordinationi subiacent. et hanc reuerentiam debent ut singulis annis apostolorum liminibus se representent. Unde anacletus et zacharias papa. **Singulis annis apostolorum limina episcopi uisitent qui iuxta apostolice ordinationi subiacent.**

Iuxta sanctorum patrum et canonum instituta. omnes episcopi qui huiusmodi apostolice sedis ordinationi subiacent. qui propinqui sunt. annue circa idus maii. sanctorum apostolorum principum petri et pauli. liminibus representent. omni occasione seposita. Qui uero de longinquo cirographum suum impleant. Qui autem huic institutioni contemptor extiterit. preter quam si egritudine fuerit detentus. sciat se subiacere canonicis sententiis. **CR** eliqui uero in ecclesia minores maioribus semper debent subesse. Unde in sinodo sanctus siluester ait. **Minores maioribus obedientiam exhibeant.**

A subdiacono usque ad lectores **beati.** omnes subditi sint. Diacono cardinali urbis et reuerentissimo in ecclesia representanti ei honorem. Porro pontifici presbiter. presbitero diaconus. diacono subdiaconus. subdiacono acolitus. acolito exorcista. exorciste lector. lectori hostiarius. hostiario abbas. abbati monachus obsequium in omni loco representent. siue in publico siue in gremio ecclesie. **Item ex concilio parisiensi. Non sunt habendi clerici qui episcopali prouidentia non gubernantur.**

Nulla ratione clerici uel sacerdotes habendi sunt. qui sub nullius est disciplina et prudentia gubernantur. Tales namque acephalos. id est sine capite priscorum consuetudo nuncupauit. **Item de eodem.**

Qui suis episcopis non obediunt indubitanter rei et reprobi existunt. Porro tam adeo donum summi muneris excrescit. qui suis doctoribus qui recte episcopi intelliguntur libenter obediunt. **Item ex concilio clementis papa. Quid sit diaconorum officium.**

Diacones sunt tanquam episcopi oculi oberrantes et circumlustrantes cum uerecundia actus totius ecclesie obseruantes et perscrutantes diligentius si quem uideant fluctuantem periculo et proximum esse peccato. ut referant hoc ad episcopum et monitus episcopo suggerere quem ad cultum ecclesie et disciplinam eius pertinent diaconibus cura sit. **Item in eadem. de eodem.**

Sacerdotes uero diceba beatus petrus. sal

terre et mundi lumen, docens eos in splendore operum glorificare Deum patrem omnipotentem. De quibus ait Dominus: Beati estis, cum vobis maledixerint homines, et reliqua. Et iterum: Vos estis sal terre. Item Clemens presbiter omnibus episcopis.

Septem debent esse diaconi in unaquaque civitate.

Diaconi, qui quasi oculi videntur esse episcopi, in unaquaque civitate VII debent esse, qui custodiant episcopum predicantem, ne ipse ab insidiatoribus quoquomodo infestetur, aut ledatur a suis, aut verba divina detrahendo, aut insidiando polluantur, vel despiciantur, sed unitas in spirituali redoleat flore, et pax predicta labiis cum voluntate animi concordet. Item Anacletus papa.

In Deum scandalizantur qui suo non obediunt episcopo.

Ille procul dubio scandalizatur in Deum, qui recte non docet, et qui est scandalizat episcopum vel sacerdotem. Item ex concilio Neocesariensi. **De eodem.**

Diaconi VII debent esse secundum regulam, quamvis non magna sit civitas. Regule autem auctoritas ista est, quod in libro Actuum Apostolorum id insinuat.

Ex premissis patet auctoritatibus, quod diaconi non debent obedientiam presbiteris sicut episcopis prebere. Sed diaconi superbientes sacerdotibus exequari, vel potius preferri certabant. Contra quorum insolentiam multorum auctoritates emanaverunt, eorum superbiam reprimentes, atque ut sacerdotibus condignam obedientiam exhibeant decernentes. Unde Gelasius papa ait.

Sicut eorum que sunt decreta primis ordinibus utendi ... cent sibi diacones.

Diacones propria constituimus observare mensuram, nec ultra tenorem paternis canonibus deputatum quippiam temptare permittimus, et nichil horum in suo ministerio penitus applicare, que primis ordinibus proprie decrevit antiquitas. Sed absque episcopo vel presbitero baptizare non audeant, nisi predictis ordinibus fortassis longius constitutis necessitas extrema compellat; quod et laicis christianis facere plerumque conceditur. Sacri corporis erogationem sub conspectu episcopi seu presbiteri, nisi hiis absentibus, ius non habent exercendi. Item ex concilio Niceno.

Inferiores presbiteris se diaconi agnoscant.

Pervenit ad sanctum concilium, quod in locis quibusdam et civitatibus presbiteris sacramenta diaconi porrigant. Hoc neque regula neque consuetudo tradidit, ut hii qui offerendi sacrificii non habent potestatem, hiis qui offerunt corpus Christi porrigant. Sed et illud innotuit, quod quidam diacones et ante episcopos sacramenta sumunt. Hec ergo omnia amputentur, et in sua diaconi mensura permaneant, scientes quod quidem episcoporum ministri sunt, inferiores autem presbiteris habeantur. Per ordinem ergo post presbiteros gratiam sacre communionis accipiant, aut episcopo aut presbitero porrigente eis. Sed nec sedere in medio presbiterorum diacono liceat habere. Quod si hoc fiat, preter regulam probatur existere. Si quis autem post has diffinitiones obedire noluerit, a ministerio cessare debebit. Item ex concilio Laodicensi.

Diaconi honorem presbitero exhibeant et ipsi ab inferioribus honorentur.

Non oportet diaconum coram presbitero sedere, sed iussione presbiteri sedeat. Similiter autem diaconus honorem habeat a sequentibus, id est a subdiaconibus et ab omnibus clericis. Item ex eodem. **De eodem. Calicem benedicere et panem dare diacono non licet.**

Non oportet diaconum panem dare nec calicem benedicere. Item ex concilio Carthaginensi, cui papa Zozimus interfuit per vicarios.

Sic episcopis, ita et presbiteris diaconi ministrent.

Diaconi ita se presbiteri sicut episcopi ministros esse cognoscant. Item in eodem. Presente presbitero diaconus eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussus eroget. Item in eodem. Diaconus sedeat iubente presbitero in quolibet loco. Item. Diaconus in conventu presbiterorum interrogatus loquatur. Alba vero in tempore oblationis et lectionis utatur. Item ex concilio Toletano IIII.

Diaconi presbiteros se superiores cognoscant.

Non nulli diacones in tantam prorumpunt superbiam, ut se presbiteris anteponant, atque in primo choro ipsi priores stare presumant, presbiteris in secundo loco constitutis. Ergo ut sublimiores se presbiteros agnoscant, tam hii quam illi in utroque choro consistant. Compagis vero calciari absque apostolica licentia diaconibus non permittitur. Sic nec mappulis absque eiusdem auctoritate

[illegible gloss]

Sim quibuslibet clericis conceditur.

Vnde Gregorius papa Iohanni episcopo Siracusano.

Absque apostolica licentia compagis diacones minime uti presumant.

Peruenit ad nos quod diacones ecclesie Cathinensis calciatis compagis procedere presumpsissent. Quod quia hactenus nulli per totam Siciliam licuit non solis tantummodo diaconibus Mesanensis ecclesie, quibus olim a predecessoribus nostris non dubitatur esse concessum, bene recolitis. Qua ergo temeritatis ausus leuiter non est attendendus. Causam autem hoc fraternitas uestra subtilitate perquirat, ut an per se uel alicuius auctoritate hoc presumpserint nobis subtiliter innotescat. Nam si negligenter ea que male usurpantur obmittimus excessus aliis uiam aperimus. Idem Iohanni Rauennati episcopo.

Mappulis clerici sine apostolica licentia uti non debent.

Illud autem quod pro utendis a clero uestro mappulis scripsistis a nostris clericis est fortiter obuiatum, dicentibus nulli hoc umquam alii cuilibet ecclesie concessum fuisse, nec Rauennates clericos uel illic uel in Romana ciuitate tale aliquid cum sua conscientia presumpsisse, nec si temptatum esset ex furtiua usurpatione sibi preiudicium generari. Sed si et in qualibet ecclesia hoc presumptum fuit asserunt emendandum. Quod non concessione Romani pontificis sed sola subreptione presumitur. Item ex regula ad rusticum Narbonensem episcopum.

Sicut sine ministerio ita sine diaconibus episcopi non uiuunt.

Diaconi sunt quos in apocalipsi legimus .vii. angeli ecclesiarum. Hii sunt septem candelabra aurea. Hii sunt uoces tonitruorum. Ministri quippe ipsorum prelati humilitate preditum, quieti, humiles, euangelizantes pacem, annuntiantes bona, dissensiones et rixas et scandala resecantes, docentes soli deo loquentes in templo, nichil penitus de mundo cogitantes, dicentes patri et matri non noui uos, sed et filios suos non cognoscentes. Sine hiis sacerdos nomen habet, non officium. Hic minister dei dicitur, quod scriptum est. Maior est qui ministrat, quam cui ministratur. Et sicut in sacerdote ministratio, ita in ministerio dispensatio sacramenti est. Sacerdotibus et propter presumptionem non licet de mensa domini calicem tollere nisi a diaconibus eis traditus fuerit. Ita tamen deus noster omnipotens uniuersa disposuit ut qui maior est se crediderit minor esse, et qui minor uidetur maior existat. Denique quod hoc uerum sit ipse perpende. Leuite componunt mensam domini. Leuite sacerdotibus cum sacramenta benedicunt assistunt. Leuite ante sacerdotes orant, ut et si distinctio locorum credatur in mundo, tamen in altari dei uideantur sibi episcopi qui superbi sunt. Diacones autem potius si humilitatem diligunt, et diaconi maiores se esse in eo quod sunt humiles recognoscant. Tunc demum ut aures habeamus ad deum clamat diaconus. Ipse predicat, ipse hortatur, populum admonet astantibus sacerdotibus uenire. Nec leuiter hanc uocem audiant, aut negligenter aspiciant, que loquitur, que pacem annuntiat. Sufficit huic ordini per dominum tantum fuisse accessum, ut non solus sacerdos in templo dei et totum agere et implere uideatur. Et infra. Nunc autem ex quo in ecclesiis sicut in Romano imperio creuit auaritia, periit lex de sacerdote et uisio de propheta. Singuli quique per potentiam episcopalis nominis quod sibi illicite absque ecclesia uendicauerunt, totum quod leuitarum est in suos usus redigunt. Nec hoc solum quod sibi assumptum est uendicant, sed cunctis auferunt uniuersa. Mendicat infelix in plateis clericus, et seruili opere mancipatus publicam a quolibet deposcit elemosinam. Qui ex eo magis despicitur a cunctis quod misere desolatus uiste putatur ad hanc ignominiam deuenisse. Solus episcopus incubat donis, solus utitur ministerio, solus uniuersa sibi uendicat, solus partes inuadit alienas, solus occidit uniuersos. Hinc propter auaritiam sacerdotum sepe odia consurgunt. Hinc episcopi accusantur a clericis. Hinc principium litis. Hinc detractionis causa. Hinc origo fit criminis. Etenim si unusquisque ita in

[illegible gloss]

hoc mundo visibili aliquid possidere
videtur. ut sua sit tamen possessione
contentus. ac res non invadat alie-
nas. nec agrum pauperis tollat.
non viduam non subvenientium alique
non famulos non fructum. quanto magis
qui ecclesie dei preest debet ita in omnibus
observare iusticiam. ut hoc solum sibi
vendicet quod sui iuris esse cognoscit.
Aliena non rapiat. Aliena non ne-
gat. equalem se ceteris exhibeat. et sit
sine hijs in ministerio non vivat. ita
in dispensatione non vivat. Certe ut
ipse noster qui visibiliter in hoc mun-
do ius alienum invadit. accusatur
a paupere dampnatur a iudice. ita
in ecclesia dei cum quisque stipendia per-
dit: clamat ad deum. exauditur
a christo. Nec differtur utriusque sententia
si non sedantur universa. Moderatio
enim dei ac pietatis solum reditum
nostrum querit ac nos cupit longa
bonitate sua salvari. si non convertimur:
si duri colli sumus si in peccatis
usque ad mortem illicite perduramus. asserit
sidue provocatum non miseretur deus.

Hoc capitulo sacerdotum avaricia
reprehenditur. diaconorum dignitas
sive officium commendatur. Sed quia ut su-
pradictum est. diaconi insolescentes
etiam presbiteris se preferendos arbitrati
sunt. eorum illorum supercilium scribit Ieronimus
ad eugenium presbiterum.

Diaconi presbiteris debent subesse.

Legimus in
Ysaia: fatuus fatua loquitur. au-
dio quendam in tantam prorupisse ve-
cordiam: ut diaconos presbiteris id est episcopis
anteferret. Nam cum apostolus perspicue
doceat eosdem esse episcopos quos presbiteros
quid patitur mensarum et viduarum
minister: ut supra eos tumidus se ef-
ferat. ad quorum preces christi corpus sanguisque
conficitur. Queris auctoritatem audi
testimonium. Paulus et thymotheus
servi ihesu christi omnibus sanctis qui sunt phi-
lippis. cum episcopis et diaconibus. Vis et
aliud exemplum in actibus apostolorum
ad unius ecclesie sacerdotes paulus ita
loquitur. Attendite vobis et cuncto
gregi in quo vos spiritus sanctus posuit e-
piscopos: ut regatis ecclesiam dei quam
acquisivit sanguine suo. Ac ne quis
contentiose in una ecclesia plures episcopos fuisse
contendat. Audi et aliud testimonium.
in quo manifestissime comprobatur
eundem esse episcopum et presbiterum. Propter hoc quod reliqui
te crete. ut que deerant corrigeres et con-
stitueres presbiteros per civitatem. sicut ego
tibi mandavi. Si quis sine crimine
est unius uxoris vir. filios habens fideles.
non in accusatione luxurie. aut non sub-
ditos. Oportet enim episcopos sine crimine
esse. quasi dei dispensatorem. et ad tymotheum.
Noli negligere gratiam que data est tibi per pro-
phetiam. per impositionem manuum presbiterii.
Sed et petrus in prima epistola. presbiteros qui
in vobis sunt precor compresbiter et
testis passionum christi et future glorie que re-
velanda est particeps. regite gregem christi.
et inspicite. non ex necessitate sed ex vo-
luntate. iuxta deum. quod quidem grece signi-
ficantius dicitur. Episcopountes. unde et
nomen episcopi tractum est. Et si parva
videntur tantorum virorum testimonia:
clangat tuba evangelica. filius toni-
trui. quem ihesus amavit plurimum. qui de pec-
tore salvatoris fluenta doctrinarum
potavit. presbiter electe domine et filiis eius.
quos ego diligo in veritate. et in alia
epistola. presbiter gayo karissimo. quem ego in veritate
diligo. Quod autem unus postea electus
est qui ceteris preponeretur. in scismatis
remedium factum est. ut unusquisque tra-
hens ad se ecclesiam christi rumperet.
Nam et alexandrie a marcho evan-
gelista: usque ad heraclam et dionisium
episcopos presbiteri ex se eligebant semper unum.
et in excelsiori gradu collocabant.
quem episcopum nominabant. quomodo si exer-
citus imperatorem faciat. diaconi autem
eligant ex se. quem industrium noverint.
et archidiaconum nuncupent. Quid
enim facit excepta ordinatione episcopus.
quod presbiter non faciat. nec altera romane ur-
bis ecclesia altera totius orbis estiman-
da est. et altera gallie et britannie. Nam
et affrica et persis. et oriens et india. et omnes
barbare nationes unum christum adorant.
unam observant regulam veritatis. Si
auctoritas queritur orbis est maior
urbe. Ubicumque fuit episcopus. sive rome
sive eugubio. sive constantinopolim.
sive regio. sive alexandrie. sive ta-
nis. eiusdem meriti est. eiusdem est et sacer-
dotii. potentia divitiarum et paupertatis
humilitas vel sublimiorem vel in-

[illegible]

feriore episcopum non facit. Ceterum omnes sunt apostolorum successores. Sed dicis quomodo Rome ad testimonium diaconi presbiter ordinatur. Quid mihi profers unius orbis consuetudinem. quid paucitatem de qua excrevit est supercilium in leges ecclesie vendicas. Omne quod rarum est plus appetitur. pulegium apud indos pipere preciosius est. Diaconi paucitas honorabiliores. presbiteros turba contemptibiles facit. Ceterum in ecclesia et rome presbiteri sedent. et stant diaconi licet paulatim crebrescentibus viciis. inter presbiteros absente episcopo diaconos sedere videam. et in domesticis conviviis benedictiones dare coram presbiteris. Discant qui hec faciunt non se recte facere audiant apostolos. Non est dignum ut nos relinquentes verbum dei ministremus mensis. Sciant diaconi quare constituti sunt. legant actus apostolorum. recordentur condicionis sue presbiter et episcopus aliud etatis. aliud est dignitatis nomen. Unde ad tytum et tymotheum de ordinatione episcopi et diaconi dicitur. de presbiteris omnino reticetur. quia in episcopo et presbiter continetur. Qui provehitur a minori ad maius provehitur. aut igitur ex presbitero ordinetur diaconus. ut presbiter maior comprobetur. in quem crescat ex parvo aut si ex diacono ordinetur presbiter. noverit se lucris maiorem sacerdotibus esse minorem. Item ex capitulo. De eodem.

Dominus noster ihesus christus rex et iudex usque ad passionis diem servavit honorem pontificibus et sacerdotibus. quamvis illi nec timorem dei nec agnitionem christi servassent. Nam cum leprosum mundasset: dixit illi. Vade ostende te sacerdotibus. et offeres donum. Humilitatem nos humilis docuit sacerdotem. adhuc appellans. quem sciebat esse sacrilegum. Item. Cum subditus passioni alapam accepisset. et ei diceretur. sic respondes pontifici: nichil ille contumeliose locutus est in personam pontificis. sed sic magis innocentiam suam tuitus est dicens. Si male locutus sum. exprobra de malo. si autem bene: quid me cedis?

Que omnia: adeo ab eo facta sunt. humiliter atque patienter. ut nos humilitatis et patientie habeamus exemplum. Docuit enim sacerdotes veros legitime et plene honorari. dum circa falsos sacerdotes ipse talis extitit. Meminisse autem diaconi debent. quoniam apostolos id est episcopos et presbiteros dominus elegit. Diacones autem post ascensum domini in celum: apostoli sibi constituerunt. episcopatus sui et ecclesie ministros. Unde si nos aliquid contra deum audere possumus: qui episcopos facit. et eos nos possunt audere diacones a quibus fiunt. Hoc autem quod de diaconorum minoritate dicitur. ubique servandum est nisi cum diaconus locum habuerit. aut proprii patriarche. aut sui metropolitani destinatus ad sententias dandas. ut litem diminuendam. vel legatus a papa capitula promulget. Unde in vi sinodo legitur.

Diaconus sacerdotibus non preferatur. nisi locum metropolitani obtineat.

Precipimus ne diaconus preemineat et in dignitate hoc est in officio quolibet ecclesiastico sit. ante presbiterum sedeat: nisi cum habuit locum proprii patriarche aut metropolitani pro aliquo tytulo. Tunc enim illius sicut locum tenens honorabitur. Si quis vero hoc tyrannice facere presumpserit a proprio gradu repulsus ultimus omnium fiat in ordine suo.

Subdiacono etiam summus patriarcha vices suas committere valet. Unde simachus papa ait.

Etiam subdiacono vices suas apostolicus committit ecclesia.

Valde necessarium esse perspeximus. ut sicut decessorum nostrorum fuit iudicium. ita unicuique persone omnia committamus. et ubi nos presentes esse non possumus. nostra per eum cui precipimus representetur auctoritas. Quam ob rem petro subdiacono sedis nostre intra provinciam siciliam vices nostras auxiliante deo commisimus. Hec enim de tuis acti

D. XCIII

[illegible]

b; dubitare possum᷒ cum deo auxi
liante toti ecclē nr̄e noscamur p̄
trimonium uel p̄rimoniū commisisse.

Legatum uero aplice sedis qui
cumq; impedierit usq; ad satis
factionem excōicetur. Vnde alexand᷑
pp̄. Excommunicetur qui legatum
sedis aplice impedire temptauit.

Si quis autem legationem īpedit.
non unius s; multorum p̄fectum
auertit. et sicut multis nocet: ita
a multis redarguendus ē. ⁊ bonorum
societate priuandus. ⁊ q: dei cām
impedit. ⁊ statum conturbat eccē.
ideo ab eius liminib; arceatur.
ab oīb; itaq; talis est cauendus.
et n̄ in communione fidelium. usq;
ad satisfactionem recipiendus.

Archidiaconi quoq; quamuis
ex suo officio clicorum uitam dilige᷑
ti examinatorē debeant inquirere.
et que inuenerint corrigenda epō
nuntiare. tn̄ sup eos dnātionem
exercere. ⁊ censū ab eis exigere ph̄i
beantur. Vn̄ in gabilocensi concil leg᷑.
Archidiaconi super presbiteros
dominationem non exerceant.

Dictum est q. in plerisq; locis ar
chidiaconi sup p̄b̄ros p̄rochia
nos quandam exercent dominationē
et ab eis censum exigunt. q. mag᷑
ad tirannidē q̄. ad rectitudinis p̄
tinet formā. Sicut enī iuxta apli sen
tentiā epi n̄ debent ee dnāntes in
clero. s; formam fcī gregis ex aīo
multomin᷒ facere hoc isti debent.
Sint itaq; contenti regularib; dis
ciplinis. ⁊ teneant p̄priam men
suram. ⁊ q. eis ab epis iniungit᷑.
Hoc p parrochias exercere stude
ant. nichil per cupiditatem
et auariciam presumentes.

Quod aū sup̄ sacerdotes iubentur
epis itaq; subditi obedire. n̄ ita intel
ligendū est. q. non liceat eis p̄
sentib; epis sacmīsteria celebrare.
Sic enī supra. lto. quidam p̄b̄ros
nolebant ab hijs p̄hibere s; q:
p̄b̄ri pontificib; quasi filij patri
b; debent obedire. baptizatos ī
crismate tange᷑ eis concedatur.
Vnde gregorius ianuario
episcopo carolitano.

Vbi epi desunt baptizatos in frontib;
presbiteri crismate tangant.

Peruenit quoq; ad nos quosdā
p̄scandalizatos fuisse. quod p̄b̄ros
tangere crismate eos qui baptiza
ti sunt p̄hibuim᷒. ⁊ nos quidem
s. ueterem usum nr̄e eccē fecim᷒.
s; si omnino hac de re aliqui contri
stantur. ubi epi desunt. ut p̄b̄ri ⁊
in frontib; baptizatos crismate
tangere debeant concedim᷒. Supra
contra. leo epc. Quamuis corepis.
Item gelasius. pp̄. P̄b̄ri ultra suū
modum tendere non presumant.

Presbiteros ultra suū modū tende
p̄hibemus. nec epali fastigio de
bita sibimet audacter assumere.
non conficiendi crismatis. non con
signationis pontificalis adhiben
de sibimet arripere facultatem.

Sed illud g̃g̃. p scandalo sedando
semel. Illud autem gelasij ⁊ leonis
usu approbante p̄ualuit. nisi forte
ubi aliquorum consuetudo hec admisit.
ut in absentia epi. extrema neces
sitate cogente. ex concessione g̃g̃. p̄s
biteri baptizatos in frontib; lini
ant. p̄hibitio uero leonis ⁊ gela
sij in eo casu intelligatur. cū epi
p̄sentes sunt. uel cum non cogit
ultima necessitas. Oleo uero sc̄ifi
cato p̄mittit᷒ eis ungē infirmos.
Vnde iacob; ait. Infirmatur quis
in uobis. inducat p̄b̄ros ecclie. q̄
orent sup eum ungentes eū oleo
in noīe dn̄i. ⁊ orō fidei saluab᷑ īfirmū.

Sed q̄r an epō liceat eodem oleo
ungere infirmos. ⁊ si in penitentib;
huiusmodi unctio sit concedenda.
De hijs ita scribit gelasius papa.
Oleo scīficato: n̄ p̄hibetur epōs tā
gē infirmos.

Illud supfluū uidetur
adiectum. ut de epō ambigatur. q.
p̄b̄ris licere non est dubium. Nam
ideirco de p̄b̄ris dcm̄ est. q: epi occu
patoīb; alijs impediti: ad omnes
languidos ire non possunt. Ceterum
si epc aut pot᷒. aut dignum ducit
aliquē a se uisitandum. ⁊ bn̄dicē.
et tangere crismate. sine cunctati
one potest. cui ē ip̄m crisma conficere.
Nam non penitentib; illud fundi
non potest. q: genus est sacramenti.

[illegible]

Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus preteritur posse concedi? Hoc igitur fiat hac ratione omnibus que tua dilectio noluit a nobis exponi; prout potuimus respondere curavimus.

Crisma vero a suis episcopis ad baptismi sanctificationem presbiteri petant. Unde in Carthaginensi concilio iiii. De eod.

Presbiteri qui per dioceses ecclesias regunt, non a quibuslibet episcopis, sed a suis, nec per iuniorem clericum, sed omni anno aut per se ipsos, aut per illum qui sacrarium tenet, ante pasche sollempnitatem crisma petant. Item Ieronimus super epistolam ad Titum. Presbiter est idem qui et episcopus, ac sola consuetudine episcopi presbiteris preesse.

Olim autem idem presbiter qui et presbiter. Et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, et diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego autem Cephe, communi presbiterorum consilio ecclesie gubernabantur. Postquam vero unusquisque eos quos baptizaverat suos esse putabat, et non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbiteris superponeretur, et scismatum semina tollerentur. Et paulo post. Sicut ergo presbiteri sciunt se ex ecclesie consuetudine ei qui sibi prepositus fuerit esse subiectos, ita episcopi noverint se magis consuetudine quam dispensationis dominice veritate presbiteris esse maiores, et in commune debere regere ecclesiam. Idem ad Rusticum Narbonensem episcopum. Coram episcopis presbiteris docere licet.

Ecce ego dico presentibus episcopis suis atque astantibus in altario presbiteros posse sacramenta conficere. Sed, ut scriptum est, presbiteri duplici honore honorentur, maxime qui laborant in verbo Dei predicare eos decet. Utile est enim benedicere, congruum est confirmare, convenit reddere communionem, necesse est visitare infirmos, orare pro infirmis vel invalidis, atque omnia sacramenta Dei complere. Nemo hinc episcoporum invidia diabolice temptationis inflatur, irascatur, si plebem intus presbiteri exhortentur, si in ecclesiis predicent, si plebi, ut dictum est, benedicant. Etenim abnuenti michi ista sic dicam: Qui non vult presbiteros facere quod iubentur a Deo, dicat quid maius est Christo? aut quid potius corpori eius aut sanguini ante ponitur? Si presbiter Christum consecrat cum in altario sacramenta Dei benedicit, benedicere populum non debet, qui Christum consecrare non timuit? Circa laicos et mulieres iubentibus nobis, o iniustissimi sacerdotes, presbiter Dei benedictionis perdit officia, amittit lingue opus, non habet licentiam predicandi, truncatus est omni parte virtutum, solum presbiteri nomen habet, plenitudinem et perfectionem que consecrationi eius competit non retentat. Quis hic, sancti, rogo, sacerdotes, honor vester est, ut dampnum gibbi inferatis? Quem cum pastoribus potentiam auferunt Deo digna diligentia, magnum quoddam et calamitas ecclesie in gregibus ad dominici patrimonii dampna conficitis. Dum soli vultis in ecclesia potentari, presbiteri negotiorum ab initio iudices esse mandati sunt, presbiteri sacerdotium interesse debere consilio.

Quando et super presbiteri, ut legimus, episcopi nominantur, sicut quidam dicitur et ad episcopum: Noli negligere gratiam que tibi data est per impositionem manuum presbiterii. Et alibi. Ad maiores natu qui nos posuit episcopos regere ecclesiam suam. Sed oderunt hoc superbi sacerdotes, in presbiteri nomine qui nolunt hoc esse quod Christus, qui discipulorum pedes lavit, qui baptizatus a Iohanne est, licet baptizandum se esse a Domino proclamaret. Quid preterea scribo vobis, ut si prioris temporis error iam non potest revocari, vel ad presens in ecclesia faciant? Quid Rome fit, quid in Affrica fit, quid in oriente fit, quid in Hispania, quid in Britannia, quid in Gallia, quid in omnibus locis ubi humanitas perseverat, quid et in celis, quid maius est ubi sedes illorum dicitur esse disposita. Item ad Nepotianum. Episcopi et clerici invicem sibi honorem exhibeant.

Esto subiectus pontifici tuo et quasi anime parentem ama. Sed episcopi sacerdotes se sciant esse, non dominos. Honorent clericos ut episcopi, clericis quasi episcopis honor deferatur. Scitum est illud oratoris Domitii: Cur ego te, inquit, habeam ut

[illegible]

D. XCVI

principem cum in me non habes: ut senatorem? Quod aaron et filios eius esse presbiterum et episcopum novimus? Unde dominus. unum templum. unum ministerium sit: recordemur. semper quod beatus Petrus apostolus precepit sacerdotibus. Pascite eum qui in vobis est gregem domini. providentes non coacte. sed spontanee secundum deum. neque turpis lucri gratia sed voluntarie. neque ut dominantes in clero. sed forma facti gregis ex animo. ut cum apparuerit princeps pastorum percipiatis immarcessibilem glorie coronam. Pessime consuetudinis est. in quibusdam ecclesiis tacere presbiteros. et presentibus episcopis non loqui. quasi eis invideant. aut eos dedignentur audire. Et si alii ut inquit apostolus paulus revelatum fuerit sedenti prior taceat. Gloria patris est filius sapiens. Gaudeat episcopus in iudicio suo: cum tales elegerit sacerdotes. Item ex concilio laudicensi.

Presbiteri episcopos non precedant. sed cum eis intrent. vel subsedeant.

Non oportet presbiteros ante ingressum episcopi ingredi. et sedere in tribunalibus sed cum episcopo ingredi. nisi forte aut egrotet episcopus. aut in peregrinationis commorando eum esse constiterit. Item ex concilio carthaginensi iiii.

Episcopus non dominum sed collegam se presbiterorum cognoscat.

Episcopus in quolibet loco residens. stare presbiterum non patiatur. De eodem.

Episcopus in ecclesia in consessu presbiterorum sublimior sedeat. Intra domum vero collegam se presbiterorum esse cognoscat. Item ex concilio martini pape.

Sine precepto episcopi presbiter nec signet infantes.

Presbiter presente domino non signet infantes: nisi ab episcopo fuerit iniunctum illi.

Illud autem honorii augusti. quod de electione summi pontificis super constituisse legitur: nullius momenti esse probatur. cum non solum de ordinibus sed nec etiam de rebus ecclesiasticis laicis legatur aliquam attributa disponendi facultas. Unde quecumque a principibus in ordinationibus vel ecclesiasticis rebus decreta inveniuntur. nullius auctoritatis esse monstrantur. Unde simachus simplicii ecclesie catholice episcopus urbis rome in sinodo residens dixit.

De rebus ecclesiasticis disponendis laicis nulla potestas relinquitur.

Bene quidem sinodus vestra ecclesiasticis legibus assecuta sub divini timore iudicii que erant statuenda diffinivit. et ad iusticie cumulum pervenit. cum sufficienter universa complectitur: nec adiectione indiget plenitudo. maxime de clericis quos amor dominationis invasit. et virginum ecclesiastice discipline fecit respuere. quorum excessus enarrare difficile est. Unum tamen quod occurrit. venerationi ordini vestro intimare non differo. Inter alia quidam scripturam que dicitur illustris memorie basilium. qui pro ecclesiastice amore subter conscripsisse refero. in qua nullus romane ecclesie interfuit. vel subscripsit antistes. per quam posset sortiri legitimam firmitatem. Nec ergo dispute inde [illegible] unde vestrum concilium iudicare potest. requiratur. et referatur in medium. ut eius lectione cognoscatis cuiusmodi possit habere substantiam.

Sancta synodus etc. Deferatur in medium. ut cuiusmodi sit. possit agnosci.

Hec cum diceret ormisda diaconus recitavit. Cum in mansoleo quod est apud beatum petrum apostolum residerent. sublimus et eminentissimus vir prefectus pretorio. atque patricius agens et vices precellentissimi regis: odoacris. basilius dixit. Quamquam studii nostri ac religionis intersit. ut in episcopatus electione concordia principaliter servetur. ecclesie. tamen ne per occasionem electionis status civitatis vocetur in dubium. admonitione beatissimi viri pape nostri simachi simplicii: quem ante oculos semper habere debemus. hoc nobis meministis sub obtestatione fuisse mandatum. ut propter illum strepitum. et venerabilis ecclesie detrimentum. si eum de hac luce transire contigit. non sine nostra consultatione cuiuslibet celebretur electio. Hoc cum legeretur: crestonius tudertine civitatis episcopus: surgens de consessu dixit.

Hoc perpendat sancta synodus ut rerum prenunciis personis religiosis. quibus maxima cura est de tanto pontifice electionem eius in suam possit redigere potestatem. quod contra canones esse manifestissimum est. Item ormisda diaconus legit dixisse.

Et ne confusionis et dispendii aliquid

venerabilis ecclesia sustinuerit. Inuitamur preter- missis nobis quoque de rebus ecclesie fuisse temptatum, cum in sacerdote uiuo superstite nichil debuisset assumi. Quare si amplitudini uestre uel sanctitati placet, incolumia omnia que ad fidem antistitis et electionem respiciunt, religiosa ueneratione seruemus. Hanc legem spiritualiter presentes, quam uobis heredibus qui ueris christiane mentis deuotione seruimus, ne unquam predium siue rusticum siue urbanum, uel ornamenta uel ministeria ecclesiarum que nunc sunt, uel que ex quibuslibet titulis ecclesiarum iure peruenerint, ab eo qui nunc antistes sub diuino iudicio electione fuerit ordinandus, et illis qui futuris seculis sequentur, quocumque titulo aut commutatione alienari liceat. Et quicumque hoc facere uoluerit, inefficax atque irritum iudicetur, sitque facienti consentienti et accipienti anathema. Maximus episcopus bleranie ecclesie dixit: Modo sancta sinodus dignetur edicere, si liceat laico homini anathema in ordine ecclesiastico dictare, aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere, et contra canones quod ei non competebat constituere. Dicite quid nobis uidetur: Deme liceat laico legem dare. Sancta synodus dixit: Non liceat et addidit: Lege sequentia. Hormisda diaconus legit: Ut is qui predium siue rusticum siue urbanum iuris ecclesiastici fuerit consecutus, nouerit se nulla lege uel prescriptione munitum. Sed siue is qui alienauit, siue eum qui sequetur uoluntate contrahendi huiusmodi predium alienatum retinere uoluerit, id cum fructibus restituatur; qui illud consecutus fuit. Hec cum legeret stephanus uenerabilis ecclesie episcopus surgens cum consensu dixit: Perlegatur. Hormisda diaconus legit: Qua pena placuit accipientis etiam heredes affici. In quo reclamantibus clericorum nulla libera sit contradicendi facultas. Iniquum est enim et sacrilegii instar, ut que pro salute et requie animarum suarum unusquisque uenerabili ecclesie pauperum causa contulerit aut certe reliquerit, ab his quos maxime seruare conuenerat, in alterum transferantur. Plane quecumque in gemmis uel auro siue argento necnon et uestibus minus apta usibus uel ornatui uidebuntur ecclesie, que reseruari et diu manere non possunt, sub iusta estimatione uendantur, et erogatio religiosis proficiat. Cumque lecta fuisset, laurentius episcopus mediolanensis ecclesie dixit: Ista scriptura nullum romane ciuitatis potuit obligare pontificem, quia non licuit laicis statuendi in ecclesia preter romanum papam habere aliquam potestatem, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi; maxime cum nec papa romanus subscripserit, nec alius secundum canones legatur metropolitani assensus. Petrus episcopus rauennatis ecclesie dixit: Scriptura que in media ecclesia uel congregatione uulgata est nullas uires habere manifestum est, quia nec canonibus conuenit, et a laica persona concepta uidetur. Maxime quia nullius in ea presulis sedis apostolice interfuisse uel propria subscriptione eam confirmasse monstratur. Eulalius episcopus siracusane ecclesie dixit: Scriptura que in sacerdotali concilio recitata est, euidentissimis documentis constat esse inualidam, primo quia contra patrum regulas a laicis quamuis religiosis, quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur unquam attributa facultas. Deinde quia nullius presulis sedis apostolice subscriptione firmata docetur. Quod si ciuilibus permitte sacerdotes inter suos comprouinciales consilio habito quicquid sine metropolitani sui auctoritate tractauerint, irritum esse debere sancti patres sanxerunt. Quanto magis quod in apostolica sede nunc ex tunc presule, qui beati petri apostoli merito per uniuersum orbem primatum obtinens sacerdotii, statutis synodalibus consueuit tribuere firmitatem, a laicis licet consentientibus aliquantis episcopis, qui cum pontifice a quo consecrantur plane preiudicium inferre non potuerint, presumptum fuisse cognoscitur, uiribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri. Sancta synodus dixit: Licet secundum prescriptionem uenerabilium fratrum nostrorum laurentii, petri et eulalii, et cresconii, maximi uel stephani, nec apud nos hoc incertum, hanc scripturam nullius esse momenti. Verumtamen et si aliqua posset ratione subsistere, modis omnibus in synodali conuentu pro dilectione domini nostra sententia eneruari conueniebat et in irritum deduci, ne in exemplo remaneret presumendi quibuslibet laicis quamuis religiosis uel potentibus in quacumque ciuitate quolibet modo aliquid decerne-

de ecclesiasticis facultatibus. quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse a deo cura commissa docetur. Unde in vii. actione calcedonensis concilii martianus imperator dixit. inter cetera. **Imperatores ad fidem confirmandam non ad potentiam ostendendam sinodo interesse debent.**

Nos ad fidem confirmandam non ad potentiam ostendendam exemplo religiosissimi principis constantini synodo interesse voluimus. ut inventa veritate ne ultra multitudo pravis doctrinis attracta discordet. Item in eadem. Quedam capitula sunt que ad honorem nostre reverentie nobis servavimus. decorum esse iudicantes regulariter hec a nobis potius firmari per synodum. quam nostra lege sanciri. Item nicholaus papa. **Sinodali conventui imperatores esse non convenit nisi quando de fide agitur.**

Ubinam legistis imperatores antecessores vestros synodalibus conventibus interfuisse. nisi forsitan in quibus de fide tractatum est. que universalis est. que omnium communis est. que non solum ad clericos. verum etiam ad laicos et ad omnes omnino pertinet christianos. Idem. **De presulibus divinarum rerum qui humanis rebus presunt iudicare non possunt.**

Denique hii quibus tantum humanis rebus et non divinis preesse permissum est. quomodo de hiis per quos divina ministrantur. iudicare presumant. penitus ignoramus. Idem. **Nec imperator iura pontificis nec pontifex regia iura usurpet.**

Cum ad verum ventum est. ultra sibi nec imperator iura pontificatus arripuit. nec pontifex nomen imperatoris sibi usurpavit. Quoniam idem mediator dei et hominum homo christus ihesus. actibus propriis et dignitatibus distinctis. officia potestatis utriusque propria discrevit. volens homines medicinali humilitate sursum efferri. non humana superbia rursus in infernum demergi. ut et christiani imperatores pro eterna vita pontificibus indigerent. et pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperatorum legibus uterentur. quatinus spiritualis actio a carnalibus distaret incursibus. et ideo militans deo minime se negotiis secularibus implicaret. ac vicissim non ille rebus divinis presidere videretur. qui esset negotiis secularibus implicatus. Idem. **A seculari potestate pontifex prorsus nec solvi nec ligari valet.**

Satis evidenter ostenditur a seculari potestate nec solvi prorsus nec ligari pontificem. quem constat a pio principe constantino quem longe superius nominavimus. deum appellatum. cum nec posse deum ab hominibus iudicari manifestum est. Sed et theodosius minor sancte synodo scribens ephesine. primo dixit. Deputatus est igitur candidianus magnificentissimus comes strenuorum domesticorum. transire usque ad sacratissimam synodum vestram. et in nullo quidem que facienda sunt de piis dogmatibus questiones seu potius expositiones communicare. Illicitum namque est eum qui non sit in ordine sanctorum episcoporum ecclesiasticis intermisceri tractatibus. Et post pauca. Hiis itaque manifestius repertis. apparet constantinum tantum ignatium per imperialem tantummodo sententiam. nullo modo potuisse prorsus expelli. In cuius dampnatione quia presulum quoque assensus est consecutus apparet id causa esse patratum adulationis non legitime sanctificationis. Idem lodovico imperatori. **Facta pontificum imperatori iudicare non licet.**

In scripturis narratur constantinum imperatorem dixisse. Vere si propriis oculis vidissem sacerdotem dei vel aliquem eorum qui monachico habitu circumamicti sunt peccantem. clamidem meam expoliarem. et cooperirem eum ne ab aliquo videretur. In quibus ergo desideratissime fili commonemini. ut quemadmodum fide et religione. ac parilitate honoris ei adequari videmini. ita quoque humilitate ac devotione equiparari nichilominus anheletis. ita ut in nullo inferior eo sed potior inveniamini. post exempla qui talem se exhibuerit. ante talia prorsus exempla. Sed hec quidem diximus cautos vos reddere cupientes ut si de dei sacerdotibus qui vite presentis dicuntur. aliquid contigit vos

audire, que confusione pessimis mentibus ingerat. non in fratrum sed pudendos filios noe imitantes. patris tamen dedecus quo uerecundiam contegant, in affluenti quemadmodum et illi benedictione repleti, moderante domino meruerunt. Item Gregorius ad Hermannum Metensem episcopum. **Regum et principum patres et magistri sacerdotes esse censentur.**

Quis dubitet sacerdotes Christi regum et principum omniumque fidelium patres et magistros censeri? Nonne miserabilis insanie esse cognoscitur, si filius patrem, si discipulus magistrum sibi conetur subiugare, et iniquis obligationibus illum sue potestati subicere, a quo credit non solum in terra sed et in celis se posse ligari et solui? Item Gelasius papa Anastasio imperatori.

Auctoritas sacra pontificum et regalis potestas huius mundi gubernacula regit.

Duo quippe sunt imperator auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas sacra pontificum et regalis potestas. In quibus tanto grauius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in diuino reddituri sunt examine rationem. Et post pauca. Nosti itaque inter hec ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam posse redigi uoluntatem. Talibus igitur institutis, talibusque fulti auctoritatibus plerique pontificum alii reges, alii imperatores excommunicauerunt. Nam si speciale aliquid de personis principum requiratur exemplum, Beatus Innocentius papa archadium imperatorem, quia consensit ut sanctus Iohannes Crisostomus a sua sede pelleretur, excommunicauit. Beatus etiam Ambrosius, licet sanctus, non tamen uniuersalis ecclesie episcopus, pro culpa que aliis sacerdotibus non adeo grauis uidebatur, Theodosium magnum imperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit. Qui etiam in suis scripturis ostendit, quod aurum non tam preciosius sit plumbo, quam regia potestate sit ordo sacerdotalis altior. Hoc modo circa principium sui pastoralis scribens: honor fratres et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adequari. Si regum fulgori compares, et principum diademati: longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares.

Quippe cum uideas regum colla et principum submitti genibus sacerdotum, et osculata eorum dextera, eorum credunt orationibus se communiri. Item Iohannes papa in epistola Bonefacii ad Honorium episcopum. **Imperatores pontificibus debent subesse, non preesse.**

Si imperator catholicus est, quod salua pace ipsius dixerimus, filius est, non presul ecclesie. Quod ad religionem competit, discere ei conuenit, non docere. Habet priuilegia potestatis sue, que ad administrandum legibus publicis diuinitus consecutus est, et eius beneficiis non ingratus, contra dispositionem celestis ordinis nil usurpet. Ad sacerdotes enim Deus uoluit que ecclesie disponenda sunt pertinere, non ad seculi potestates. Quas si fideles sunt ecclesie sue, sacerdotibus uoluit esse subiectas. Non sibi uendicet alienum ius et ministerium quod alteri deputatum est, ne contra eum tendat abrumpi, a quo omnia constituta sunt, et contra illius beneficia pugnare uideatur, a quo propriam consecutus est potestatem. Non a legibus publicis, non a potestatibus seculi, sed a pontificibus et sacerdotibus omnipotens Deus Christiane religionis clericos et sacerdotes uoluit ordinari, et discuti, et recipi de errore remeantes. Imperatores Christiani subdere debent executiones suas ecclesiasticis presulibus, non preferre. Idem. **De eodem.**

Numquam de pontificibus, nisi ecclesia iudicare debere. Non est humanarum legum de talibus ferre sententiam absque ecclesie principaliter constitutis pontificibus. Obsequi solere principes Christianos decretis ecclesie, non suam preponere potestatem. Episcopis caput subdere principem solitum est, non de eorum capitibus iudicare. Item Gelasius papa. **Imperialis auctoritas religiose dispensationis mensuram non potest minuere.**

Sicut quiuis parua ciuitas prerogatiuam presentie regis non minuit, sic imperialis presentia mensuram dispensationis religiose non minuit. Et infra. Semper est effectum sacerdotali concilio ut de sacerdotibus iudicia prouenirent. Nam qualescumque pontifices, et si errore humanitatis aliter

D.XCVI

dente. non tamen est religionem uilta-
nus excedentes nullatenus uiden-
tur a seculari potestate posse pelli.
Item marcellus pp maxentio. Eccias
restaurare contritas non pontificis p̄
Boni principis sed boni principis est.
Hac religiosi est eccias contritas atque co-
cussas restaurare. nouasque edificare.
et dei sacerdotes honorare. atque tueri.
Vnde sanctos aplos. eorumque successores
sub diuina contestatione estimamus.
precepisse legimus. non debere fieri
persecutores nec inferri fluctuationes
nec iniurie laborantibus in agro dominico.
nec enim regni expelli dispensatores.
Hoc capitulo patenter ostendit.
quod nec imperatori nec cuilibet laico li-
ceat decernere. uel de electione pontifi-
cum. uel de rebus ecclesiasticis. Que enim
que autem ab eis constituta fuerint.
pro infectis habenda sunt. nisi sub-
scriptione romani pontificis fue-
rint roborata. Vnde illud honorii
augusti ut supradictum est. nam
non uidetur. quod contra auctoritatem sacro-
canonum de electione summi pon-
tificis decernere temptauit. Sed si-
cut ex eodem capitulo habetur: ecce pre-
cibus imperator. in presumptores ualet
decernere. sicut pro defensione fi-
dei quondam decreuisse legitur.
ne heretici aliquid nomine ecclie
possiderent. Ab ea autem non inuitati
de rebus ecclesiasticis aliquid disponen-
di non habent facultatem. Hono-
rius uero augustus. non sua auc-
toritate. sed beato bonefacio sup-
plicante ecclesiastice quieti consulere.
et certantium ambitionem puni-
re curauit. Vnde idem bonefacius
episcopus supplicationibus epistolam hono-
rio augusto destinauit dicens.
Epistola bonefacii ad honorium au-
Ecclesie mee cui deus noster gustum.
meum sacerdotium uobis res hu-
manas regentibus deputauit. nos
cura constringit. ne causis eius quam
uis adhuc corporis incommoditate
detinear. pro conuentus qui a sacer-
dotibus et clericis uniuersis et xpi-
ane plebis perturbationibus agita-
tur. apud auctores xpianissimi
principis extimentur deesse.

Si enim secus quam oportet eueniat
non uos id facere qui cuncta equa
moderatione componitis. sed nos per
nostram tacentem desidiam uide-
bimur. quod ciuitatis quietem et
eccie pacem peruertere ualeat ad-
misisse. Cum enim humanis rebus
diuine cultor religionis de non sa-
uiente preueidens nostra culpa erit.
si non id sub uestra gloria. quod enim est di-
uinis rebus semper animo propensiore
fauisse. firmo et stabili iure custo-
diatur. quod per tot annorum seriem sub
illis et principibus obtinuit. quos
nulla non religionis cura constrin-
xit. id ut liceat seruetur. et sub uestro
imperio clementie minime que sunt
illicita formidentur. Ipsa enim eccia
deuotionem tuam xpianissime im-
perator non quidem modo sermone.
sed etiam suo uenerabili appellat
affectu. Quam xpe ihc dominus
noster uere fidei rector et uerus guberna-
tor imperii. sibi uni desponsatam.
et intactam uirginem seruat. ne in
eam aliquos patiamini insidian-
tium procellarum fluctus illidi.
et quietam faciem tempestatis in-
solite timore turbari. gloriosissime
imperator et tranquillissime auguste.
Ipsa uero que uni desponsata est. uni
tamen mater eccia pietatem uestram
legatione quam suis sacerdotibus
commisit appellat presentia pre-
sentia que repetit. Vobis inquit re-
ligiosissime imperator. modo uestris
est populis. tam deo fidus: quam tibi
principi xpiano. Ecce enim inter mi-
nisteria. inter preces suas quas pro
uestra fidelitate dependit. imperii re-
stri apud quem et de cuius sede agi-
tur sancto petro. sollicitus pro re-
ligionis obseruantia uocibus cla-
mat. cum sollicita obsecrantis pe-
titione miscetur oratio. ne hos in-
nanas res solito temptatore occul-
te sollicitante semel conuulsa discor-
dia distrahit. augeretur de pluri-
bus principes xpianissime mater
eccia. nisi apud te cura esset. sua-
rum curarum. et nisi in oppressionibus
ydolorum in hereticorum correctionibus
fide tua diuino parit cultui cum

impio uro semp florente uellet.
habet refugium pium uir mansue
tudinis animum cum sue religio
nis ueneratione coniunctum. cum
quicquid religionis huic psiciat
nos agatis. et conseruatis fratribus.
et cum sacerdotibus meis probatis
simis uiris a me et ab omnibus
qui eccam faciunt legatis. quibus
prosequentibus deprecamur sce ac
religionis. ut in urbe ure mansue
tudinis hoc anno quo postulans
et annuitis: imperium statu uni
satis eccle consulatis. Rescriptum
honorii ad bonefacium papam.

Victor honorius inclitus triumpha
tor semper augustus. sancto ac ue
nerabili pp bonefacio urbis eterne.
Scripta beatitudinis ure debita re
uerentie gratulatione recepimus.
quibus recensitis egimus omnipo
tenti deo maximas gras qd sermo
nem tuam. post longum incommo
dum apiatre redditam didicimus
sanitati. Et ideo reuerentibus uiris. sa
cros apicum attestatione gaudii
nrm significamus ac petimus. ut co
tidianis orationibus apostolatus uus
studium ac uotum suum circa sa
lutem. atque imperium nostrum im
pendere dignetur. Illud autem pie
tati ure satis placuisse cognosce
qd sanctimonia tua de eccarum ac
ppli perturbatione sollicita est. que
ut aliqua ratione non possit eue
nire satis clementia nostra credidit
esse prouisum. Denique predicante
beatitudine tua id ad cunctorum
clericorum noticiam uolumus per
uenire. ut si quid forte religioni
tue qd non optamus humana
sorte contigerit. sciant os ab am
bitionibus esse cessandum. ac si duo
contra fas. et cetera. Vt supra et inf.
Vnde id conseruandum e. ut omnes
tranquillam mentem et animos pa
cificos ex serenitatis ure ammoni
tione custodiant. nec aliquid sedi
tionis conspirationibus temptare
conentur. cum certum sit nulli par
tium sua custodia profutura.

CS ine signatis apicibus non est
mos romane ecclesie undecumque le

gatione suscipe ueratur. Vnde
nicholaus papa. Romana eccla n
consueuit sine signatis apicibus
legationem undecumque suscipere.

Nobilissimus uir atque strenuus
ure sublimitatis legatus. licet
nullam eplam iuxta consuetudi
nem a uobis nro pontificio detu
lisset. licet numque aplice sedis mo
ris fuerit. absque signatis apicibus
undecumque legationem suscipe.
Nos tamen in illo uos honorantes. eius
grauitatem et eloquium illius uindi
cias cognoscentes. assertiones
nichilominus eius. et sic decuit sus
cepimus et sic honestum fuat credidim.

Que circa ordinandos sunt obs
uanda. que in eorum electione di
ligenter sunt consideranda multo
rum auctoritatibus monstrata sunt.
Sed quia ueritas rei non numque
obscuratur mutatione prouincie.
decretum est sacris ordinibus ut pere
grini nisi quinque uel eo amplius suorum
eporum fuerint commendati. cyrogra
phis non ordinentur. Vnde siluc
ster pp. in generali sinodo psidens
dixit. Nisi .v. eporum litteris desig
natum transmarinum hominem.
ad clericatum nullus suscipiat.

Nullus aliqua ratione transmari
num hominem penes nos in clericatus
gradus suscipiat. nisi .v. aut eo
amplius eporum sit designatus cyro
graphis. Item anastasius urbis
rome. epc omnibus epis. De eodem.

Transmarinos homines in clericatus
ordine nemo suscipiat. nisi .v. aut
eo amplius eporum cyrographis fue
rint designati. quia per surreptio
nem multa solent euenire. Item
gregorii romane eccle presul squil
latiano epo. iiij. De eodem.

Afros passim etiam ignaros pegri
nos ad ecclasticos ordines tenden
tes nulla ratione suscipias. Quia
afrorum alii quidem sunt manichei
alii rebaptizati sunt. peregrini uero
plurimi in minoribus ordinibus co
stituti fortiores de se pretendisse
honores sepe pbati sunt. Item ex con
cilio elibertino. Non est pmouendus ad cleri
q in pegrinatione fuit baptizatus.

Omnes qui peregere fuerint bap
tizati eo qđ eorum minime sit cog
nita uita placuit ad clerū non ee
promouendos in alios promotos.
De primatibus autem quorū
supra mentionem fecimus. queri
quem gradum in ecclesia obtine
ant. an in aliquo a patriarchis
differant. quam obediendam ar
chiepiscopi eis debeant primates
et patriarche diuersorum fuit no
minum. sed eisdem officio ab ar
chiepiscopis quotiens necesse fue
rit. ipsi ad primates appellant
Sed a primatibus ad archiepisco
pos appellari non licet. Debent
quoq; obediendam primatibus
archiepiscopi in omnibus que fu
erunt imperata ab eis. Vnde ana
cletus papa ait. Que obediencia
sit exhibenda patriarchis uel
primatibus.
Primitie multo tempore ante aduentum xpi
douisse sunt. maxime ex parte. et
postea ab apostolis et a beato de
mente predecessore nostro ipā di
uisio est renouata. et est in capi
te prouinciarum ubi dudum p
mates legis erant seculi. ac pri
ma iudiciaria potestas ad quos
qui per reliquas ciuitates com
morabantur. quando est necesse
erat. qui ad aulam imperatoz
uel regum confugere non poter
uel quibus permissum non erat
confugiebant. pro oppressionib;
uel iniuriis suis. ipsosq; appel
labant quotiens opus erat. sic
in lege eorum preceptum erat.
ipsis quoq; in ciuitatib; uel in
locis primates uel patriarchal
qui unam formam tenent. licet
diuersa sint nomina legal diuine
et ecclie ponit. et esse nusquam.
Ad quos episcopi si necesse fuerit
confugerent. eosq; appellarent
ut et ipsi nomine primatum fru
erentur. Reliqui uero metropoli
tane ciuitates que uel minores
iudices habebant. licet maiores
omnib; essent. habent metropolita
nos suos qui predictis uice obe
dirent primatibus. sicut in legib;
seculi olim ordinatum erat. qui non
primatum sed aut metropolita
nor aut archiepor nomine fruerent.
Item anicius pp Nulli nocent pri
mates. nisi q primas sedes tenent.
Nulli archiepi primates nocentur.
nisi illi qui primas sedes tenent.
quor epōs apli eorūq; successores
regulariter patriarchas l primates
esse statuerunt. nisi forte aliq gēs
deneps ad fidem queratur. cui ne
esse sit. pre multitudine primatē
statui. reliqui metropolitanos no
minent. qui alias metropoles re
nent. Item ex syl' affricano.
Princeps uel summus sacerdoti.
non appelletur prime sedis epc.
Prime sedis epc nō appellet princeps
sacerdoti. aut summ' sacerdos. aut
aliquid huiusmodi. sz tm prime sedis
epc. Vniuersalis aut nec romanus
pontifex appelletur. Vñ gregorius pp
omnib; epis. Nec romanus pon
tifex uniuersalis ē appellādus.
Nullus patriarcharū uniuersalitatis
uocabulo unq; utatur. qz si unus
patriarcharum uniuersalis dicitur.
patriarcharum nomen ceteris dero
gatur. Sed absit hoc a fidelibus h
sibi uelle quempiam arripere.
Vnde honorem fratrum suoꝝ i
minuere ex quamlibetq; parte
uideatur. Quapp cariras uā ne
minem unq; in suis et eplis uni
uersalem nominet. ne sibi debitū
subtrahat. cum alteri offert ho
norem indebitum. Item gregorius
no patriarche alexandrie. De eodē.
Cece in prefatione eple quam ad
meipm qui phibui direxist. s.
supbe appellōnis uerbum. uniu
salem me pp̄m dicēs ꝑpetuasti.
Quod peto michi dulcissima sc̄i
tas tua. ultra non fiat. qz mihi
subtrahitur qđ alteri plusq; nō
exigit prebetur. Ego uero n̄ q̄ uo
uerbis placui sz moribz. Nec ho
norem esse deputo. in quo fratres
meos honorem suum pdē agnosco.
Meus namq; est honor uniuersa
lis ecce. mihi ē honor frm meoꝝ. so
lidus uigor. Tunc ego honorat
sum cum singulis quibusq; honor

debitus non negatur. Si enim
universalem me papam sanctitas ve-
stra dicit, negat se hoc esse quod
me fatetur universum. Sed
absit hoc. Recedant verba que vanita-
tem inflant, caritatem vulnerant.

Episcopos ordinare ante
pallium acceptum nec archiepiscopo
nec primati nec patriarche licet.
Quod ex auctoritate Pelagii pape
licet unicuique evidenter datur intel-
ligi. Ait enim Pelagius papa:
Infra tres menses fidem suam ex-
ponere et pallium postulare
a romana ecclesia quisque metropo-
litanus studeat.

Quoniam quidam metro-
politanorum fidem suam secundum pris-
cam consuetudinem sedi sancte apostolice
exponere detractantes usum pal-
lii neque expetunt nec percipiunt,
ac per hoc episcoporum consecratio vidua-
tis ecclesiis non sine periculo prela-
tur: placuit ut quisque metropoli-
tanus ultra tres menses consecra-
tionis sue ad fidem suam expo-
nendam palliumque suscipiendum
ad apostolicam sedem non miserit,
commissa sibi careat dignitate,
sitque licentia metropolitanis
aliis post secundam et tertiam commoni-
tionem ecclesiis viduatis cum con-
silio romani pontificis ordinan-
do episcopo subvenire. Si vero conse-
crandi episcopi negligentia pervenerit
ut ultra tres menses ecclesia vidu-
ata consistat, communione privetur
quousque aut loco cedat, aut con-
secrandus non differat offerre se.
Quod si ultra quinque menses per suam ne-
gligentiam retinuerit viduatam
ecclesiam, nec ibi nec alibi consecrati-
onis donum percipiat, immo me-
tropolitani sui iudicio cedat.

Item Gregorius papa Brunigelde regine.
Honor pallii non detur nisi mi-
nus exigentibus et fortiter postulantibus.

Prisca consuetudo obtinuit, ut
honor pallii nisi exigentibus cau-
sarum meritis et fortiter postulan-
ti dari non debeatur. Causa-
rum vero merita accipienda sunt,
ut et is qui postulat mereatur acci-
pere, et fidei sue professione pravis una-

mento confirmet, et apostolicis decretis
atque sinodalibus statutis se obedi-
turum nichilominus caveat. Pal-
lio autem non nisi certis temporibus
et intra ecclesiam ad missarum sol-
lempnia cuiquam pene metropolita-
norum licebit. Unde Iohannes episcopus Gilib-
to agripiensi episcopo. Nisi post consuetam
fidei professionem pallium dari non debet.

Optatum tibi pallium nunc conferre
nequivimus, quia fidei tue paginam
minus quam oportebat continere conperi-
mus, cum videlicet nullam in ea
sanctarum universalium sinodorum, in
quibus fidei nostre symbolum continetur,
nec decretalium pontificum ro-
manorum decretorum secundum morem feceris men-
tionem. Sed nec illam propria subscrip-
tione munieras, nec aliquem qui
hanc viva voce dictando firmaret mi-
seras. Item Gregorius papa a regio Francorum episcopo.
Qui pallium desiderat accipere, pri-
us illicita a suis amovere per-

In ea synodo quam esse mittat.
Symoniacham heresim per fratrem et co-
episcopum nostrum Siagrium decrevimus
congregari. Sanctitatem vestram nolumus
nescire, atque eidem fratri ita pallium
quod transmisimus tribui, si prius
se permiserit illicita, que prohibuimus,
per diffinitionem sinodi a sancta ecclesia re-
movere. De qua sinodo omnem nobis
subtiliter ordinem tuam fraternitatem
volumus scriptis concurrentibus intimare,
ut ipse eius nobis sanctitas valde ex-
pressa est. Nos reddat de omnibus certiores.

Item Vigilio episcopo Arelatensi. Non
nisi ad missarum sollempnia ar-

Pallium tibi dicit uti pallio licet.
transmisimus, quo fraternitas
tua intra ecclesiam ad sola missarum
sollempnia utatur. Item Iohanni
episcopo Ravennati. De eodem.

Contra morem ecclesiasticum est, si non
patientissime toleratur, quod a no-
bis absit, et iniusta correctio est infra.
Illud frater karissime etiam non putamus ig-
notum, quia pene de nullo metropo-
litano in quibuslibet mundi partibus
sit auditum, extra missarum tem-
pus usum sibi pallii vendicasse,
et quod bene hanc consuetudinem gene-
ralis esse noveritis. Vestris nobis ma-

manifestissime significatis epistolis. quibus preceptum beate memorie decessoris nostri Iohannis pape nobis in subditis transmisistis. ad nexum continens omnes consuetudines ex privilegio decessorum nostrorum concessas vobis ecclesieque vestre debere conservari. Confitemini ergo aliam esse generalis ecclesie consuetudinem. postquam ea que geritis nobis ex privilegio vendicatis. Nulla ergo nobis in hac re ut arbitramur. poterit remanere dubietas. Aut enim omnium metropolitanorum mos a tua fraternitate servandus. aut si tue ecclesie specialiter aliquid dicis esse concessum preceptum ne a prioribus romane urbis pontificibus quod Ravennati ecclesie sunt concessa a vobis oportet ostendi. quod si hoc non ostenditur restat post hec. talia agere neque consuetudine generali neque privilegio vendicas. usurpasse te complectens. quod feceris. Et infra. Decorati pallio forsan volumus. moribus in decorum dum nichil in episcopali cervice splendidius fulget. quam humilitas. Oportet ergo fraternitatem tuam si honores suos sibi quibus argumentis stabilis posuerit. merito defendere. aut generalitatis usum ex non scripto secum. aut ex scripto privilegio se tueri. Quod si postremo nichil horum est aliis metropolitanis huius te prebere volumus presumptionis exemplum.

Privilegia quoque semper cum usu pallii debent concedi. Unde idem Gregorius Siagrio episcopo augustensi. Cum usu pallii aliqua privilegia debent concedi.

Rationis ordo omnino nos admonet: ut cum usu pallii aliqua largiri privilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento cura quoque sollicitudinis debet excrescere. ut cultum vestium actionisque ornamenta conveniant. oportet ut eximius in cunctis studiis se vestra fraternitas exerceat. et circa subiectorum actus sit vigilans. Idem Iohanni episcopo prime iustinianee ylliria. Usus pallii conceditur. et antiqua privilegia innovantur.

Pallium vobis ex more transmisimus. et vos apostolice sedis vices agere vetera innovatione decernimus.

Idem episcopis epiri. De eodem.

Scriptorum vestrorum insinuatione significantes karissimi: patefecit Andream Nichomediane civitatis episcopum deo propicio sollempniter ordinatum. cui pallium nos direxisse cognoscite. atque cuncta privilegia concessisse. que predecessores nostri eiusque predecessoribus contulerunt.

In una tamen provincia duo metropolitani esse non debent. sicut in calcedonensi concilio statutum est. Duo metropolitani in una eademque provincia esse non debent.

Pervenit ad nos: quod quidam preter ecclesiasticas ordinationes affectantes potentiam per pragmaticum factum unam provinciam in duas dividebant. et ex hoc inveniuntur duo metropolitani episcopi in una eademque provincia. Statuit ergo sancta synodus deinceps nichil tale attemptari a quolibet episcopo. Eos vero qui aliquid tale temptaverint. a suo gradu decidere.

Hactenus de electione et ordinatione clericorum tractavimus. nunc ad symoniachorum ordinationes transeamus. et ut facile liqueat. quid super hanc heresim sanctorum patrum decrevit auctoritas: causa deducatur in medium. cuius negotium et de sacerdote a symoniachis ordinatis. et de ignoranter a symoniachis electis. et de ordinationibus que per pecuniam fiunt continetur.

Expliciunt distinctiones.

Incipiunt cause

Incipit prima causa que est de diversis speciebus simonie.

habens filium obtulit eum ditissimo cenobio: exactus ab abbate et fratribus x. libras solvit ut filius susciperetur. ipso tamen beneficio etatis ignorante. Crevit puer et per incrementa temporum et officiorum ad summi sacerdotii gradum pervenit. Exinde suffragantibus meritis in episcopum eligitur. Interveniente obsequio et precibus, data quoque pecunia cuidam ex consiliariis archiepiscopi consecratur. Iste in antistitem nescius patris obsequii et oblate pecunie. Procedente uero tempore non nullos per pecuniam ordinauit, quibusdam uero gratis benedictionem sacerdotalem dedit. Tandem apud metropolitanum suum accusatus et conuictus sententiam in se dampnationis accepit.

Hic primum queritur an sit peccatum emere spiritualia. Secundo an in progressu ecclesie sit exigenda pecunia uel si exacta fuerit an sit persoluenda. Tertio an ingressum uel prebendas ecclesie emere sit symoniacum. Quarto an iste sit reus criminis quod eo ignorante pater commisit. Quinto an liceat ei esse in ecclesia et fungi ea ordinatione quam paterna pecunia est assecutus. Sexto an illi qui ab eo symoniace ignoranter ordinati sunt abiciendi an non. Septimo si renuntians heresi suscipiendus sit, et recipiendus in quali dignitate uel non.

Quod autem spiritualia emere peccatum sit multorum auctoritatibus probatur. Sicut Leo papa. Symoniaci gratiam non prestant quam uendere querunt.

Gratia si non gratis datur uel accipitur non est gratia. Symoniaci autem non gratis accipiunt gratiam. Igitur que maxime in ecclesiasticis ordinibus operatur non accipiunt. Si autem non accipiunt non habent. Si autem non habent neque gratis neque non gratis aliquibus dare non possunt. Quid ergo dant? Profecto quod habent. Quid autem habent? Spiritum utique mendacii. Quomodo hoc probamus? Quia si spiritus ueritatis testante ipsa ueritate de qua predicitur gratis accipitur, procul dubio spiritus mendacii est qui uenditur, qui non gratis accipitur uel datur. Item Gregorius Siagrio Augustensi episcopo. Inaniter sacerdos dicitur qui symoniace ordinatur.

Quicumque studet precio dato sacrum ordinem percipere sacerdos non est sed inaniter dumtaxat dici concupiscit. Item in registro. Sacerdos per pecuniam ecclesiam optinens ecclesia et honore priuetur.

Presbiter si ecclesiam per pecuniam uenaliter obtinuerit non solum ecclesia priuetur sed et sacerdotii honore spolietur. Quia altare et decimas et spiritum sanctum emere uel uendere symoniacam heresim esse nullus fidelium ignorat. Idem

Benedictio illa in maledictionem conuertitur quia ad hoc ut fiat hereticus promouetur. Idem in codice. Partem habebit cum symone qui est symoniace

Quisquis eos uehementer non execratur per pecuniam ordinatur ad hoc ut fiat hereticus promouetur. Quisquis ergo est symoniacham et neophitorum heresim pro officii sui loco uehementer [illegible] cum eo non dubitet se habiturum portionem qui prius hoc commisit piaculare flagitium. Item Gelasius papa. Symonis dampnatio dantem et accipientem

Quos constiterit non paterne inuoluit. indignos meritis sacram meatos esse precio dignitatem conuictos oportet arceri. Non sine periculo faciunt tale perpetrantes quia dantem pariter et accipientem dampnatio symonis quam sacra lectio testatur inuoluit. Item Ambrosius in libro pastorali. Anathematis sententia dampnatur qui symoniace ordinatur.

Reperiuntur nonnulli negociatores qui munus mercari uelle gratiam sancti spiritus. Dominus illis precium donant ut pontificalis

ordinis sublimitatem accipiant. obliti uerborum petri. qui dixit ad simonem. Pecunia tua tecum sit in perditionem. quia existimasti donum dei pecunia possidere. Proinde quia et usitatum est tam malum et maiorum extat mucrone frequenter succisum. nos quoque huic nullum tanto soli gentium: quod super est adhuc mitiam ferrum decernentes omnino. ut quicumque deinceps pro accipienda diuini doni dignitate. quolibet premii detectus fuerit obtulisse. ex eodem tempore se nouerit anathematis obprobrio condempnatum. atque a participatione corporis et sanguinis christi alienum. ex quo illum constat execrabile christo perpetrasse flagitium. Quod si aliquis accusator eius extiterit ille qui hunc ordinem munerum datione fuit lucratus. et susceptam honoris gradum perdiderit. et in monasterio sub perhenni penitentia trudatur. Illi uero qui hac commercium exercuerunt acceptores: si clerici fuerint: honoris sui amissione mulctentur. Si uero laici: perpetuo anathemate condempnentur. Item ex concilio calcedonensi. Dampnatur episcopus qui per pecuniam ordinationem facit.

Si quis episcopus per pecuniam ordinationem fecerit. et sub pretio redegerit spiritus sancti gratiam. que uendi non potest. ordinaueritque per pecuniam episcopum. presbiterum. aut diaconem. uel quemlibet de hiis qui connumerantur in clero promouit et dispensatorem. aut defensorem. uel quemlibet qui subiectus est regule pro suo turpissimi lucri commodo. is qui hoc attemptare probatus fuerit. proprii gradus periculo subiacebit. et qui ordinatus est: nichil ex hac ordinatione. uel promotione que est per negotiationem facta proficiat. sed sit alienus a dignitate. uel sollicitudine quam pecuniis acquisiuit. Si quis uero mediator tam turpibus et nephandis datis uel acceptis extitit. si quidem clericus fuit: a proprio gradu decidat. si uero laicus: anathematizetur. Item ex vi. sinodo. A sacerdotio sit alienus qui per pecuniam ordinatur. uel ordinat.

Qui per pecuniam aliquem consecrauit. uel ab alio consecratur alienus sit a sacerdotio. Item calixtus papa. Nec ordinari nec promoueri in ecclesia dei aliquis per pecuniam ualet.

Sanctorum patrum exempla sequentes. per officii nostri debitum inhibentes ordinari quemquam in ecclesia dei per pecuniam uel promoueri auctoritate sedis apostolice modis omnibus prohibemus. Si quis uero in ecclesia ordinationem uel promotionem taliter acquisiuit. acquisita prorsus careat dignitate. Item gregorius nazanzenus. De eodem.

Qui studet donum dei pretio mercari. in sacro ordine nulla ratione decreuimus permanere. aut reuocari posse dubium non est. talis a communione modis omnibus abscidatur. Nam spiritus sancti donum pretio comparari: quid aliud est quam capitale crimen et symoniaca heresis. quod quam detestabiliter in uiro quia tesse uendicatum sit. multorum experientia et exemplis facile apparet. Giezi: gratiam sanitatis. naaman syro uendidit. eandem gratiam sanitatis. heliseo uendicante lepra foedo amisit. Iudas omnium redemptorem uendidit. mox laqueo suspensus eandem gratiam redemptionis non obtinuit. et merito: quia nemo potest retinere quod uendidit. Simon est magus: cum eandem gratiam spiritus sancti emere uellet. dampnationis sue sententiam a petro audiuit. Pecunia tua tecum sit in perditionem. quia donum dei existimasti pecunia possidere. Dominus est ut uendentes et ementes huiusmodi gratie expertes: ostenderet cunctos pecorum per gratiam in templo diuisit. Singulariter uendentes et ementes increpans et flagellans de templo eiecit. In quo uenditores suos et emptores gratie spiritus sancti constat esse destitutos et uacuos. Quos nam christus eiecit de templo: numquid spiritus christi faciet sibi templum. Item gregorius. Symoniaci: sacerdotes esse non possunt.

Qui sacros ordines uendunt aut emunt. sacerdotes esse non possunt. Unde scriptum est. anathema danti. anathema accipienti. hec est simoniaca heresis. Quomodo ergo si anathema sunt. et sancti non sunt: sanctificare aliquos possunt. et cum in christi corpore non sunt. quomodo corpus christi tradere uel accipere possunt. Qui maledictus est quomodo benedicere potest. Idem. De eodem.

Cum liqueat hanc heresim ante omnia radice pestifera subrepisse. atque

[illegible]

in ipsa sua origine apostolica est detestatione dampnata. Cur non cauetur. cur non deprehenditur. quia benedictio illi in maledictionem conuertitur. qui ad hoc ut fiat hereticus promouetur. Item ambrosius de misteriis. Qui precio aliquem ordinat. lepram non officium confert.

Quum ordinaretur episcopus quod dedit aurum fuit. quod perdidit. anima fuit. cum alium ordinaret. quod accepit aurum fuit. quod dedit lepra fuit. Item. Cum ordinaretis. gratiam non suscepistis. quia gratuito eam non meruistis. Item de gyezi. Quid turpem sequitur. lepra mercedem. et pecunia male acquisita. corpus animamque commaculat. Vides quia tanti auctoris successio dampnatur heredis. Inexpiabilis enim est. uendentium culpa ministerii. et uindicta grauis celestis non sit in posteros. Denique moabite et ammoniti non intrabunt in ecclesiam dei. usque in tertiam et quartam generationem. tam diu scilicet. ut simplici interpretemur. donec culpam auctoris multiplicis successio generationis aboleret. Sed cum illi qui in deum errore prodolatrie deliquerunt. in quartam generationem etiam uideantur mulctari. profecto durior inueniretur sententia. qua gyezi semen usque in eternum pro cupiditate habendi prophetica auctoritate dampnatur. Presertim cum dominus noster ihesus per lauacrum regenerationem omnium remissionem dedit peccatorum. Cur ergo gyezi semen in eternum dampnatur nisi ut maior magisque generis semen intelligas. Sicut non quod filii promissionum sunt extimantur in semen bonorum. ita et qui erroris sunt. extimantur in semen malum. nam et iudei ex patre diabolo sunt. non utique carnis successione. sed criminis. Ergo omnes cupidi omnes auari spiritualem gyezi lepram cum diuitiis suis possident. et male quesita mercede non tam patrimonii facultatem. quam thesaurum criminum congregauerunt eterno supplicio. uel breui fructu. Quia ergo auctoritate leonis pape symoniaci non nisi spiritum mendacii accipiunt. secundum gregorium. apud symoniacos sacerdotium non subsistit. Benedictio eorum in maledictionem conuertitur. Manet apud eos anathema dandi uel accipiendi. cum sancti non sunt. sed nec in christi corpore consistunt.

cum sint maledicti. nec sanctificare alios possunt. nec corpus christi tradere uel accipere. non benedicere aliis ualent. secundum ambrosium. Iuliani uero obprobrio condempnantur. atque a participatione corporis et sanguinis christi alienantur. Cum accipiatur aurum. et lepra datur. Cum inexpiabilis sit culpa. uendentium ministerii secundum calcedonense concilium. nichil datur ex tali ordinatione. nichil proficere iudicatur. Secundum gelasium. Simonis dampnatione inuoluuntur. secundum gregorium nazanzenum in sacro ordine permanere. aut renouari nulla ratione possunt. Ab elyseo lepra perfunduntur. Ab petro in perditione dampnantur. a christo uero de templo eiciuntur. Quid aliud symoniacus symoniaco in sua ordinatione potest conferre. non quod innocentius de talibus hereticis testatur dicens.

Qui perfectionem spiritus sancti non habent ipsam dare non possunt.

Qui perfectionem sancti spiritus quam acceperant perdiderunt. non dare eius plenitudinem possunt. que maxime operatur in ordinationibus. quam per suam nequitiam perdiderunt. et iterum. Qui honorem non habuit. honorem dare non potuit. Nec ille aliquid accepit. quia nichil erat in dante. sed dampnationem quam habuit. per prauam manus impositionem dedit. Idem. Symoniacus per prauam manus impositionem non ascensionem sed dampnationem prestat.

Uentum est ad tertiam questionem. que pro sui difficultate longiorem exigit disputationem. Cum nos dominus ordinatos ab hereticis uulneratos per illam manus impositionem hoc capitulo ubi uulnus infixum est. medicina adhibenda est. qua possit recipere sanitatem. que sanitas post uulnus peccati secuta sine cicatrice esse non potuit. Atque ubi penitentie remedium necessarium est. illic ordinationis honorem locum habere non posse. Ita sic intelligitur. Qui inmundum tangit inmundus erit. Quomodo ei tribuetur. quod mundicia et puritas consueuit accipere. Sed econtra asseritur. eum qui honorem amisit. honorem dare non posse. nec illum aliquid accepisse. quia nichil in dante erat. quod ille posset accipere. accipientis tertium est. Certe quia non habuit dare

[illegible]

non potuit damnationem namque quam
huic per pravam manus impositionem dedit.
Ergo quia particeps est damnati fecit quod non debe-
at honorem accipere fuit, non possunt.

Sed dicitur vera et iusta legitimi sacer-
dotis benedictio auferre omne vicium quod
a vicioso fuerat invectum. Ergo si ista
est amplectenda ad ordinationem sacri-
legi atque omnium criminum rei.
Omnia per benedictionem ordinatoris emun-
da vel vicia putentur. illis auferri.
nullus sit penitentie locus. quia id
potest purgare ordinatio, quod longa sa-
tisfactio purgare consuevit. Sed nec lex
est ecclesie venientibus ab hereticis qui in illorum
lavacro baptizati sunt, per manus impositio-
nem laicam tantum tribuere communionem.
nec ex eis aliquem in clericatus
honorem vel exiguum subrogare.

Sed obicitur. Alii heretici a fide
exorbitant. Symoniaci autem etsi
gratiam spiritus sancti venalem putent, tamen a
fide non sunt alieni. atque ideo ab inno-
centio de ceteris hereticis decernitur, non
valet consequenter de illis intelligi. huic
autem ita respondetur. Symoniaci
etsi fidem tenere videantur. infidelita-
tis tamen perditioni subiaciunt. Unde beatus
ambrosius in libro de penitentia ad novatianum
scribens dicit. Symoniaci fidei in-
tegritatem non habent.

Petrus
Petrus symon magice artis consuetudine
depravatus putavit quod gratiam Christi per impositio-
nem manus, et infusionem sancti spiritus pe-
cunia compararet. ait. Non est tibi sors.
neque pars in hac fide. quia cor tuum
non est rectum coram deo. Vides quod
hunc magica vanitate blasphema-
tem in spiritum sanctum apostolica auctoritate
condempnat. et eo magis quod puram con-
scientiam fidei non habebat. Item gregorius in
registro. Symoniacus infidelis esse proba-
tur.

Cum omnis avaricia ydolorum servitus sit. quisquis hanc et
maxime in ecclesiasticis dandis hono-
ribus vigilanter non precavet infidelita-
tis perditioni subicitur etsi tenere fidem quam
negligit videatur. Item ex epistola tha-
rasii constantinopolitani episcopi missa
pape adriano. Symoniacorum heresis
ceteris dampnabiliorem esse probatur.

Eos qui per pecunias manus imposu-
erunt vel sponunt petrus divinus
apostolus cuius cathedram sortita est sanctitas vestra
tamquam symonem magum deponit. Tole-
rabilior est enim macedonii et eorum qui
circa ipsum sunt sancti spiritus impugnatorum
impia heresis. Illi enim creaturam et servum
dei patris et filii spiritum sanctum delirando fa-
tentur. Isti vero eundem spiritum sanctum suum
efficiunt servum. Omnis vero dominus quod
habet si vult vendit. sive servum sive
quid aliud eorum que possidet. Similiter
et qui emit, dominus eius volens esse quod
emerit per precium pecunie illud acquirit.
Ita et qui hanc iniquam operationem operantur
detrahunt spiritui sancto equaliter peccantes.
hiis qui blasphemaverunt dicentes
Christum in belzebub eicere demonia.
atque ut verius dicamus, iude comparantur prodi-
tori. qui iudeis occisoribus Christum ven-
didit. Cum ergo spiritus sanctus consubstantia-
lis sit Christo: eiusdem ipsi potioris crimi-
nis et procul dubio eis non est gratia spiritus sancti id est
sacerdotii sanctitas. Nam quod non acce-
perunt non habent. Ait enim petrus symoni.
Non est tibi pars neque sors in sermone
isto. quia existimasti pecunia donum
dei possideri. Nam et xxix. canonum
sanctorum apostolorum et actus eorundem et tercius et
quartus liber regnorum alienum omnino
a sacerdotio pronunciant eum. qui ali-
quando dedit vel accepit pecuniam in
aliquo tempore. sive ante manus imposi-
tionem: sive post manus impositionem
accipere non est. quandocumque accipere. Item ex
concilio turonensi. ii. Et qui dat et
qui accipit ut sacri ordines presen-
tur anathema sit.

Placuit ut
Pro ordinatione clericorum episcopi munera
nulla accipiant. sed sicut scriptum est.
quod gratis deo donante acceperunt.
gratis dent. non aliquo precio dei gratia
et impositio manuum venundetur.
Quia antiqua diffinitio patrum ita
de ecclesiasticis ordinibus statuit dicens.
Anathema sit danti et accipienti. Propterea
quia aliquanti multis sceleribus obruti
sancto altari ministrantes indigne non
hoc testimonio bonorum operum sed pro-
fusione munerum obtinent. oportet
eos non per gratiam munerum sed per diligen-
tem prius discussionem. deinde per
multorum testimonium clericos ordinari.

Ex hac auctoritate ambrosii et gregorii
patet quod symoniaci sicut et alii heretici

a fide exorbitant, et ideo de illis consequenter intelligitur. quod etiam de aliis decernitur.

Item opponitur quod prophetia donum spiritus sancti est. Hec autem in veteri testamento a sanctis prophetis vendi consueverat. Unde Saul ad Samuelem pro vaticinio expetendo non nisi cum munere ire presumpsit. Uxor etiam Ieroboam ad hominem dei non nisi cum munere accessit. Item. Christus a vidua vendita auricula servi sanavit. Exemplo itaque Saul et uxoris Ieroboam patet quod donum sancti spiritus emere vel vendere non est peccatum. Eo exemplo liquet quod spiritus sanctus et si iniuste a simoniacis venalis putetur, virtutis tamen sue non obliviscitur, nec desinit effectum sue gratie venditoribus et preceptoribus prestare. ¶ Sed de prophetia habetur in Malachia, quod reperitur solum malos tamen accepisse, et non bonos denuntians dicens: Mali prophete non bo[ni] in prophetiam vendebant.

Duces eius in muneribus iudicabant. Sacerdotes eius in mercede respondebant. et prophete eius in pecunia divinabant. et super dominum requiescebant dicentes: Nonne dominus est in nobis? non venient super nos mala. Ideirco enim propter vos Syon quasi ager arabitur, et Ierusalem ut custodia pomerii erit. Nemo ambigat Ierusalem propter scelera que in hoc capitulo leguntur fuisse subversam et populos. Poterat Petrus Simoni mago vendere quod querebat, immo poterat simulare vendere. Spiritum enim sanctum nec vendi nec emi potest. sed oblatam pecuniam cum offerente dampnavit. Nec moveat quemquam illud quod in primo regnorum libro legimus, Saulem volentem ire ad Samuelem dixisse puero suo: ad eum se ire non posse, quia panem in manu mea non est. et addit: Quarta pars sicli in manu mea est. hanc dabo viro dei, et annuntiabit viam nostram. Non enim scriptum est quod Samuel acceperit, aut quod ille obtulerit. quin potius pastum a propheta scimus eum accepisse. Stipes magis existimande sunt tabernaculi quam munera prophetie. Siclus enim xx obolos habet. Quarta pars ergo sicli v sunt oboli. nunquam igitur sacerdotes si volunt vendere prophetiam et columbas in cathedris suis proponere, quos dominus flagello subvertit, v tantum obolorum mercede sunt contenti, quia munera non parvum villarum sed v obolos accipient. Hoc ipsum sonat in tertio regnorum libro de uxore Ieroboam, ad hominem dei pergente, cum non in x panes obtulit et crustulam et vas mellis. hec magis in sumptus prophete quam munera prophetie reputanda sunt. Licet potuerint hii qui ad ariolos ire consueverunt, ex mala eorum consuetudine id ipsum de prophetis existimasse et voluisse sanctis viris offerre quod divinis offerre consueverant. Unde in libro iiii regnorum legitur, quod Elyzeus venit Damascum, et Benadab rex Syrie egrotabat. nuntiaveruntque ei dicentes: Venit vir dei huc. Ait rex ad Azael: Tolle tecum munera et vade in occursum viri dei, et consule dominum per eum dicens: Si evadere de hac infirmitate potero. Ivit igitur Azael in occursum eius, habens munera secum et omnia bona Damasci, onera xl camelorum. Sed non est credendus accepisse, sicut de eodem Elyzeo legitur, quod Naaman mundatus a lepra obtulit ei munera dicens: Obsecro ut accipias benedictionem a servo tuo. At ille respondit: Vivit dominus meus ante quem sto, quia non accipiam. Cetera enim facta penitus non acquievit. Unde in eodem.

Numquam divinatio in bonam partem accipitur. Videbantur quidem sibi esse prophete. sed quia munera accipiebant, prophetia eorum est facta divinatio. Cum ergo secundum Ieronimum boni prophete non munera prophetie accipiebant, sed stipes tabernaculi. ¶ Mali autem qui accipiebant prophetiam quam dei videbant donum, in divinatione quam diabolica est convertebant. Quid aliud colligitur, nisi quod simoniacis, quod superius dictum est. Nulla spiritualis gratia cooperatur. Cum in sacramentis neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat est aliquid, quis operatur in illis si dominus qui incrementum dat in eis non luceat. sed est ociosus. Item quod dicitur de Christo, quod sic Christus vendita auris restituit auriculam Malcho et fecit miraculum, sic spiritus sanctus vendi possit, et tamen in ipsa sua venditione gratiam suam operari. Non valet hec similitudo. Non enim hec operatio spiritus sancti spiritualis in prophetis mercimoniis emarcet quod Christus gessit corporali cura misericordiam. ad

[illegible]

exemplum patientie. Sicut enim omnis falsa est similitudo, cum creditur posse vendi ut Christus creditur, et ut Spiritus Sanctus posse crucifigi, quod impossibile est, potest et intelligi, ut a similitudine non recedamus. Quod sic Christo venditus non venditori vel ementi, sed eis qui nescientes aderant dona sue gratie contulit, pro quibus in cruce et supplicavit; sic quoque Spiritus Sanctus non vendenti vel ementi, sed his qui de manibus eorum ignorantia ducti sacramenta dominica accipiunt, sue gratie effectum largitur, prout habetur.

Item obicitur quod et si malum est ecclesiastica emere, tamen sepe sinistra principia ad felices perveniunt exitus, ut Iacob per supplantationem pervenit ad benedictionem, ut seges que leprosa manus serit, munda tamen metitur, ut ex adulterio conceptum pulchra soboles nascitur. Sic et pecunia que per simoniam acquiritur felicem exitum habet, cum pauperibus erogatur. Sed nichil horum simoniachis patrocinatur. Unde Leo papa ad Mauros episcopos. *Que malo inchoantur principio non bono peragantur exitu.*

Principatus quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupavit, et si moribus atque actibus non offendit, ipsius tamen initii sui exemplo est perniciosus, et difficile est ut bono peragantur exitu que malo inchoata sunt principio. Item Gregorius Antiocheno episcopo. *Non superedificatur bonum opus ubi Christus fundamentum non est.*

Cum Paulus dicat: fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est, quod est Christus Iesus, consequenter placet, quia ubi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est superedificium. Item de Siagrio episcopo. *Non potest fieri elemosina ex pecunia a symoniace acquisita.*

Non est putanda elemosina si pauperibus erogatur vel dispensetur, quod ex illicitis rebus acquiritur, quia qui hac intentione accipit male, ut bene dispenset, gravatur potius quam iuvetur. Unde et certum est quia si monasteria vel sinodochia vel quid aliud ex pecunia que pro ordinibus sacris datur construantur, non proficit mercedi. Ne ergo sub obtentu elemosine cum peccato aliquid studeant accipere, prohibet scriptura dicens: Hostie impiorum abhominabiles sunt, que offeruntur ex scelere.

Quicquid vero in dei sacrificio offertur ex scelere, omnipotentis dei non placet iracundiam, sed irritat. Unde rursus scriptum est: Honora deum de tuis iustis laboribus. Qui ergo male tollit, ut quasi bene porrigat, constat sine dubio quia deum non honorat. Unde quoque per Salomonem dicitur: Qui offert sacrificium de substantia pauperis, idem est ac si victimet filium in conspectu patris. Quantus autem sit dolor patris perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur, et hinc facile cognoscitur quantus apud deum dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Minus ergo declinandum est sub obtentu elemosine peccata simoniace heresis perpetrare. Nam aliud est propter commissa peccata elemosinas facere, aliud propter elemosinas peccata perpetrare. Et post pauca: Quisquis ergo sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad utilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum eo quod est subiturus onere metiatur, ut si est impar abstineat, et ad id cum metu, et cum se sufficere existimat, accedat. Item Theodorico et Theobaldo regibus Francorum. *Medelam nullam omnibus pastor symoniachus prebet.*

Fertur simoniaca heresis, que prima contra dei ecclesiam diabolica supplantatione subrepsit, et in ipso ortu suo zelo apostolice ultionis percussa atque dampnata est, in regni vestri finibus dominari. Cum in sacerdotibus fides sit eligenda cum vita. Si vero vita deest, fides meritum non habet, beato Iacobo testante qui ait: Fides sine operibus mortua est. Que enim valeant esse sacerdotis opera, qui honorem tanti sacramenti convincitur obtinere per premium? Et post pauca. Hinc est quod non solum in ordinatoris et ordinati animam letale vulnus infigitur, verum et excellentie vestre regnum episcoporum culpa, quorum magis intercessionibus iuvari debuerat, pregravatur. Si vero non dignus sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed premiorum copia suffragatur, restat ut nichil sibi in ecclesiasticis honoribus gravitas, nichil defendat sibi industria, sed totum auri prava amor obtineat. Et dum vitia honore remunerantur, in locum

[illegible]

...ultoris is qui forte fuerat ulciscendus. adducitur. atque hunc sacerdotem non sentit. sed potius petit iudicantem.

Ulcerato enim pastore quis curandis ouibus adhibebit medicinam. aut quomodo pro plebe orationis clipeo tuetur. qui iaculis hostium sese feriendum exponit. aut qualem fructum de se producturus est. cuius grauiter peste radix infecta est.

Maior ergo metuenda est locis illis calamitas ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur. qui dei in se magis iracundiam prouocant. quam per semetipsos placare debuerant.

Cum ergo secundum leonem simonia non bono pagatur exitu. Secundum gregorium. Nullum boni operis sequitur edificium. non est putanda elemosina que ex precio simonie erogatur pauperibus. ulnerato pastore medicina non adhibetur. curandis ouibus infecta uel infructuosa radice fructus non producitur. maior etiam calamitas in futuro metuitur. de tam sinistro principio. quis felix exitus speratur? Unde augustinus ait. Simoniacorum sacramenta effectu gratie

Sicut eunuchus sunt carent.

Sicut ioseph comparatur. ita qui gratiam mercantur. uiuum semen non habent. sectis uel sicciis genitalibus. Sic quoque in hiis sacrificiis qui semper per lxx annos babilonice captiuitatis sub aqua uixere. extinctus est anthioco iasoni uendente sacerdotium. quod significauit ignem spiritus sancti non lucere in simoniacis sacramentis. Quid in hiis similitudinibus uir augustinus notare uoluit. Nisi quod sacramenta simoniacorum sicut et ceterorum hereticorum licet et sint uera. quantum ad formam. inania tamen et falsa sunt. quantum ad effectum. cum non possint in cordibus hominum gignere uel accendere celestem gratiam. Sed obicitur illud augustini contra hereticos

Siue bonus siue malus sit minister. pariter deus effectum gratie

Si iustus fuit minister. confert.

Sepulto eum cum paulo. qui gloriam suam non quesiuit dicens. Ego plantaui. apollo rigauit. deus autem incrementum dedit. Qui uero superbus minister fuit. cum zabulo computatur. sed non contaminatur donum christi. quod per illum purum fluit transit ad fertilem terram. Spacio quod lapis est aquam fructum ferre non potest. et per lapideos canales transit aqua ad areolas. et in canali lapideo nichil generatur. sed ortis plurimum fructum affert.

Spiritualis uero uirtus sacramenti. ut lux pura ab illuminandis excipitur. et si per inmundos transiens: non coinquinatur. Idem ad uincentium donatistam. De eodem.

Ex catholica ecclesia sunt omnia sacramenta dominica que sic habetis et datis. sicut habebantur et dabantur. priusquam inde exiretis. Idem ad donatistas. De eodem.

Sic autem deus adest sacramentis et uerbis suis per quoslibet administrentur. quod sacramenta et uerba recta sunt. sicut mali homines quibus nichil prosunt. ubique prosit sunt. ut intus et foris. Item.

Nec foris ergo nec intus quisquam. qui ex parte diaboli est. potest in se uel in quolibet maculare sacramentum quod christi est. Idem ad clementium. Sacramenta que non mutantur catholicis et hereticis communia probantur.

Sacramenta que non mutastis sic habetis approbantur a nobis ne forte cum uestram prauitatem corrigere uolumus. illis sacramentis que in ministris uestris uestra prauitate deprauata non sunt. sacrilegam faciamus iniuriam. neque saul depriuauerat unctionem quam acceperat. cui unctioni dauid pius sepius exhibuit tantum honorem. Idem ad donatistas. De eodem.

Sicut fidei ueritate non fide recipiunt. nec eorum baptismate replentur. sic et illa que scismatici et heretici non aliter habent. nec aliter agunt. quam uera ecclesia dum ad nos ueniunt. non emendamus. sed potius approbamus. Idem contra petilianum. Non fugiuntur sacramenta a quocumque ministrentur.

Neque in homine bono aliqua sacramenta dei fugiamus. neque in homine malo. Idem in libro de baptismo. Hominum malicia sacramenta non prophanantur.

Nonne sodomite ethnici erant. id est gentiles. peiores ergo iudei quibus dominus dicit. Tolerabilius erit sodomitis in die iudicii. quam uobis. Et quibus propheta dixit. Iustificastis sodomam. id est comparatione uestra iusta facta est.

Tunc quando in ideo sacramenta diuina que apud iudeos talia erant, quales et ipsi erant. Que dominus ipse quoque suscepit, et ad ea celebranda leprosos quos mundauerat misit, et ea Zacharie ministranti angelus astitit, eumque in templo sacrificantem exauditum esse nuntiauit. Nec tamen eadem sacramenta et in bonis hominibus illius temporis erant, et in malis peioribus quam sunt et ethnici, quam quidem et in malicia Sodomitis plane sunt; tamen illa sacramenta in utrisque erant, integra erant et diuina. Nam et ipsi gentiles si quid diuinum et rectum in doctrinis suis habere potuerunt, non improbauerunt sancti uiri, quamuis illi per suas superstitiones et idolatriam et superbiam ceterosque prauos mores detestandi essent, et nisi corrigerent diuino iudicio puniendi. Idem. **Sacramenta mali habere possunt, licet inuisibilia opera spiritus sancti habere non possint.**

Multe autem operationes sunt spiritus sancti, quas idem apostolus cum quodam loco commemorasset ita conclusit: Omnia autem hec operatur unus atque idem spiritus, diuidens propria unicuique prout uult. Cum igitur aliud sit sacramentum quod habere et Simon magus potuit, aliud operatio spiritus que et in malis hominibus fieri solet, ut in Saule, aliud operatio eiusdem spiritus quam nisi homines boni habere non possunt, id est caritas: quodlibet heretici et scismatici accipiant, caritas tamen que operit multitudinem peccatorum proprium donum est catholice unitatis et pacis, nec donum eius est in omnibus, quia nec omnes sunt eius. Idem. **Licet sacramenta mali ministrent, remissionem peccatorum non**

Remissionem peccatorum auari non **prestent.** [R]dant. que per orationem, id est per columbe gemitum datur. Quicumque baptizati sunt ad eius pacem illi pertinent quibus datur. Non enim raptoribus et feneratoribus dicit dominus: Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur illi; si cui tenueritis, tenebuntur. Foris quidem nec ligari aliquis potest nec solui, ubi non sit qui aliquem ligare possit aut soluere. Sed soluitur qui columbe non habet pacem, siue aperte foris sit, siue intus esse uideatur.

Si ergo sacramenta in modum lucis ab inmundis coinquinari non possunt, sed in more puri fluuii per lapideos canales ad fertiles areolas perueniunt. Patet quod simoniaci sacramentum unctionis sibi quidem inutiliter et perniciose habent. Aliis autem utiliter et salubriter eandem unctionem administrant. Sicut ergo uera sunt sacramenta hereticorum quantum ad formam, ita sunt uera et non inania quantum ad effectum. Sed notandum est quod sacramentorum alia sunt necessitatis, alia dignitatis. Quia necessitas non habet legem, sed ipsa sibi facit legem. Illa sacramenta que saluti sunt necessaria, quia iterari non possunt, cum sint uera, auferri uel amitti non debent, sed cum penitentia rata esse permittuntur. Illa uero sacramenta que sunt dignitatis nisi digne fuerint administrata, ita ut digni digne a dignis non promoueantur, dignitates esse desinunt, non ut minuatur ueritas sacramenti, sed ut cesset officium administrandi uel loco uel tempore uel promotione loco, ut ait Leo papa. **De his qui a pseudo episcopis ordinantur.**

Si qui a pseudo episcopis ordinati fuerint, potest rata haberi talis ordinatio, ita ut in eisdem ipsi perseuerent. Alias inanis habenda est talis ordinatio. ~

Ecce aliquis a pseudo episcopis ordinatur, si locum sue ordinationis mutauerit, uana est et sine administratione. Talis erit ordinatio Christi, ut ait Innocentius de ordinatis a Bosone heretico. **Quod pro necessitate conceditur, eadem cessante cessat.**

Quod pro necessitate temporis statutum est, cessante necessitate debet pariter cessare, quod urgebat, quia aliud est ordo legitimus, aliud usurpatio.

Ergo aliquis alio tempore ab eo qui Bosoni sit similiter ordinatus, cessabit ab administratione que pro necessitate illius temporis fuit permissa.

Item de promotione ut ait Leo. **Qui ab hereticis redeunt sine spe promotionis in suis ordinibus recipi possunt.**

Si quis heretice communionis contagione se maculauerit, hic in magno

dubitatio habetur. si adepta omni spe promotionis: in quo inveniuntur ordine permaneant.

Certe si clericus vel ordinatore vel quolibet sacramento heretici communicat: cessatio a promotione vix in suo ordine perseverat. Non est enim de hoc sacramento: ut de ceteris. Cetera enim vel ad culpas abluendas dantur. ut baptismus et penitentia. vel pro culpis non merentibus ad horam negantur. ut eucharistia que in articulo mortis: penitenti et de nephariis peccatis accedit. hoc solum non solum pro culpa: sed etiam pro infamia interdicitur. etiam pro immunita mundicie sue. vel intrinsece. vel extrinsece. perfectionis prerogativa: ut bigamus vel vidue maritus. vel illiteratus. vel corporis qualibet parte viciatus denegatur. quibus tamen baptismus. vel eucharistia non negatur. Potest etiam talis cuncta sacramenta administrare. quod istud solum non valet conferre. Unde ait idem leo.

De episcopis qui consecrant. quem consecrare non licet.

Si quis episcopi talem consecraverit sacerdotem. qualem esse non liceat. et si aliquo modo dampnum proprii honoris evaserint: ordinationis tamen ius: ulterius non habebunt. nec illi umquam sacramento intererunt. quod immerito prestiterunt. Ecce apparet quoniam honoris periculum evadant. ut cetera sacramenta sacerdotaliter administrare permittantur. Ab hoc solo non modo pro heresi vel qualibet maiori culpa: sed etiam pro negligentia removentur. In quibus omnibus sollicite notandum est. quod sacramentum sacerdotalis promotionis pre ceteris omnibus magis accurate et digne dandum vel accipiendum est. quia nisi ita collatum fuerit. eo designetur esse ratum. quod non fuerit rite perfectum. Cetera enim sacramenta unicuique ipsis se dantur et unicuique talia fiunt. quali corde vel conscientia accipiuntur. Istud solum non ipsis solum: sed ipsis alios datur. et ideo necesse est: ut vero corde mundaque conscientia quantum ad se sumatur. quantum vero ad alios: non solum sine omni culpa: sed etiam sine omni infamia: propter fratrum scandalum. ad quorum utilitatem: non solum ut prosint: sed etiam ut prosint. sacerdotium datur. Unde ieronimus in michea propheta.

Symoniaci rei sunt infidelitatis eorum qui a se scandalizantur.

Hi quoscumque se scandalizantur. hec assecuti sunt ordinacionis et vitam eorum in scandalum ipsi exponentes rei fiunt infidelitatis eorum qui scandalizantur.

Ceterum enim quia ad hoc eliguntur. ut presint ceteris sic preordinantur dignitate. sic preminere debent sanctitate. Alioquin cur ceteris prefuerunt. quod nulla meliorum gratia a ceteris assumuntur. Unde Symachus papa laurentio mediolanensi episcopo. Sic honore ita et sciencia. quisque precellit. computandus est. eligere debet.

Ut precellat scientia et scientie qui honore prestantior est. Patet ergo illud augustini sacramenta videlicet christi. per hereticos ministrata: suo non carere effectu. non de omnibus generaliter intelligi: sed de sacramento baptismatis. Unde augustinus ait. Baptismus sive per bonum sive per malum ministretur. reiterari non debet.

Dedit baptismum iudas. non est baptizatus post iudam. Dedit iohannes et baptizatum est post iohannem. quia quod datum est a iuda: baptismus christi est. quod a iohanne. iohannis erat. Non iudam iohanni: sed baptismum christi etiam per iude manum datum. iohannis baptismo recte preponimus. Item. Quos iudas baptizavit: et cetera. Sic ergo quos baptizat ebrius homicida. adulter christus baptizat. Item. Sacramentum esse tam magnum est: ut nec ab homicida administrante polluatur. Idem contra donatistas. De eodem.

Sicut ungeri video eum in dicitur. ergo hereticus dimittit. peccatum est iuste baptizat. sic et ego ungeo eum dico. quod avarus religionis simulator: peccata dimittit. si per vim sacramenti: sic ille. et ille: si per meritum suum: nec ille nec ille. Illud vero sacramentum et malis hominibus ministrantibus christi esse cognoscitur. In corpore autem unice columbe immaculate: nec ille nec ille invenitur. ut si cuius manus esset arida: verum quidem esset membrum: quod vivis sui sanguine inefficax esset. et mortuum. sic et fides cum sit vera: tamen sine operibus mortua est. Item. Sicut in heresi baptizatus. in nomine sancte trinitatis. non fit tamen templum dei: si ab heresi non discesserit. quoniam neque in avaricia in eodem nomine baptizatus. fit templum dei. si ab avaricia non recedit. que est ydolorum servitus. Ex hiis itaque apparet baptisma quod ab hereticis tribuitur. virtute sua conferre remissionem peccatorum. Sed augustinus in libro de baptismo contrarium dicens.

[illegible]

Baptisma Christi et si nulla perversitate vio
letur apud hereticos tamen caret effectu.

Etiam corde tardiores intelligunt
baptisma Christi nulla perversitate dan
tis vel accipientis posse violari. Sed
quia aliud est sacramentum ab effectu
sacramenti, cum eos qui in ipsa unita
te ecclesie perdite vivunt, constat remis
sionem peccatorum nec dare nec habere posse.
Quia non malignus sed bonus filius
datus est. Sicut diuinis sermo peccata
dimittuntur, cum remittantur: retineb
tur. Patet igitur hereticos tamen dare vel acci
pere sacramentum baptismi. Item ex verbis
domini: de blasphemia spiritus. Corpora
lia sacramenta que portant et celebrant
etiam segregati ab unitate corporis Christi
formam habere pietatis possunt.
Virtus vero invisibilis et spiritualis
ita in eis esse non potest. Quemadmo
dum sensus non sequitur membrum
quod amputatur a corpore. Item Ambrosius
in libro de initiandis rudibus: De cons.
Non sanat baptisma perfidorum, non mundat
sed polluit. Quia in diluuio aquarum
ad deum non approximabunt. Quia per
apostolum dicitur: Quicquid ex fide non est peccatum est. Et
ipsis quod faciunt, et quibus faciunt non solum non
prodest: sed ad iudicium est. Item Leo papa ad Ni
cetam episcopum. Per manus impositionem confirme
tur qui ab hereticis baptismum accipiunt.
Hy qui ad baptismum ab hereticis acceperunt.
cum antea baptizati non fuissent. so
la sancti spiritus inuocatione per impositionem
manus confirmandi sunt. Quia formam
tantum baptismi sine sanctificationis virtute
sumpserunt. Et hanc regulam ut scitis
servandam in omnibus ecclesiis predicamus.
ut lauachrum semel initum nulla
iteratione violetur. dicente apostolo.
Vnus dominus. una fides. unum baptisma.
Cuius ablutio. nulla reiteratione
temeranda est. Sed ut diximus sola
sanctificatio sancti spiritus inuocanda. ut quod
ab hereticis nemo accipit a catho
licis sacerdotibus consequatur.
Sed notandum est quod heretici ut Arria
ni et Sabelliani quorum alii in equa
litatem: alii in discretione perso
narum contradicunt baptisma non in forma
ecclesie sed sue perversitatis ministrabant.
De hiis spiritualiter Ambrosius locutus
est dicens. Non sanat baptisma perfidorum et cetera.

Vnde et rebaptizentur et reordinentur. Vn
in niceno concilio statutum est. Rebap
tizentur et reordinentur qui de pau
lianistis et cataphrigis ad ecclesiam redeunt.
Siquis confugerit ad ecclesiam catholi
cam de paulianistis et cataphrigis
statutum sit rebaptizari eos omni
no debere. Si qui vero clerici erunt
apud eos siquidem inculpati fuerint.
et irreprehensibiles rebaptizandi
sunt. rursus et ordinentur ab episcopo
ecclesie catholice. Si vero examinati
minus apti fuerint deprehensi: depo
ni eos oportet. Similiter et circa di
aconos. et de omnibus qui in eodem clero
inveniuntur. eadem forma servabitur.
Item Innocentius papa. Paulianiste
in nomine patris et filii et spiritus sancti minime bap
tizant. nec apud istos de unitate po
testatis divine. hoc est patris et filii et spiritus sancti
questio aliquando commota est. et cetera.
Alii formam ecclesie in baptizando
servant. sed dum ab eis baptizantur
qui in heresi vel scismate eis communicant.
sacramentum quidem baptismi ab eis acci
piunt. virtutem vero non consecuntur.
quoniam sine fide nullus consequi potest.
Vnde de domino dicitur quod in patria sua non
poterat facere signum propter incredulita
tem eorum. Item Augustinus in omelyis super Iohannem.
Dum verbum accedit ad elementum fit sacramentum.
Detrahe verbum. quid est nisi elementum.
aqua nisi aqua. Accedit verbum
ad elementum: et fit sacramentum.
Vnde ista tanta virtus aque ut
corpus tangat. et cor abluat nisi
faciente verbo. Non quia dicitur:
sed quia creditur. Nam et in ipso verbo aliud
est sonus transiens: aliud virtus manens.
De hiis etiam qui in heresi vel scismate
baptizantur. scribit Augustinus ad Pe
trum diaconum dicens. Extra ecclesiam
baptizati perniciem sibi accumulant
Firmissime si ad ecclesiam non redierint.
tene. et nullatenus dubites extra
ecclesiam baptizatis si ad ecclesiam non
redierint. baptismo cumulari perniciem.
Tantum enim valet ecclesiastice societatis
communio ad salutem. ut baptismo non salve
tur. cum ipsi non datur: ubi opor
tet ut detur. Idem.
Inutilia sunt dona que preter
unitatem ecclesie habentur.

[illegible]

Teneant unitatem fratres karissimi propter unitatem. Et qui facit miracula: nichil est. In unitate erat populus Israel, et non faciebat miracula. Preter unitatem erant magi Pharaonis, et faciebant similia Moysi. Populus Israel, ut dixi, non faciebat miracula. Qui erant saluandi apud Deum: qui faciebant miracula, an qui non faciebant miracula? Petrus apostolus resuscitauit mortuum. Simon magus fecit multa. Erant quidam christiani, qui non poterant facere que faciebat Petrus, nec que faciebat Simon, sed tamen inde gaudebant, quia nomina eorum scripta erant in celo.

Item Leo ad Nicetem episcopum. **Baptisma semel traditum non est reiterandum.**

Hanc regulam seruandam in omnibus hereticis predicamus, ut lauachrum semel initum nulla iteratione uioletur, dicente apostolo: Vnus Deus, una fides, unum baptisma. Cuius ablutio nulla reiteratione uiolanda est, sed sola Spiritus sancti sanctificatio inuocanda, ut quod ab hereticis nemo accepit, a catholicis sacerdotibus consequatur.

Nemo in heresi uel in scismate constitutus intelligendus est. Ceterum sicut fidei integritate et animi puritate de manu hereticorum aliquis in forma ecclesie baptisma accepit. Tunc implebitur illud Augustini: Per lapideum canalem aqua fluit ad areolas et cetera. Spiritualis uirtus sacramenti et cetera. Vnde idem Leo papa in libro de blasphemia Spiritus sancti. **Etiam per malos boni**

Spiritus sanctus in ecclesia **colliguntur.**

Ecclesia est in isto tempore, quo uelut granum cum palea excutitur, sic operatur, ut nullius confessionem ueram aspernetur, nullius simulatione fallatur, atque ita reprobos fugiat, ut etiam per illorum ministerium probos colligat.

Certe quoniam baptisma ab hereticis est sua uirtute accipitur, cui tamen necessaria est administratio, ut nec etiam a paganis datum possit reiterari. Vnde in ecclesiastica hystoria legitur, quod Alexander episcopus Alexandrine, cum Petri sollempnia celebraret, post expleta misse sacramenta, uidit super horam maris puerorum ludum imitantium, ut fieri solet, episcopum et gerentium ea que in ecclesia mos est geri. Mox eos ad se perducimus, et quid egisse peteruntur, et illi rei ordinem pandunt. Baptizatos ad se quosdam cathecuminos confitentur, et Athanasium puerum qui illis fuerat episcopus simulatus. Vbi ex responsis eorum uidit secundum religionis nostre ritum cuncta constare statuit cum illis. Quibus integris interrogationibus et responsionibus fuit aqua infusa: iterari baptismum non debere, sed adimpleri ea que sacerdotibus mos est. Vnde Ysidorus ait. **De his qui per ignorantiam ordinantur, antequam baptizentur.**

Si quis per ignorantiam ordinatur antequam baptizetur, debent ab eo baptizati rebaptizari, et ipse ulterius non ordinetur. Sed Romanus pontifex non hominem iudicat qui baptizat, sed Spiritum Dei subministrare gratiam credit baptismi, licet paganus sit qui baptizat.

Quod autem cetera sacramenta ab hereticis ministrari non possunt, testatur Ieronimus in Aggeo propheta. **Non placet Deo sacrificium quod ab hereticis offeruntur.**

Sacrificium hereticorum omnium est in conspectu meo, dicit Dominus. Omne quod fecerint quod michi obtulerint, uel uota, uel pro salute, uel pacifica, uel pro peccato, uel holocausta, siue elemosinas, siue ieiunia, siue corporis castitatem, contaminata erunt in conspectu meo. Quamuis enim uideantur sancta esse ea que offeruntur, tamen quia tractata sunt ab illo qui pollutus est in anima: polluuntur in omnia.

Item in Amos propheta. **De eodem.**

Odit Dominus sacrificia hereticorum, et a se proicit, et quotiens in nomine eius aggregati fuerint: detestatur eorum fetorem et claudit nares suas. Idem in Osee propheta.

Illi offerunt panem sacrilegum. **De eodem.**

Et dant elemosinas, et sectari uidentur humilitatem, quam ego sincere fiant holocausta, non recipio. Cum autem sciam dicta delinquentium frustra truncato capite fidei cetera membra se habere iactant. Idem in epistola ad Galathas. **Sine fide et caritate nec euangelium habet, nec plurimi alii.**

Marchion et Basilides, et cetere bona. Hereticorum pestes non habent Dei euangelium, quia non habent Spiritum sanctum, sine quo humanum fit euangelium quod docetur. Nec putemus in uerbis scripturarum esse euangelium, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonum foliis, sed in radice rationis. Idem.

Vide quantum bonum est caritas. Si in martyrium fecimus, ut nostras uelimus ab omnibus honorari reliquias, et si opinionem

[gloss illegible]

uulgi sectantes intrepidi sanguinem fuderunt, et substantiam nostram usque ad mendicitatem propriam dedimus. Haec ergo pro nobis tam premium quam pena debetur, et perfidie magis contumacia, quam cotona uictorie. Item ex concilio Laudicensi.

Hereticorum benedictio maledictio est.

Non oportet hereticorum benedictiones accipere, quoniam magis sunt maledictiones, quam benedictiones. Item ex concilio Martini pape. Neque cum

hereticis neque cum scismaticis oratur.

Non liceat aut clericis aut laicis ex licentia ab hereticis eulogias accipere, quia magis sunt maledictiones, quam benedictiones, neque liceat aut cum hereticis aut cum scismaticis orare. Item Leo papa ad Anatholium Constantinopolitanum episcopum.

Extra ecclesiam non uera sacrificia

In ecclesia Dei, que corpus Christi est, ea sunt. Alter nec rata sunt sacerdotia, nisi in perpetrate sue naturae uerus pontifex nos reconciliet. Idem Leoni Augusto.

Impiorum manibus omnia diuina sacra

Manifestissimum est per se subducunt. Crudelissima et insanissima uesania in Alexandrina sede omnium celestium sacramentorum lumen extinctum, intercepta est sacrificii oblatio, defecit crismatis sanctificatio, et parricidalibus manibus impiorum omnia sese subtraxere misteria. Item beatus Ciprianus in I epistola contra hereticos. Sacramenta extra

ecclesiam ministrari possunt, salutem

Si quis inquid uero conferre non possunt. de ecclesia heretica presumpserit exire, a semetipso dampnatus est, cum huiusmodi, secundum apostolum, nec cibum quidem sumere debemus. Declaratur hoc in libro Regnorum, ubi cum Iuro Dei ad Ieroboam missus esset, qui peccata sua exprobraret, atque ultionem futuram predicerat, panem apud illum edere et aquam bibere prohibitus est. Quod cum non custodisset, diuina sententia mox rediens, morsu leonis in itinere interiit. Audebit quisquam dicere sacramentum salutare, et gratiam celestem commune cum hereticis esse posse, cum quibus nec ecclesiasticus cibus nec secularis potus debet esse communis? Constat autem oleum non baptizari unguentum sanctificari, et eucharistiam sacri apud illos omnino non posse, ubi spes nulla est, et fides falsa, ubi omnia per mendacium geruntur. Nam hereticus

more simiarum, que cum homines non sint, formam humanam imitantur, multum ecclesie catholice et auctoritatem sibi et ueritatem uendicat, cum ipse in ecclesia non sit. Benedicit cum a Deo sit maledictus, uitam pollicetur cum sit mortuus. Deinde inuocat blasphemus, sacerdotium amministrat prophanus, ponit altare sacrilegus. Ad hec omnia accedit et illud malum, ut antistes diaboli audeat eucharistiam facere, cum nec sacrificari oblatio illic possit, ubi Spiritus sanctus non sit, nec cuiquam Dominus per eius preces et orationes prosit, qui Dominum ipse uiolat. Si enim qui ecclesiam uiolant, ethnici et publicani habentur, multo magis rebelles et hostes falsa altaria et illicita sacerdotia, sacrificia sacrilega, et omnia adulterina fingentes, inter ethnicos et publicanos necesse est ut computentur, quos constat esse a caritate et unitate ecclesie catholice recessisse. Ergo omnia quecumque faciunt heretici, carnalia sunt et inania, et falsa, ita ut nichil eorum que illi gesserint, a nobis probari debeat; non statim suscipienda sunt et assumenda que iactant in Christi nomine, sed que geruntur in ueritate. Quomodo autem perficere que aguntur aut impetrare aliquid illicitis conatibus a Deo possunt, qui contra Deum quod eis non licet moliuntur? Quare qui hereticis et scismaticis patrocinantur, censura diuina in eorum plantatur facinore, et penis non solum duces et auctores, set et participes destinari, nisi se a communione malorum separauerint, dicente Domino per Moysen: Separamini a tabernaculis istorum hominum durissimorum, et nolite tangere de omnibus que sunt in eis, ne simul pereatis in peccatis eorum. Et quod comminatus Dominus per Moysen fuerat, impleuit, ut quisquis se a Chore et Dathan et Abyron non separasset, penas statim pro impia communione solueret. Sic et per Oseem prophetam Spiritus sanctus testatur, dicens: Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui comedunt ea contaminabuntur, docens scilicet et ostendens omnino cum auctoribus et fautoribus suis coniungi, qui fuerint peccato eorum contaminati. Item Augustinus. Vera sacrificia non nisi in fide ecclesie celebrantur.

[gloss illegible]

Extra catholicam ecclesiam locus veri sacrificii non est. Item Gregorius in tercio libro dialogorum ait de Ermengillo rege Leovigildi filio. De manu hereticorum communio non est accipienda.

Superveniente paschalis festivitatis die, intempeste noctis silentio ad eum perfidus pater arrianum episcopum misit, ut ex eius sacerdotis manibus sacrilege consecrationis communionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus arriano episcopo venienti exprobravit ut debuit, eiusque a se perfidiam dignis increpationibus repulit. Item Innocentius papa cap. vii. Sacerdotes hereticorum ex honoribus non digni habentur.

Arrianos preterea ceterasque huiusmodi pestes, quia eorum laicos conversos ad dominum sub ymagine penitentie ac Spiritus sancti sanctificatione per manus impositionem suscipimus, non videntur clerici eorum cum sacerdotio aut ceterum ministerii suscipiendi esse dignitate. Quibus solum baptisma ratum esse permittimus, quod utique in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti perficitur, nec Spiritum sanctum eos habere ex illo baptismate illisque misteriis arbitramur. Quoniam cum a catholica fide eorum auctores discederent, perfectionem Spiritus quam acceperant amiserunt, nec dare eis plenitudinem possunt, que maxime in ordinationibus operatur, quia per impietatis sue perfidiam fidem Domini perdiderunt. Propterea quia fieri non potest, ut eorum prophanos sacerdotes dignos ex honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos ut dixi ad sancti Spiritus percipiendam gratiam cum penitentie ymagine recipimus. Item legitur. Qui tetigerit inmundum inmundus erit. Quomodo ei tribuetur quod inmunditia et spurcitias consueverat accipere et cetera. Quoniam preceptis sancti Spiritus penitus quomodo honorem debeat accipere inveniri non possumus. Ex eo autem quod manus impositio taliter percipitur non sacramentum ostenditur esse. Unde Augustinus de baptismo in libro tercio. Manus impositio non est sacramentum [illegible]

Manus impositio sicut [illegible] ratio baptismus repeti non potest. Quid enim aliud est nisi oratio super hominem? Cum ergo Innocentius sola baptismata hereticis rata esse permittat, cum Gregorius sacrilegam eorum consecrationem arrianorum. Cum Cyprianus quecumque ab hereticis fuerint carnalia et inania et falsa iudicet. Cum Ieronimus omnia que ab eis offeruntur oblata contaminata in conspectu Domini asserat. Cum Leo extra ecclesiam nec rata esse sacerdotia nec vera esse sacrificia testetur; patet quod sacramenta ecclesiastica preter baptisma ut supra dictum est ab hereticis ministrari non possunt. Sed obicitur illud Ieronimi ad Luciferianum. Qui in baptismo sanctus est et ad altare peccator.

Sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui sanctificat. Unde oro te ut aut sacrificandi licentiam ei tribuas cuius baptisma probas, aut reprobes eius baptisma quem non putas esse sacerdotem. Neque enim fieri potest ut qui in baptismo sanctus est sit ad altare peccator. Sed hoc de peccatore tamen catholico non heretico intelligendum est. Qui quicquid cum fide pro officio suo facit, licet indignus, tamen divina gratia cooperante ratum esse creditur. Alioquin si de hereticis dictum intelligatur, ipse contrarius sibi esset cum dicat in Osee. Sacrificia eorum et cetera. Et alibi in persona Domini. Unde idem in Osee. Benedictionibus hereticorum Deus maledicit.

Maledicam in benedictionibus vestris. Hoc est quicquid a vobis benedicetur, per me erit maledictum. Hoc ergo intelligendum est de heretico. Illud autem ad Luciferianum de peccatore ecclesiastico. Unde Augustinus ait in libro de corpore Domini. Boni et mali sacerdotes eque Christi corpus conficiunt.

Intra catholicam ecclesiam in misterio corporis et sanguinis Domini nichil a bono maius, nichil a malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis sed in verbo perficitur creatoris et virtute Spiritus sancti. Si enim in merito sacerdotis esset, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut Christus ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum suam efficit carnem et transfundit in sanguinem. Credendum est enim quod in verbis Christi sacramenta conficiantur. Cuius potestate creantur in principio eius utique verbo recreantur ad melius. Idem in libro ii contra epistolam Parmeniani.

[illegible]

Omnia sacramenta cum obsint indigne tractantibus et indigne sumentibus; prosunt tamen per eos digne sumentibus. sicut et verbum dei. Unde dicitur. Que dicunt facite. que autem faciunt: nolite facere. Idem in tractatu epistole iohannis.

De hiis qui sanctis male utuntur.

Prophetavit saul rex malus cum persequeretur david persequeretur. Non ergo se iactent. qui forte sine caritate habent sanctum munus dei. sed videant quale testimonium habituri sunt cum deo. qui sanctis non sancte utuntur. Ex hiis ostenditur quod dicturi sunt in iudicio. In nomine tuo prophetavimus. quibus non dicetur. Minime sed non novi vos et cetera. Spiritum ergo prophetie dicendi sunt habuisse non meritum. Item in aggeo propheta. Quod sanctificatur non tam sanctificatur ex hostiis: quam propterea qui peccato polluuntur.

Propterea altari tuo extructo et domo mea diruta: hostias tu affers in altari. et videtur eius sanctificari te putas. Scio quoniam sanctum quidem est quod offertur in altari. sed non tam sanctificaris ex hostiis: quam ex mortuis operibus polluis. Item augustinus in libro de verbis domini.

Contra spiritum sanctum verbum dicit qui cum ex dispersione nunquam redierit.

Ita sit verbum contra spiritum sanctum. cum ex dispersione ad congregationem numquam venitur. que ad peccata remittenda accepit spiritum sanctum. Ad quam congregationem et si per malum clericum sed tamen catholicum ministrum reprobum et fictum. si aliquis accesserit corde non ficto. in ipso spiritu sancto operatur. remissionem peccatorum. qui in sancta ecclesia ita operatur. ut reprobos fugiat et tamen per eorum ministerium: probos colligat. Item in sermone de remissione peccatorum.

Non meritis hominum sed virtute spiritus sancti peccata remittuntur.

Et evidenter peccata remittuntur. Ostendit dominus a spiritu sancto quem donavit fidelibus suis dimitti peccata. non meritis hominum quodammodo sanctificari. Accipit spiritum sanctum et continuo subiecit. Si cui dimiseritis peccata remittuntur ei. hoc est. spiritus sanctus dimittit. non vos. Proinde: sic is qui sacerdos in ecclesia videtur est tamen extra ecclesiam et extra corpus cuius caput est christus. si ei hostiarius non aperit. ita non ideo est extra ecclesiam et non est de corpore. si quis pastoris per iudicium expellitur foris esse. Item ambrosius de sacramentis.

Deus non merita personarum sed sacerdotum officia considerat.

Cum scriptura dicit quod ad preces ierobaal ignis descendit de celo. et rursus precante helya missus est ignis. qui sacrificia consumeret datur intelligi. quod deus non merita personarum considerat sed officia sacerdotum. Ignis ille visibiliter mittebatur. ut crederent. nobis invisibilis operatur qui credimus. Credo ergo adesse dominum ihesum invocatum precibus sacerdotum. qui ait. Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Item gregorius

Non vita sacerdotum sed virtute divina sacramenta sanctificantur.

Multi secularium hominum est plus sacerdotum vitam quam suam discutiunt. in magnum contemptoris divinorum sacramentorum crimen incurrunt. Magna enim trabe: vulneratos habentes oculos cautique negligentes festucam tenuem in aliorum conspiciunt oculis. Quam dum incaute festinant avellere: erroris in foveam dilabuntur. Minus quidem considerantes quod non eos sacerdotum vita [illegible] lederet. si ipsi divinis bonis sacerdotum ammonitionibus aurem accomodarent. Sed dum ypocritarum more plus illorum famam quam propriam vitam vel vite negligentiam diiudicant. spernunt sancta monita et spiritualia dona. Unde fit ut non solum ab eis dei respuant. sed quod est deterius divina et misteria contempnant. ut nec corporis domini nec sanguinis domini nostri ihesu christi eorum ministerio confectam assumant. Putantes hanc minus esse sanctificatam. si illorum fiat officio. quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. Heu in quam magnum laqueum incidunt. ut divina et occulta misteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credant. Cum unus idemque spiritus sanctus in ecclesia diffusa per totum orbem terrarum incomprehensibiliter ea misteria. et occulte atque invisibiliter et operando sanctificet. et benedicendo benedicat. Misterium namque fratres ob hoc dicitur. quod secretam et reconditam habeat dispensationem. Sacrifi

[illegible]

[illegible]

cũ autẽ: qͥ sacrũ sciñ. q̃ꝛ per mistica ↄsecratur p nobis in memoriã dñice passionis. Sacramẽtũ uero ẽ in aliq̃ celebratõe: cũ res gesta ita fiat. ut aliquid significare accipiam᷑ qđ sc̃e accipiendum ẽ. Sunt aũ sacramẽta: bapm̃. crisma. corp᷑ ⁊ sanguis. que ob id sacramẽta dicunt᷑. q̃ꝛ sub tegumẽto corporaliũ rerũ. diuina uirtus secretius salutẽ eorũdẽ sacramẽtorum operat᷑. Vñ a secretis uirtutib; l' sacris sacramenta dicunt᷑. Que iđ fructuose penes ecclãm fiunt. q̃ꝛ scs̃ in ea manẽs sp̃c: eundẽ sacramẽtorum latent᷑ opat᷑ effectũ. Cuius panis ⁊ calicis sacramentum: grece eucaristia dicit᷑ latine bona gratia interpretat᷑. ⁊ quid melius corpe ⁊ sanguine xp̃i. Sunt ergo p bonos siue p malos ministros intˢ ecclãm dispensentur. Sacrũ tñ est. q̃ꝛ sp̃c. s̃. mistice ille uiuificat. q̃ q̃ndã aplico in tp̃e uisibilib; apparebat opib;. Nec bonorum meritis dispensatorum amplianť. nec malorum attenuantur. Quia neq; q̃ plantat ẽ aliquid: neq; q̃ rigat. s; qui incrementum dat deus. hoc de corpe ⁊ sanguine dñi nr̃i ihũ xp̃i hoc ẽ de baptismate. sentiendum est. et tenendũ ẽ. q̃ꝛ diuina uirtus secretius opatur in eis. ⁊ diuine solũmodo ẽ h uirtus. sine potestas. ñ humane efficatie. Polluunt᷑ itaq; panẽ. i. corp᷑ xp̃i. qñ indigni accedunt᷑ ad altare. et sordidi mundũ sãguinẽ bibunt᷑. ⁊ inf.

Maledicũ inquit. be. n. hẽ hijs q̃ nũc meis posituris bñdictionib;. seu quicq̃d a nobis bñdicit᷑. l' qñ ñ bñdicitur sc̃is ex uero corde. l' q̃ꝛ qui iniq agit. bñdicunť ab eis. adulantur q; peccatorib; dum ñ diuites sunt. Itẽ fabianus pp̃. orientalib; ep̃is. Non sacerdotum uitam: sed que docent et ministrant considerare debemus.

Significatus insup plerosq; attendere multos in ip̃is honorib; ecclasticis: ñ ↄgruent᷑ uiue sermonib; ⁊ sacramentis q̃ p eos ip̃so ministrantur. O miseros hoĩes q̃ hos intuendo xp̃m obliuiscunt᷑. q̃ ⁊ multo ante p̃dixit. ut legi dei potius obtemperent᷑. quã imitandi uideant᷑ ille: q̃ ea q̃ dicunt ñ faciunt. ⁊ tradiťoẽ suñ toleraňs usq; ĩ finẽ ⁊ euãgelizantum cũ ceteris misit.

[illegible]

[illegible]

Nam apli talem ~~hanc~~ ↄsuetudinẽ non habuerunt. nec habendam docuer᷑. Itẽ nicholaus papa. michaeli imperatori. De eodem.

Non quales sacerdotes dñi. s; quid de dño loquatur: ẽ nob magnopere pudendũ. nec in uicarijs bi petri apli nob ẽ attendendum quid sint. S; quid p correctõe ecclãrum. quid pro salute urã satagant. Nec n' illos inferiores dicens scribis. ⁊ phariseis sedentib; sup cathedrã moysi: de q̃b; dñs p̃cepit dicens. Quecũq; dixerint uobis facite: scdm̃ opa eorum nol' facẽ. Ergo imperator ↄsidera. si illos dixit audiendos. qui sup cathedrã moysi sedebant: q̃nto potius q̃ sup cathedram petri residentẽ. ec existimas obaudiendos. Itẽ aug᷑. ↄ̃ petiliani. Sacerdotis immundicia sacramentum dominus declarant non polluit.

Dñi uno ceu hominũ. eađ sacramenta sumentũ ñ obesse mundis aliquorum inmundicia. Petilianus dixit. Et si quisq̃ carmina sacerdotis meminerit tenent. numquid inde sacerdos ẽ. q. orẽ sacrilego carmen publicat sacerdotis. Aug᷑. Ita: istud dicis. q̃ modo q̃ram᷑. quid sit uerus sacerdos. ⁊ ñ q̃đ sit uerum bapm̃. Vt enim sit quisq; uerus sacerdos oportet ut ñ solum sacramento. s; iusticia q̃q; induatur. sicut scriptũ est. Sacerdotes tui induant᷑ iusticia. Qui enĩ solo sacramẽto est sacerdos: sic fuit pontifex caýphas psecutor unius et uerissimi sacerdotis. q̃muis ip̃e uerax ñ est: q̃ dat tñ uerum est. q̃ꝛ ñ dat suũ s; dei. Itẽ ecclesses male uestre ⁊ pigri corde. Si ergo aplš nescio cuius alienigene testimoniũ q̃ uerũ comprt. ⁊ ip̃e attestatus ẽ. cur nos ap̃ quemcq; inuenim᷑ qđ xp̃i ẽ. et uerum ẽ. ⁊ si ille ap̃ q̃ inuenitur. puisus ⁊ fallax ẽ. Non discernimus ppter uiciũ q̃ homo hr̃ ueritatẽ q̃ ñ suã s; xp̃i. ⁊ dñs uerũ sacramẽtum est hoc sic ille ait. Testimoniũ h uerũ ẽ. Nãq̃đ iđ dicimus: ⁊ ip̃e homo uerax est. q̃ꝛ dñs sacramentũ h uerũ est. Vobis autẽ necesse ẽ. ut semper errantis q̃ndiu ppt᷑ hominum uicia dei sacramenta uiolatis. aut uos

[illegible]

ppē dei sacrāmēta: q̄ m nob̄ uiolare
uolum. ꝛ uñ salmatus sacrilegiū
assume putamus Ire. Baptismi
ḡ purus: ab impuritate l' immun
dicia ꝓfectus. siue dans siue acci
piens: omino distincta ē. Item.
Mentio sacrāmēt dei: nich obēt
mores malos hominū. quo illa l'
ñ sunt. l' minus sancta sunt. Item.
Si ñ habebat saul sacrāmū sēctita
tem. Quid in eo dando uendebatur.
Si aut̄ habebat innocentiā. quare
innocentem pseq̄batur. Nam cum
ppē sacrāmēta unctionē. ꝛ honora
tur ministrum. ꝛ uendicatur occisū.
et q̄ uel panniculū ex eius ueste
abscidit. pcusso corde trepidauit.
Ecce saul non habebat innocentiā.
et ñ habebat scīam ꝛ ñ uite sue.
Nam ꝟ sine innocentia ñ potest:
sꝫ sacrāmēta dei q̄d ꝛ in malis hōi
bꝫ sēm est. Ire. Nos aū dñs ma
le cuiq; fi sacrificiū. quali' accē
dit ut offerat. ꝛ quali' accedat ut su
mat. ꝛ eos de sacrificijs alui man
ducare. qui ad illud tales accedunt:
quales ꝛ illi sunt. Imo si offerat
deo malus. ꝛ accipiat inde bonus.
male cuiq; est. qualis quisq; fuit.
q̄ ꝛ illud sequit est. Omia mun
da mundis. ꝓ hanc scīam tenui
cam ꝛ catholicam. ꝛ nos optam sa
crificia: ñ eius pollui si fēa eius
displicebant nobis. Nam unde pa
nis illius. panis luctus erat. sub
cuius inquinatiōe uoa affricta
lugebat. Sꝫ panē luctus omnib;
nob̄ q̄mune oīum utiñ malum
sanctus facit. Ire. Gras ago
deo. q̄ tandē ꝓfessus es posse male
uocatū nomē xp̄i. ad aliorū sa
lutē. ꝛ si a peccatorib; innocetur.
Hinc ergo intelligendū est. cū
xp̄i nomen innocetur. non obesse
aliorū saluti: aliena peccata. Item
in libro psalmorū. Et per malum
ministrum uota dei ad eos perue
nire: qui cum fide acceperunt.

Xp̄e quid fecit nobis qui tuā tāta patientia permulcet. ut ei primā eucharistiā ꝓfectam manib; suis. ꝛ ore ꝓmendam. sic
cetis aplis tradēs. Quid nobis
fecit xp̄e. q̄ eundē traditorē suū
quem diabolū nōiauit. q̄ ante
traditionē dñi. nec locutus dñi
cis fidem potuit exhibere cum
ceteris discipulis ad p̄dicandū
regnum celoꝝ misit. ut monstra
ret dona dei pueniē ad eos qui cū
fide acciperent: et si talis sit p quē
accipiunt: qual' undas fuit. Ire. gg.

Sacrāmēta non nocet malicia epi.

Non nocet malicia cui: neq; ad bap
tisma infamis: neq; ad ꝓfectū
nē ecce. q̄ bapa a deo datur. ñ ab
hoīe uenit. Sic ꝛ eucharistia ꝛ alia
quecūq; in altari ponunt. ñ ab
hoīe sꝫ a deo sēctificatiōe accipiūt.
Sed obiciunt illud ieron' in so
phonia. Nō tuba sꝫ mitra sacerdotalia
sacerdotes qui eucharistiā consecrāt.
sanguinē dñi ꝑpetuo
dunduntur. impie agunt in legem x:
putantes eucharistiā impeditis ui
bus fieri. non uti & necessariam ēt
omnimodo sollempnē oratiōnē. ꝛ ñ sac
dotū mitra. De quib; dr. Sacerdo
tum quacūq; macula fuit. ñ accedat
offerre oblationes dño. Ire aliorū ꝓp.

Tanto facilius sacerdotes exaudiūt q̄n
ipsi sacer. ap̄ dñm sunt digniores.

Idotes p ꝑplo impellant. et populi
peccata comedunt. q̄ pabꝫ suis ea
delent atq; ꝓsumunt. Q̄ quanto
digniores fuerint: tanto facilius
in necessitatib; p quib; clamāt
exaudiunt. Item gelasius ꝑp. et
ꝑdio epō. Non adest spūus sanct⁹
sacramentis: que per criminosos
Sacrosāta religio ministrantur.
Sī catholicā tenet disciplinā. tan
tam sibi reuerentiā uendicat. ut ad
eam quilib; ñ pura ꝓscia ñ audeat
peuenire. Nam quomodo ad diuni
ministeriū ꝓfectiones celestis spūs in
uocatus aduenit. si sacerdos: q̄ eū
adesse deprecat. criminosis plenus
actionib; reprehenditur. Ire. gg. i regist.
Manus immunda tangi coinquinat
Necesse est ut mū non mundet.
Nisi sit manus. que diluere sordes
curat: ne tacta quecq; cōtagio mēbra
si sordida sequens lutum teneat.
Scriptū namq; est. q̄ iudam mi
sterijs nasa dñi. dñi ꝛ enim nasa

ferunt: quia peremptorum animas ad inferiora perducendas in aversionis sue exemplo susceperunt. Item Augustinus. Eque servandum est verbum Dei et corpus Christi.

Interrogo vos fratres vel sorores dicite michi: quid vobis plus esse videtur: corpus Christi an verbum Christi? Si vere vultis respondere: hoc dicere debetis quod non sit minus verbum Dei quam corpus Christi. Et ideo quanta sollicitudine observamus, quando nobis corpus Christi ministratur, ut nil ex ipso de manibus in terram cadat: tanta sollicitudine observemus verbum Dei quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus aut loquimur, de puro corde depereat, quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille qui corpus Christi sua negligentia in terram cadere permiserit.

Item. Neque enim potest id rite offerri, nisi per sacerdotem sanctum et iustum, nec nisi ab eis accipiatur quod offertur pro quibus offertur, atque id sine vitio sit, ut pro viciosis mundandis offerri possit. Hoc certe omnes cupiunt, qui pro se offerri sacrificium Deo volunt. Cum vita sacerdotum eucharistie necessaria esse dicitur, non consecrationis sed effectu intelligendum est. Non enim effectum salutis conferre eis quem vita faciunt indignum. Potius completur in eo illud apostoli: Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Ergo etiam eos qui ex verbo oblatione sacrificii se putant mundari posse, non cessantes impie agere in lege Domini, intelligitur illud esse dictum etc. Quod vero sacerdos etiam si malus sit, tamen pro officio sue dignitatis gratiam transfundat hominibus, testatur Augustinus in libro questionum veteris et novi testamenti.

Sacerdotes nomen Domini invocant. Dominus autem benedictionem prestat.

Dictum est a Domino in Numeris ad Aaron. Vos ponite nomen meum super filios Israel. Ego Dominus benedicam eis, ut gratiam traditam per ministerium ordinatis transfundat hominibus, nec voluntas sacerdotis obesse aut prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem sit dignitas sacerdotalis officii vel ordinis, hinc advertamus. Dictum est autem de nequissimo Caipha interfectore salvatoris inter cetera. Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex sacerdotum anni illius prophetavit.

Per quod ostenditur spiritum sanctum gratiarum non personam sequi aut digni aut indigni, sed ordinem traditionis, ut quamvis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus, ut officii ministerium exhibeat. Dei autem est effectum tribuere benedictionis.

Quod vero per hereticos sacramenta dignitatis ministrata dicuntur carere effectu, improbatur auctoritate Anastasii pape, qui ordinationem Achatii, quamvis heretici, ita ratam approbat, ut et eis quos post dampnationem suam baptizavit vel ordinavit, in nullo eum personam nocuisse asserat, sed hoc eum illicite et non canonice, immo contra decreta suorum predecessorum et successorum fecisse probat Felix et Gelasius, qui Achatium ante Anastasium excommunicaverunt, et Hormisda, qui ab ipso Anastasio tertius eundem Achatium dampnavit. Unde et ab ecclesia romana repudiatur et a Deo fuisse percussus. Legitur enim in gestis romanorum pontificum hoc modo. Anastasius secundus natione romanus etc. Require retro in tractatu decretalium epistolarum. Item obicitur illud Augustini ad Parmenianum de hereticis et dampnatis.

Quod recedit ab ecclesia nec baptisma nec ius dandi amittit.

Quod quidam dicunt: baptisma quod accepit non amittit, qui recedit ab ecclesia, ius tamen dandi quod accepit amittit. Multis modis apparet frustra et inaniter dici. Primo quia nulla ostenditur causa, cur ille qui ipsum baptisma amittere non potest, ius dandi amittere possit. Utrumque enim sacramentum est et quadam consecratione utrumque homini datur, illud cum baptizatur, et illud cum ordinatur. Et ideo non licet a catholicis utrumque iterari. Nam si quando ex ipsa parte venientes et prepositi pro bono pacis correcto scismatis errore suscepti sunt, et si visum est opus esse ut eadem officia gererent, que gerebant, non sunt rursus ordinati, sed sicut baptismus in eis, ita et ordinatio mansit integra, quia in precisione fuerat vicium, quod unitatis pace correctum est, non in sacramentis que ubicumque sunt ipsa sunt. Et cum ipsi ecclesie videtur expedire, ut prepositi eorum venientes ad catholicam societatem honores suos ibi non

administret. Non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur. Sed manent super eos. Ideo quia non eis manus imponitur, ne non homini sed ipsi sacramento fiat iniuria. Sicut autem habent in baptismo quod per eos dari possit. sic in ordinatione ius dandi est. Utrumque quidem ad perniciem suam quamdiu non habent caritatem unitatis. Sed tamen aliud est non habere. aliud salubriter habere. aliud perniciose habere. Quicquid non habetur: dandum est cum opus fuerit dari. quod vero perniciose habetur: per correctionem depulsa pernicie agendum est. ut salubriter habeatur. Quod si aliquis laicus alicui pereunti necessitate compulsus baptismum dederit: quod cum ipse acciperet. quomodo dandum esset addidicit. nescio. an quisquam dixerit pie esse rebaptizandum. nulla enim cogente necessitate si fiat alieni muneris usurpatio est. Si autem necessitas urgeat: aut nullum aut veniale delictum est. Sed si nulla necessitate usurpetur. et a quolibet alicui detur: quod datum fuerit: non potest dici non datum. quamvis recte possit dici illicite datum. Illicitam ergo usurpationem corrigit. reminiscentis et penitentis affectus. quod si non correxerit: manebit ad penam usurpatoris quod datum est: vel eius qui illicite suscepit. vel eius qui illicite dedit. non tamen pro non dato habebitur. Si vero aliquis fuerit extra ordinationem non in monetis publicis aurum vel argentum percutiendo significaverit. cum fuerit deprehensum. nonne illis punitis. vel indulgentia liberatis cognitum regale signum. thesauris regalibus congregetur. Et paulopost. Si forte militie caracterem in corpore suo non militans pavidus exhorruerit. et ad clementiam imperatoris confugerit. et impetrata venia militare iam ceperit. Numquid homine liberato: atque correcto. caracter ille repetitur. an non potius agnitus approbatur. an forte minus herent sacramenta christiana. quam corporalis hec nota: Cum videamus nec apostatas carere baptismate. quibus utique per penitentiam redeuntibus non restituitur. et ideo amitti non posse iudicatur. De hiis qui ab ecclesie catholice unitate separati sunt. nulla tamen questio est quin habeant et dare possint. et si perniciose habent: pernicioseque tradant. quia extra vinculum pacis sunt. Neutri sacramento iniuria facienda est. sicut non recte habet. qui ab unitate discedit. sed habet. et ideo redeunti non redditur. Sic et non recte dat. qui ab unitate recedit. sed tamen dat quod accepit. et ideo quod ab eo recepit: venienti ad unitatem non iteratur. Et infra. Sicut redeunti non redditur quod foris habebat. sic venienti repetendum non est. quod foris acceperat. Unde consequenter intelligitur perversitatem hominum esse corrigendam: sanctitatem autem sacramenti in nullo perverso esse violandam. Constat vero eam in perversis hominibus et sceleratis. sive in hiis qui intus sunt. sive in hiis qui foris sunt. impollutam atque inviolabilem permanere. et quod dicitur mali illa polluere: quantum est in ipsis: cum illa impolluta permaneant. sed in bonis permanent ad premium. in malis autem permanent ad iudicium. Et infra. Quomodo catholici non clarificant deum: qui sacramenta eius tam debita veneratione prosequuntur. ut et si ab indignis tractata fuerint. illis sua perversitate dampnatis. illa incontaminata sanctitate permanere monstrentur. Ex hiis verbis augustini constat in omnibus tam apostatis quam hereticis vel dampnatis permanere sacramenta vera. quamvis ad se et sacramentum et penitentia vel indulgentia subveniant suis. ad dampnationem usurpatoris pertineant. vel huius vel dantis. vel accipientis. Quid ergo prodest quod vera et sancta sunt cum usurpatores suos eque puniant. ac si essent mala et noxia. Crassus aurum sitivit. aurum bibit. cui prius vero auro sicut vero veneno. Item. Aurum est verum est. in archa furis. sicut in thesauris regis. sed quia a fure illicite habetur: et illicite datur. vel accipitur. A rege autem licite habetur. licite datur. et accipitur. Sed ipse fur et coniurator furti illius nisi forte de conscientia furti se purgaverit. ut prohibet gelasius. ad anastasium imperatorem. utique iuste. et digne dampnabitur.

Opponitur autem huic sententie augustini. Potestas dandi baptismum. et ius consecrandi dominicum corpus. et largiendi sacros ordines plurimum inter se differunt. Suspenso enim vel deposito sacerdote: nulla ei relinquitur potestas sacrificandi. Sacramentum baptismi non solum a sacerdote deposito. vel laico catho

lico uerum ab heretico, uel pagano similiter ministratum fuerit, nulla reiteratione uiolabitur. Nulla autem ratio sinit: ut iterum sacerdotes habeantur qui de manibus laici uel pagani oleum sacre immo execrande unctionis assumunt. Non ergo consequenter colligitur: ut si recedentibus a fide uis baptizandi relinquitur, potestas quoque distribuendi sacros ordines eis relinquatur, quamuis utrumque consecratione perueniat.

Pregdatus uero episcopus potestate largiendi sacros ordines, non habet facultatem uero baptizandi non amisit. Sed ne augustinus in hac sententia penitus repleuimus intelligatur, aliud est potestatem distribuendi sacros ordines. Aliud est executionem illius potestatis, que inter unitatem ecclesie catholice constitutam sacerdotalem uel episcopalem unctionem accipiunt officium, et executionem sui officii ex consecratione adipiscuntur. Recedentes ergo ab integritate fidei potestatem acceptam sacramento tenus retinent. effectu uero sue potestatis penitus pereunt. Sicut coniugati abinuicem discedentes coniugium sacramentum non dissoluunt. ab operum coniugali inueniuntur alieni. De hiis ergo qui accepta sacerdotali potestate, ab unitate ecclesie catholice recedunt, loquitur augustinus non de illis qui in scismate uel heresi positi sacerdotalem unctionem accipiunt. Alioquin esset contrarius calcedonensi concilio, in quo ordinatos a simoniacis in nullo proficere iudicantur. Et innocentio qui ordinatos a ceteris hereticis per prauam manus impositionem, solam dampnationem et uulnus capitis asserit eos retinere. Quamuis possint dici generaliter sacramenta que apud hereticos non aliter quam in ecclesia celebrantur, uera et rata esse quantum ad se, falsa uero et inania quantum ad effectum, et in hiis a quibus male tractantur, et in hiis fieri a quibus male suscipiuntur. Nec mirum. Ipse namque saluator noster buccellam dedit iude, statim cum buccella non bonus sed malignus spiritus intrauit. Quare? non quia bonum non datur bonum: sed quia malus male accepit bonum. Sicque boni effectum bonum non habuit, quia ubi illud faceret non inuenit.

Item. Dominus in patria sua presens et uerus affuit, non per malum ministrum, sed per sanctam presentiam, ut michi uidetur. quia fidem non inuenit, et per perfidia aliorum: non curauit sua pietate et uirtute, sed effectus boni uirtute. Quod ut plane in omnibus sacramentis ostenderet, bis transfiguratus est, cum esset in carne. In una autem transfiguratione sic sol apparuit mirabiliter, ut fides credentium augeretur, ad contemplandam celestem gloriam sursum se eleuauit. In altera uero peregrinus et incognoscibilis de se dubitantibus longius se ire finxit, et ne agnoscerent, oculos eorum tenuit. Sed quid aliud nisi ut quia per fidem non erat in cordibus eorum. Longius se ab eis recedere ostenderet, et quia ipsum non credebant esse qui erat, uiderent eum alium quam erat. Ecce in utraque uisione sua presentia et uirtus erat, sed in una excitabatur fides ut magis crederent quod credebant, in altera tenebatur incredulitas, ne eum agnoscerent quod uidebant. Sacramentum quoque corporis et sanguinis sui aliis est ad salutem, aliis ad iudicium. Fides etiam quamuis uera sit: tamen sine operibus mortua. Sic et omnes .x. uirgines equaliter erant uirgines, sed ex hiis .v. erant fatue, et .v. prudentes. Et que erat uirginitatis uirtus, sed per custodiam uirginitatis meritorie: in omnibus erat eque uirtus deputata. Sic et est: es sonans aut cimbalum tinniens, martirium uel elemosina: quam nescit caritas. Si uero textus cereo lucerne ministret, utrumque: nec ideo magis illuminat suam ceteram. sic et malus ministrat malo uera sacramenta, sed non ideo dona spiritualia, que malus eorum uitiis spiritus sanctus impeditur, ne in eis operetur quod suum est. Unde innocentius. Cum hereticorum baptisma concedat esse uerum non tamen ex illo baptismate concedit haberi spiritum sanctum et leo. Hos qui formam acceperint baptismi non sinit rebaptizari, sed tamen spiritum sanctum, quod ab hereticis nemo accepit per eius inuocationem et manus impositionem a catholicis sacerdotibus consequi.

Sciendum uero est quod sacramenta heticorum dicuntur uera, uel et dampnanda falsa et inania, non quantum ad se

[illegible]

sint sancta et vera, et ab heretico celebrata. Sed quia tamen illicite dantibus perfidis sunt ad iudicium illicite, ab eis accipientibus non conferunt spiritum sanctum. Item. Et non vera dicuntur, quia que promittuntur et conferre creduntur non tribuunt. Et ideo dampnanda, ut ea dari vel recipi ab hereticis non approbentur. Sed inmunda dicuntur, non enim contaminata ad se polluta sunt, quamvis ab hereticis polluti dicantur. Unde Gregorius: Coronam autem vocat execrationem. Et Innocentius: Vocat bonosiacorum ordinationem dampnationem. Non quia in se sint, sed quia male dantibus vel accipientibus id efficiunt. Sic et Ieronimus in Osee: Sacrificia eorum panis luctus vocatur, non quantum ad se, sed quantum ad effectum. Quod ipse inferius ostendit subiungens: Omnes qui comederint ex eo contaminabuntur. Quia ad iudicium sumuntur. Hinc etiam Augustinus in libro .ii. contra epistolam Parmeniani. **Sacramenta quamvis obsint indigne tractantibus, prosunt tamen per eos digne sumentibus.** (red)

Per Ysaiam dominus ait: Iniquior est qui mihi sacrificat vitulum, quam qui canem occidat. Et qui offert similaginem, quam qui sanguinem porcinum. Et qui offert thus in memoriam, quam qui blasphemus. Quibus talibus offert sacrificium tali corde. Vel fratres ut hoc mereatur audire perniciem sibi infert, non illis bonis inferunt perniciem, qui accipiunt ab eis eadem sacramenta, qui secundum Ezechielem prophetam gemunt et merent peccata et iniquitates que fiunt in medio eorum, quamvis inde non se corporaliter separent. Item infra. Sacrificia ipsorum eis obsunt, qui offerunt impie. Nam unum atque idem est sacrificium propter nomen domini quod invocatur, et semper est sanctum. Tale cuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit. Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit, non aliis, sed sibi. Item infra. Hoc pene in omnibus talibus questionibus intelligendum ammonemus, quia scilicet omnia sacramenta cum obsint indigne tractantibus, prosunt tamen per eos digne sumentibus. Item infra. Spes mea in ecclesie preposito, in ministro sic intelligitur, ut si fidelis non est, operetur per eum et eius mercedem in salutem sempiternam et eorum regenerationem vel edificationem, qui per eum sive constituuntur sive evangelizantur.

Item cum fictus est, quem verissime scriptum est: Spiritus sanctus discipline effugiet fictum, desertum quidem salutem eius et aufert se a cogitationibus eius que sunt sine intellectu; ministerium tamen eius non deserit, quo per eum salutem operatur aliorum. **De eodem.** (red)

Constat ergo ut Innocentius ait de ceteris hereticis ordinatos a symoniacis per pravam manus symoniace impositionem vulneratum, hec capitula. Sed obicitur quod in ordinatione symoniacorum hoc solum inreprehensibile invenitur, quia gratia spiritus sancti sub precio redigi prohibetur. Misterium autem in omnibus integra forma sacramentorum servatur. Cum ergo illicita sacramentorum usurpatio per penitentiam correcta fuerit, ut gratia spiritus sancti gratuita et non venalis exerceatur, integritatibus adesse unctionis effectus. Immo etiam si non sequatur penitentia, licet symoniace, tamen rite consecratus reperitur. Sicut illi qui quondam non nisi precio dato ad sacri baptismatis regenerationem, nec ad sancte communionis participationem admittebantur, licet symoniace, tamen non ideo minus baptizati vel sacre communionis participes reputandi sunt. Sed hoc tamen sacris canonibus constitutum est, ne de cetero sacramenta ecclesie symoniace distribuantur. Unde Gelasius papa. **A baptizandis vel signandis precia exigantur.** (red)

Baptizandis consignandisque fidelibus sacerdotes precia nulla consignant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes. Quoniam quod gratis accepimus gratis mandamur dare, et ideo nichil a prefatis prorsus exigere moliantur. Quo vel paupertate coacti deterreantur vel indignatione revocati redemptionis sue causas nunc despiciant. Certum habentes quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse vel commissa non potius sua sponte correxerint periculum subeant proprii honoris. Item ex .vi. synodo. **A percipiente gratiam communionis nullus precium exigat.** (red)

Nullus episcopus aut presbyter aut diaconus, qui sacram dispensat communionem, a percipiente gratiam communionis aliquod precium exigat. Neque enim venditur gratia, neque pro precio gratiam spiritus damus, sed dignis munere sine tergiversatione participare concedimus. Si quis vero illorum qui connumerantur in clero ab eo cui sacram communionem dispensat

[illegible]

aliquod precium exigit deponatur. sic muta
re symoniace fraudis. Item ex concilio
tolletano. xi. Munera invisibilis gratie que
stionibus non sunt prestanda.

Quicquid invisibilis gratie consolatione
tribuitur. numquam questibus vel quibuslibet pre
miis venundari penitus debet dicente domino.
Quod gratis accepistis: gratis date. Et
ideo: quicumque deinceps in sacro ordine ec
clesiastico constitutus aut pro baptizandis
consignandisque fidelibus crismate vel pro
motionibus graduum precia quelibet vel pre
mia non voluntarie oblata pro huius mo
di ambitione susceperit. Equidem si sciente
loci episcopo tale quicquam a subditis perpetra
tum fuit. Idem episcopus duobus mensibus
excommunicationi subiaceat. pro eo quod in scia
mala nutrierit et correctionem necessariam
non adhibuerit. Si autem suorum quis
piam eodem nesciente quicquam de superdictis
capitulis accipiendum esse crediderit. et si
presbyter est. iiij. mensium excommunicatione ple
ctatur. si diaconus. iij. subdiaconus vero
vel clericus hiis cupiditatibus serviens.
pro arbitrio competenti: pena et debita
excommunicatione plectendus est. Item ex concilio
bracarensi. ij. Nichil a sacerdotibus
exigatur pro balsamo quod in crisma

Placuit ut nullus te ponitur.
Pro modico balsamo quod benedicen
pro baptismi sacramento per ecclesias datur.
qui singulis tremisse exigere pro ipso
solent. aliquid ulterius exigat. ne
forte quod pro salute animarum per invocationem
sancti spiritus consecratur. sic symon magus
donum dei pecunia emit. Ita nos ven
dantes dampnabili venumdemus. Item
ex eodem. Non est aliquid exigendum ab hiis
qui infantes suos ad baptismum adducunt.

Placuit ut unusquisque episcopus
per ecclesias suas hoc faciat. ut hii qui in
fantes suos ad baptismum offerunt. si quid
voluntarie pro voto suo offerunt suscipi
atur ab eis. Si vero pro necessitatem
paupertatis aliquid non habent quod offe
rant nullum eis pignus violenter tol
latur a clericis. Nam multi pauperes
hoc timentes filios suos a baptismo retrahunt.
Qui si forte dum differunt: sine gratia bapti
te hac vita recesserint necesse est ut
ab illis illorum perditio requiratur. quorum
spolia pertimescentes a baptismi gratia se sub
traxerint. Item ex concilio elibertino.

Qui baptizantur nummi in concam
mitti non debent.

Emendari placuit ut nullus mittat co
ut qui baptizantur ut fieri solebat gar.
nummos in concam non mittant. ne sacer
dos quod gratis accepit precio distrahere vi
deatur. Neque pedes eorum lavandi sunt a
sacerdotibus vel clericis. Item ex concilio tri
burensi. Pro perceptione crismatis vel
baptismi aliquid exigi non debet.

Dictum est solere in quibusdam locis
pro perceptione crismatis: nummos dari.
similiter pro baptismo et communione. Hoc est sy
moniace heresis detestata est sancta synodus.
et anathematizavit ut de cetero. nec pro ordi
natione. nec pro crismate vel balsamo vel baptismo.
nec pro sepultura. vel communione quicquam
exigatur. statuit. sed gratis dona Christi gra
tuita dispensatione donentur. Item ex
concilio cabilonensi. Nec pro dedicandis
basilicis. nec pro ceteris sacramentis confer
endis aliquid exigatur.

Statuimus ut
sicut pro dedicandis basilicis et dandis
ordinibus: nichil accipiendum est. ita et pro
balsamo. sive pro luminaribus emendis
nichil presbyteri accepturi crisma dent. Episcopi vero
qui de facultatibus ecclesie sue balsamum e
mant. et luminaria singulis in ecclesiis suis.

Sicut ergo hec sacramenta licet symo
niace ministrentur. non effectum benedictionis
conferunt accipientibus. sic et sacerdotalis
unctio. licet symoniace ministretur.
suo tamen non debet carere effectu. sed sic
superdictum est illa sacramenta sunt necessi
tatis. hec dignitatis. et ideo privilegia il
lorum non possunt generare commune legem
istorum. Habent ergo symoniaci vulne
rati caput per symoniace perversam manus
impositionem. hoc autem de illis dicitur.
quos nec excusat ignorantia. nec a
fectionis violentia. qui ab illis ordi
nantur: quos indubitanter sciunt esse
symoniacos. sive symoniace sive
non symoniace: ab eis ordinentur.
Unde nicholaus papa distinguit. Alii
symoniace ordinantur a symoni
acis. alii non simoniace a symoni
acis. Hanc distinctionem innuit
nicholaus papa. capitulo. ij. dicens. De
multiplici genere symoniacorum.

Statuimus decretum de simoniacis
simoniace ordinatoribus vel ordinatis.
et de simoniacis: simoniace. Ante si
moniacis et simoniacis non simoniace

a simoniacis. Simoniaci simoniace ordinati, uel ordinatores, secundum ecclesiasticos canones a proprio gradu decidant. Simoniaci quoque simoniace ante a simoniacis ordinati similiter ab officio male accepto remouebuntur. Simoniacos autem non simoniace a simoniacis ordinatos misericorditer per manus impositionem pro necessitate temporis in officio concedimus permanere.

Sed hoc intelligendum est de hiis qui ordinantur a simoniacis, quos ignorabant esse simoniacos. Hos facit simoniacos non reatus criminis, sed ordinatio simoniaci. De quibus Urbanus papa ait. De hiis qui simoniace a simoniacis ordinantur.

Si qui a simoniacis non simoniace ordinati sunt, si quidem probare potuerint se, cum ordinarentur, nescisse eos simoniacos esse, et tunc pro catholicis habebantur in ecclesia, talium in ecclesia ordinationes misericorditer sustinemus, si tamen eos laudabilis uita commendat. Qui uero scienter se a simoniacis consecrari (uno excepto) permiserint, eorum consecrationem omnino irritam esse decreuimus.

Item Nicholaus papa iunior. De eo qui ordinatur ab illo quem scit symoniacum esse.

Hec etiam statuimus ut si quis in posterum ab eo quem simoniacum esse non dubitat se consecrari permiserit, et consecrator et consecratus non disparem dampnationis sententiam subeant, sed uterque depositus peniteat, et priuatus propria dignitate persistat.

Idem. Simoniacis in dignitate seruanda nulla est impendenda misericordia.

Erga simoniacos nullam misericordiam in dignitate seruanda habendam esse decreuimus, sed iuxta canonum sanctionem et sanctorum patrum decreta eos omnino dampnamus ac deponendos apostolica auctoritate sancimus.

Subaudiendum est: nec uiolenter attractus fuit. De hiis enim et quibuslibet hereticis uiolenter ordinatis ait Innocentius. De hiis qui inuiti ad ordinationem hereticorum trahuntur.

Constat multos uim esse passos, atque inuitos attractos repugnantesque ab hereticis ordinatos. Sed huiusmodi aliquis si post talem ordinationem intraret ecclesiam, cum illi conficerent sacramenta, si communioni eorum particeps non est, sed statim discedentibus illis illi pessimo conciliabulo eorum abrenuntiauit et ad ecclesiam rediit. Iste tales possunt habere colorem alicuius excusationis. Ceterum qui post mensem aut amplius redierunt, cum se considerent ab hereticis ordinatos, certe qui nichil ab eis acceperunt, rei sunt usurpate dignitatis.

Tales plerumque ex magna pietate reformat catholice manus impositio et satisfactione et medicina penitentie, sed dampnatione simoniacorum et eorum qui eis consenserunt legimus. Medicinam uero auctoritatem ex hac heresi nominatam non legimus, nisi quod sicut usurpatum est in nouatianis, uel donatistis. Moribus namque hereticis non canonice, sed ex intuitu pietatis, ita est ex hiis posse sic colligimus, ideo est quod aliorsum per omnia orthodoxam habent fidem, nisi quod spiritum sanctum credunt esse uenalem, et ut ait beatus Augustinus: Heretici enim redierunt in qua parte se absciderunt ab ecclesia carent. Qua uero parte adheserunt agnoscantur. Unde Leo papa scribit Ianuario episcopo. Qui ab heresi ad ecclesiam redeunt in quo inueniuntur ordine ex beneficio perseuerent.

Omnis cuiuslibet ordinis clericus, qui catholicam deserens unitatem et heretice uel scismatice communionis contagione se maculauit, si ad ecclesiam redierit, cum legitima satisfactione et erroris sui dampnatione, hoc in magno beneficio habeat, si adempta spe omnis promotionis in quo inuenitur ordine permaneat.

De hiis autem qui ordinantur simoniace a non simoniacis, ut puta illi qui pecunia data archidiacono uel consiliariis episcopi, ipso episcopo ignorante, hoc efficiunt ut de manu eius sacros ordines accipiant, de hiis scribit Gregorius VII. Ordinationes que simoniace fiunt false diiudicantur.

Ordinationes, que interueniente precio uel precibus uel obsequio alicui persone ea intentione impenso, uel que non communi consensu clericorum uel populorum secundum canonicas sanctiones fiunt, et ab hiis ad quos consecratio pertinet non comprobantur, falsas esse iudicamus. Quoniam qui taliter ordinantur non per hostium, id est per Christum, intrant. Sed ut ipsa

nimis testatur fures sunt et latrones.

Quia ergo simonia triplicatur in hoc capitulo notatur. Videndum est quot modis prouenit in hac heresi deuenitur. Hoc autem beatus Gregorius in euangeliorum tractatu euidenter exprimit dicens. **De multiplici munere symoniacorum.**

Sunt nonnulli qui nimirum premia ex ordinatione non accipiunt, et tamen sacros ordines pro humana laude uel gloria largiuntur, atque de ipsa largitate laudis solummodo retributionem querunt. Hii nimirum quod gratis acceperunt gratis non tribuunt, quia de impenso officio sanctitatis nummum expetunt fauoris. Unde et bene uirum iustum propheta describeret, ait: Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Non enim dicit solummodo a munere, sed ab omni munere, quia aliud est munus ab obsequio, aliud a manu, aliud a lingua. Munus ab obsequio est seruitus indebite impensa. Munus a manu pecunia est. Munus a lingua fauor. Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus non solum nullam pecuniam, sed nec humanam gratiam requirit. Idem in registro **Eternam dampnationem incurrit qui quoslibet munere ad sacros ordines accedit.**

Si quis neque scio polluens manibus, neque a clero neque a populo uocatus uel pulsatus ne coactus, inpudenter ... sacerdotium quolibet facinore pollutus in uiso cordis amore uel sordidis precibus, oris siue commendatione, siue manuali seruitio, siue fraudulento munusculo, qualem uel sacerdotalem non lucro animarum, sed inanis glorie auaritia fultus, dignitatem accepit, et in uita sua non sponte reliquerit, cumque in aspera more penitentiam non inuenerit, procul dubio in eternum peribit. Hinc etiam Gregorius scribit Iohanni Corinthiorum episcopo. **Pro ordinationibus nil omnino recipiatur.**

De ordinationibus aliquid suscipere uel accipere sub districta interdictione decreuimus oportere, ut neque pro dono, neque pro gratia, neque per quorumlibet supplicationem aliquos ad sacros ordines consentiatis uel permittatis adduci. Idem uniuersis episcopis per Galliam constitutis. **Nec precio nec gratia uel supplicatione aliqui ad sacros ordines accedant.**

Quibusdam narrantibus agnouimus quod in illis partibus nullus ad sacrum ordinem sine commoditatis datione perueniat.

Quod si ita est, flens dico, gemens denuntio, quia cum sacerdotalis ordo intus ceciderit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex euangelio quid redemptor noster per semetipsum fecerit, quia ingressus templum cathedras uendentium columbas euertit. Columbas namque uendere est de spiritu sancto quod deus omnipotens consubstantialem sibi per impositionem manuum hominibus tribuit commodum temporale percipere. Ex quo ut predixi malo tam euenire creditur, quia qui in templo dei columbas uendere presumpserint, coram deo iudice cathedre ceciderint. Qui uidelicet error in subditis propagatur cum augmento. Nam ipso quo quisque ad sacrum honorem perducitur, in ipsa prouectus sui radice uitiatus, paratior est alijs uendere quod emit. Et ubi est quod scriptum est: Gratis accepistis gratis date. Et cum primo contra sanctam ecclesiam simoniaca heresis sit exorta, cur non uidetur, cur non perpenditur, quia eum quem cum precio quis ordinat prouehendo, agit ut hereticus fiat. Proinde hortamur ut nullus uestrum deinceps hoc fieri patiatur. Sed neque gratia alicuius neque supplicatione aliquos ad sacros ordines audeat promouere, nisi cum quem uite et actionis qualitas ad hoc dignum esse monstrauerit. Nam si aliter fieri senserimus, denuo districta et canonica illud nouitis ultione compesci. Item Simacus papa. **Ad episcopalem honorem nullus per ambitum accedat.**

Nullus umquam per ambitionem ad episcopalem honorem peruenire temptatur accedere. Nam cum hic excessus in laicali conuersatione culpetur, quis dubitat quin religionis et ordo fratribus in obprobrium. Item Gregorius. **De eodem.**

Estote ergo in ordinatione precipue solliciti ad sacros ordines, nisi prouectos etate et mundos opere nullatenus admittatis. Coram eum qui in sacro ordine sunt collocandi, prius uitam moresque discutite, et indignos huic officio adhibere possitis. Non potentia aut supplicatio quarumlibet subripiat personarum. Quando igitur de hijs tractare necesse est, grauiores oportet ut uiros consilij uestri adhibere principes, et cum eis communi deliberatione hoc pensare. Item de Columbo episcopo. **Neque fauore neque uenalitate ad sacros ordines quisque promoueatur.**

Pueri ad sacros ordines nullatenus permittantur.

ne tanto periculosius cadant quanto citius ascendere ad altiora festinant. Nulla sit in ordinatione venalitas potentia. vel supplicatio personarum nichil adversus hec que prohibentur obtineat. Nam procul dubio deus offenditur. si ad sacros ordines quisque non ex merito sed ex favore: quod absit. aut venalitate provehitur. De eodem.

Econtra idem Gregorius. quibusdam supplicantibus unum acolitum et alterum diaconum legitur ordinasse. unde scribit Petro episcopo Corsice inter cetera. Episcopo interveniente Iohannes quemdam acolitum ordinavit.

Latorem presentium per intercessionem vestre sanctitatis acolitum fecimus. quem ad obsequia vestra transmisimus. ut si in lucrandis animabus amplius se exhibuerit. proficere amplius possit. Item de Helie episcopo et abbate. Quisquis in Romana ecclesia sacrum ordinem acceperit. ulterius ab ea egredi non poterit.

Filium nostrum Epiphanium mandastis. ut ad sacrum ordinem promotione deberemus nobisque transmittere. sed in uno: nos audivimus. in alio minime potuimus audire. Diaconus quippe iam est. sed quisquis semel in hac ecclesia sacrum ordinem acceperit: egrediendi ex ea ulterius licentiam non habet. Si vero nos audire non potuit: hac ex re consolationem habeo que in filio vestro quiesco. Non ita que quorlibet precibus ordinationes facte false iudicantur. Sed hee demum que precibus ordinandi. vel eius amici. non non spirituali sed carnali affectu porrectis fiunt. cum alias fierent non essent. quas non caritas intervenientis. sed ambitio supplicans extorqueret. Non solum autem eius aut quibuslibet episcopis summus pontifex in ecclesia dei ordinare valet. verum etiam opportunitate exigente monachos. et quoslibet clericos convocare. potest et invenitur. Unde Nicholaus papa.

Per principalem beatorum apostolorum Petri et Pauli potestatem. ius habemus. non solum in monachos. verum etiam in quoslibet clericos de quacumque diocesi cum necesse ad nos fuerit convocare. atque exigentibus ecclesiasticis oportunitatibus mutare.

Quolibet ergo munere interveniente falsa iudicatur ordinatio.

Sicut autem interveniente precio sacri ordines non sunt tribuendi. ita nec restituendi. Ut enim ait beatus Ambrosius. Sacri ordines non sunt precio emendi. nec redimendi. Unde in Gregorius vii. ait. Precio interveniente sacerdotale officium

Nullus episcopus graviam seu non restituatur.

(Nullus episcopus) seculare servitium ex usu et consuetudinem normam abbatibus seu clericis suis imponat. Hoc iudicium sacerdotale officium precio interveniente restituat. Qui si fecerit sui officii periculum subeat.

Qui autem pecuniam accipiunt. in ordinandis sacros ordines non intribuant. aut canonice electioni assenbuant. aut ecclesiis edificandis non prebeant. aut ecclesiis edificandis vel consecrandis lapidem benedictum vel consecrationem subtrahant multis argumentis. accepte pecunie rei et infames esse probantur. Unde Pascasius papa secundus. Sacrilegi sunt iudicandi qui ecclesias

Sunt quidam non permittit regulariter ordinari.

Sunt quidam qui pro violentia vel favore non permittunt ecclesias regulariter ordinari. hos decernimus: ut sacrilegos iudicandos.

Codicis libro. ix. ad legem. Lex.

Iuliam repetundarum imperatores Gratianus. Valentinianus. et Theodosius. iubemus. et exhortamur: ut si quis fortem ex honoratorum decurionum. possessorum postremo et colonorum. vel cuiuslibet ordinis a iudice fuit aliqua ratione concussus. si quis scit venalem de iure fuisse sententiam. si quis penam vel precio remissam. vel vicio cupiditatis ingestam. Si quis post tenore quacumque de causa improbum iudicem poterit approbare. is vel administrante eo vel post administrationem depositam in publicum procedat. crimen deferat. delatum approbet. ut comprobaverit victoriam reportaturus et gloriam. Item in digestis. li. iii. titulo de calumpniatoribus. Ulpianus lex. x. ad edictum vel ad edictum l. i. in eum. qui ut calumpnie causa negocium faceret. vel non faceret. pecuniam accepisse. Pannum utile. in quadruplum eius pecunie accepisse dicitur. post annum simplice in factum actio competit. Ibidem libro. xl. viii. titulo de concussione. Ibidem. a. d. a Marcello. Omnes cognitores et iudices a pecuniis sive patrimoniis manus abstrahant.

non alienum iurgium putent suam predam. Est enim prevaricator litium cognitor, idemque mercator statuta legibus cogetur subire sententiam.

Idem. A. A. A. Iudices erant super admissis suis, vel a se vel ab heredibus suis penam esse repetendam.

Marcellus l. I. publicorum iudiciorum. Concussionis iudicium publicum non est. Sed si ideo pecuniam quis accepit, quod crimen minatus sit, potest publicum iudicium esse ex senatusconsultis, quibus pena legis Cornelie teneri iubentur, qui in accusationem innocentium coierint, quive ad accusandum vel non accusandum, denuntiandum vel non denuntiandum testimonium pecuniam acceperint.

Idem libro xlviii. ff. ad l. repetundarum. Macer l. I. Lege Iulia repetundarum tenetur, qui, cum aliquam potestatem haberet, pecuniam ad iudicandum vel non iudicandum decernendumve acceperit, vel quo magis aut minus ex officio suo faceret.

Idem. Eadem lege tenentur, qui ob denuntiandum vel non denuntiandum testimonium pecuniam acceperint.

Lege Iulia repetundarum cavetur, ne quis ob militem legendum obtinendumve aes accipiat; neve quis ob sententiam in senatu consilio ve publico post dicendam pecuniam accipiat, vel ob accusandum vel non accusandum.

Marcus ibidem ex lege Iulia de repetundis precipitur, ne quis ob iudicem arbitrum ve dandum, ve vel non dandum, mutandum ve vel non mutandum, iubendum vel non iubendum, neve ob litem estimandam iudicium capitis pecunie ve faciendum vel non faciendum aliquid acceperit.

Hodie ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur, et plerumque vel exilio puniuntur vel etiam durius, prout admiserint. Hac lege dampnatus testimonium publice dare, aut iudex esse, postulare prohibetur.

Q. II.

§. Sequitur secunda questio, qua queritur, an pro ingressu monasterii pecunia sit exigenda, vel exacta persolvenda? Hoc utrumque licite fieri utriusque testamenti serie comprobatur. Legitur enim in I. libro Regum, quod Anna detulit secum Samuelem, postquam ablactatus fuerat, in tribus vitulis et tribus modiis farine et amphora vini ad domum Dei in Sylo.

In Actibus vero apostolorum legitur: Quod multitudinis credentium erat cor unum et anima una, nec aliquid eorum que possidebant quisquam proprium esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Singuli vendebant predia sua et ponebant precia eorum ante pedes apostolorum. Quorum unus nomine Ananias, dum partem sibi reservaret cum uxore sua Saphyra, sententia maledictionis accepta ante pedes apostoli cecidit mortuus. Hinc liquido apparet, quod ingressuri monasterium sua debent offerre rectoribus, nec aliter sunt recipiendi, nisi sua obtulerint.

§. Sed aliud est sua sponte offerre, aliud exacta persolvere. Anna mater Samuelis non exacta neque petita, sed sponte munera sacerdotibus obtulit. Credentes sua sponte offerebant apostolis, ut indigentium necessitatibus deservirent, quia instante persecutione infidelium eis possidere non licebat. Ananias quoque non ideo dampnatus est, quia sua nollet offerre, sed quia spiritui sancto mentitus precia eorum que apostolis obtulerat ex parte fraudabat.

§. Non ergo his auctoritatibus permittitur rectoribus ab ingressuris aliquid exigere, sed sponte oblata suscipere, quia illud dampnabile est, hoc vero minime. Unde in Bracharensi concilio II. legitur:

Pro dedicandis ecclesiis nil exigendum est.

Placuit ut quotiens ecclesie a fidelibus consecrande petuntur episcopi, non quasi ex debito munus aliquod a fundatore requirant. Sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur. Si vero aut paupertas illum aut necessitas retinet, nichil exigatur ab illo. Sed tamen unusquisque episcoporum meminerit, ut non prius dedicet ecclesiam, nisi ante dotem basilice et obsequium illius per donationem cartule confirmatum accipiat. Nam non levis est ista temeritas, ut sine luminariis, vel sine substantiali sustentatione eorum qui ibidem servituri sunt, tanquam domus privata consecretur ecclesia.

Item Bonifacius urbis Rome episcopus scribit universis Gallicane ecclesie episcopis.

Ab his qui ad conversationem accedunt, nil est exigendum, nec pro aliquibus ad conversationem est invitandum.

Quam pio mentis affectu fratres karissimi vestre dilectioni Romana spectat ecclesia, vobis fortassis incognitum, sed agnitum

[illegible]

...tori omnium: non incongruum habetur. Dubitandi autem uidetur quod idoneum est. Deinde responsum.

Dominus testificor ipsa quoque dubitatio me anxietatem reddidit et inopiam. Nunquam enim legimus dominum discipulos. uel eorum ministerio conuersos. quemquam ad dei cultum aliquo munere inuitanti prouocasse. nisi forte de pauperum alimento quis inconuenienter proponat. Quorum nulli cuiuslibet professionis ecclesie uictualia negabantur. Scimus equidem quod omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est. A quo: bone uoluntatis donum accipitur. qui suo deliberationis arbitrio gratis deo seruire disponit. Restat ergo ut qui pro alicuius ecclesie susceptione munus accipit: donum dei quod a patre luminum descendere debuit: uendat. munus autem largiens imperium emat. Quid autem de diuini doni uenditoribus uel emptoribus consequatur concludi necesse est. Cauere igitur fratres quam sit ambiguum: quod periculis consilium. quod quidem sine uestre uoluntatis promi nulla inueniuntur ratione confirmatum. Verumtamen si uestre necessitati adeo est oportunus quod regulis diuinis in omnibus absit pacto. omnis cesset conuentio. nullaque uestre ecclesie fiat distractio: accedat gratis. et deo seruire incipiat. Sicque regiminis deuote gesserit obsequia. ac postmodum uos que subsidij gratia alicui sine ecclesie munera largiri. fratrum solatio: romana permittit ecclesia. Item gregorius in registro.

Ab ordinato non debet aliquid exigi sed uoluntarie oblata suscipi.

Sicut ipsum non decet manum quam imponit uendere. ita minister uel notarius non debet in ordinatione eius uocem suam uel calamum uendere. Is autem qui ordinatus fuerit. si non ex pacto. neque exactus ac petitus. post acceptas cartas et pallium offerre aliquid cuilibet ex clero gratie tantum causa uoluerit. hoc accipi nullo modo prohibemus. Quia eius oblatio nullam culpe maculam ingerit. que non exambientis petitione processit. Auctoritate ludouici patenter ostenditur quod sic nullus precio intrandus est ad conuersionem: ita nulli pecunie interuentu ecclesie largiri oportet ingressum. Auctoritate uero gregorij datur intelligi: quod pro ingressu ecclesie non licet pecuniam exigere. sed spontanee oblatam licet suscipere.

Item opponitur illud apostoli ad timotheum.

Viduas honora. que uere uidue sunt. que autem non sunt uere uidue. id est que cum suis uel parentum opibus sustentari possunt. non recipiantur. ut ecclesia sufficiat hijs que uere uidue sunt. Item Ieronimus ad damasum papam.

Qui sumptibus propriis sustentari possunt: ab ecclesia stipendia non accipiant.

Clericos autem illos conuenit ecclesie stipendijs sustentari. quibus parentum et propinquorum nulla suffragantur. Qui autem bonis parentum et opibus sustentari possunt. si quod pauperum est accipiunt. sacrilegium profecto committunt. et per abusionem talium iudicium sibi manducant et bibunt. Item prosper in libro de contemplatiua uita. cap. x.

Quibus sua sufficiunt alimonia ecclesie pastor esse hijs quibus non sufficiunt.

Pastor ecclesie hijs quibus sua sufficiunt: non debet aliquid erogare. quia quid nichil aliud sit habentibus dare quam perdere. Nec illi qui sua possidentes dari sibi aliquid uolunt. sine grandi peccato suo unde pauper uicturus erat. accipiunt. De clericis quid dicat spiritus sanctus. Peccata populi mei comedunt. Sed sicut nichil habentes peccatum: non peccata sed alimenta quibus indigere uidentur accipiunt. ita possessores non alimenta quibus habundant. sed aliena peccata suscipiunt. Verum hijs auctoritatibus prohibentur ab ecclesia suscipi. non illi qui quondam fuerunt diuites. et postea omnia reliquerunt. ut petrus et matheus. et paulus. aut pauperibus distribuerunt. ut zacheus. aut ecclesie rebus adiunxerunt. sicut illi qui predia sua uendentes ponebant precia ante pedes apostolorum: ut essent illis omnia communia. sed illi qui in domibus parentum residentes uel sua relinquere nolentes: ecclesiasticis facultatibus pasci desiderant. De quibus in eodem libro prosper subinfertur.

Qui sua relinquere nolunt. sumptibus ecclesie sustentari non debent.

Si quis propter hoc non uult sua relinquere. sed hec non uiuat. ut quod accipit cum ratione reddat. ut quid peccatis alienis sua multiplicat. Idem.

Non est meum dicere: equale peccatum cibos pauperum presumendo suscipiat. qui etiam quod uiuat de ipsis facultatibus debuerit. suis expensis ministrare.

[illegible]

ipse sed fortassis in congregatione viventes, ne aliquos pauperes pascant, ne advenientes excipiant, aut ne sui incensum condiantis expensis minuant. Quod si aliqui de suis facultatibus ecclesie velud pro ipsa expensa sua contulerint, ne se preferant mala iactantia illis quos nichil habentes pascit et vestit ecclesia. Quia perfectior est ille qui se mundi rebus expoliat, quam qui cum nichil habuit, nec habere desiderat; quoniam ille quod ex minus quam possidet ecclesie aliquid prebuerit, ac se de eo quod preterit forsitan taceat.

Hec est qui prohibetur suscipi ab ecclesia. Illi vero qui omnia sua reliquerint, vel pauperibus distribuerint, vel ecclesie rebus adiunxerint, et ab ecclesia laudabiliter suscipiendi sunt et eius opibus sustentandi. Unde in eodem libro legitur: Qui sua relinquunt vel pauperibus distribuunt, vel ecclesie rebus adiungunt, laudabiliter ecclesiastica dispensant.

Sacerdos cui dispensationis cura est commissa, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accepit a populo dispensanda, et fideliter dispensat accepta, qui omnia sua aut relinquid parentibus aut pauperibus distribuit, aut rebus ecclesie adiunxerit, et se in numero pauperum paupertatis amore constituit, ut unde pauperibus subministrat, inde et ipse tanquam pauper voluntarius vivat. Clerici quoque quos pauperes natura fecit, cum perfectione virtutis, vite necessaria, sive in domibus suis, sive in congregatione viventes accipiant, quia ad ea accipienda non eos cupiditas ducit, sed vivendi necessitas cogit. De talibus videtur dicere apostolus: Qui in sacrario operantur, que de sacrario sunt edunt, et qui altario deserviunt, de altario participant. Quod nisi hoc de contemptoribus suarum facultatum vellet intelligi, nunquam sequenter adiungeret: Ita et Dominus ordinavit his qui evangelium annuntiant de evangelio vivere. De evangelio autem qui nichil habere proprium volunt, qui nec habent, qui nec habere aliquid cupiunt, non suorum, sed communium omnium possessores. Quid est aliud vivere de evangelio, nisi laboranti unde vivat necessaria vite percipere? Apostolum, qui sic evangelium predicavit, ut necessaria sibi suis manibus predicaret, ministraret, de se confidenter loquitur: Ego autem nullo horum usus sum, et quia te dixerat secutus aperuit dicens: Expedit michi magis mori quam ut gloriam meam quis evacuet. Evacuaret dico gloriam suam, si ab eis quibus predicabat voluisset accipere vite temporalis expensam. Nolebat quippe in presenti laboris sui fructum, sed in futuro recipere. Item ex concilio Agathensi.

Iuxta unius laboris eius meritum ecclesiastica stipendia sacerdotes distribuant.

Clerici omnes qui ecclesie fideliter vigilanterque deserviunt, stipendia sanctis laboribus debita, secundum servicii sui meritum per ordinationem canonum a sacerdotibus consequantur.

Questio iii.

Q. III

Multorum auctoritatibus luce clarius constat quod ab ingressuris monasterium non licet pecuniam exigere, ne et ille qui exigit, et ille qui solvit, symonie crimen incurrat. Sed adhuc obicitur, quod ingressuri monasterium pecunias tribuunt, non professionem religionis, sed participationem stipendiorum ecclesie emunt. Temporalia ergo non spiritualia ementes nequaquam symoniaci iudicandi sunt. Quibus itaque respondetur: Non solum qui spiritualia, sed etiam qui temporalia eis annexa precio accipiunt vel tribuunt, symoniaci iudicantur. Unde Malachias loquens ex persona Domini: Quis est inquit in vobis qui claudit hostia, et incendat altare meum gratuito? Non est michi voluntas in vobis, dicit Dominus Deus exercituum, et munus non suscipiam de manu vestra. Hostia claudere non est sacri ministerii officium, sed tamen sibi adiunctum. Item Gregorius scribit universis hispanis episcopis.

De hiis qui sacros ordines munerum acceptione dispensant.

Audivimus dilectissimi quod nos audisse operuit, sed audisse perfecto non libuit. Quosdam esse scilicet sacrorum ordinum professores, qui sub munerum datione vel acceptione dei ecclesias vel earum beneficia sibi usurpant. Quod quidem scelus iam vos dudum acriter non correxisse vehementer admiramur. Iuste nimirum utrumque compeditus est, et a sanctis liminibus ecclesie submovendus, et qui per ecclesie ambitum munera largitur, et qui ut ad ecclesiam accedat quicquam presu-

mitt accipere. Iste quippe donum dei emit. ille autem vendere presumit. a sacri legio quoque hoc facinus non dispar dixerim. cum id quod sponte et facto deliberationis arbitrio gratis fieri debuit. sub precium pactione causatur. Quare fratres karissimi que taliter facta sunt curiose resellite. infecta prohibete. Utrisque iussionibus resistentes. digno anathematis vinculo percelli non dubitate. Idem rothomagensi episcopo et gallicis omnibus. De hiis qui ecclesias vel ecclesiastica beneficia vendunt.

Si quis dator vel acceptor dei ecclesias. vel ecclesiastica beneficia. que quidam prebendas vocant sub precium interveniente sive emit. sive dando emerit. sive accipiendo vendiderit. a symonis non excluditur perditione. Et si perseverant sine ipsa multe tenentur dampnatione. Nam qui sub religionis obtentu deo famulari voluerit. si quis acceperit et meritum perdit et beneficio accepto frustratur. Rationis igitur rigore cogitur. quod iniuste recepit restituere. et quicquid turpis lucri gratia recepit non teneat. Item gregorius VII. Ab officio suspendatur episcopus beneficia vel officia vendens.

Si quis episcopus prebendas archidiaconatus prepositurus. vel aliqua officia ecclesiastica vendiderit. vel aliter quam statuta sanctorum patrum precipiunt. ordinaverit. ab officio episcopi suspendatur. Dignum est enim ut sicut gratis episcopatum accepit. ita membra eiusdem episcopatus gratis distribuat.

Item ex concilio Urbani pape habito aluernie. Nec altaria nec prebendas episcopis vendere licet.

Quesitum est de episcopis: qui altaria monasteriis data frequenter redimi pecunia compellebant. Que quia diu symoniace pravitatis usus in gallicarum partibus iam diutius inolevit. ut ecclesie vel decime que vulgari vocabulo apud eos altaria nuncupantur. monasteriis date. sepius ab episcopis sub palliata avaritia vendantur. mortuis nimirum clericis seu mutatis quos personas vocant. Nos auctore deo venalitatem omnem. tam ex rebus quam ex ministeriis ecclesiasticis propellentes. hoc auctoritate apostolica ulterius fieri prohibemus. sicut et prebendas omnes vendendas interdicimus. porro quecumque altaria vel decimas ab annis XXX et supra sub huiusmodi redemptione monasteria possedisse noscuntur. quiete deinceps et sine molestia qualibet eis possidenda firmamus. salvo utique episcoporum censu annuo. quem ex eisdem altaribus hactenus habuerunt. Idem gregorius. Quicquid datum vel promissa pecunia in sacris ordinibus acquiritur. irritum habeatur.

Ea que a sanctis patribus de simoniacis statuta sunt. nos quoque iudicio et apostolica auctoritate firmamus. Quicquid ergo in sacris ordinibus vel in ecclesiasticis rebus data vel promissa pecunia acquisitum est. nos irritum esse et nullas vires umquam habere vel optinere censemus.

Item augustinus de doctrina christiana. Quid possidetur nomine pecunie intelligitur.

Totum quicquid homines habent in terra: omnia quorum domini sunt. pecunia vocatur. servus. vas. vita. ager. arbor. pecus. quicquid horum est: pecunia dicitur. Ideo autem pecunia vocata est: quia antiqui quicquid habebant: in pecoribus habebant. Item paschalis papa. Quod ecclesiastica beneficia emit. ecclesias quoque probatur emere.

Si quis obiecerit non consecrationem emere. sed res que ex consecratione proveniunt. penitus desipere probatur. Nam cum corporalis ecclesia. aut episcopus. aut abbas. aut aliquid tale sine rebus corporalibus in nullo proficiat. sicut nec anima sine corpore corporaliter vivit. quisquis eorum alterum vendit: sine quo nec alterum provenit: neutrum invenditum derelinquit. Nullus igitur emat ecclesiam vel prebendam. vel aliquid ecclesiasticum. nec pastellum. nec pastum. aut nec precia vel pro huiusmodi solvat. Item urbanus episcopus servus servorum dei. dilecto filio R. preposito ecclesie sancti iuventii. Quare in evangelio non prohibeatur investitura ecclesie a laicis fieri.

Salvator predicit in evangelio. circa finem seculi pseudo christos et pseudo prophetas surgere et multos seducere et fideles suos in mundo multas habituros pressuras. sed tamen portas inferi non prevalituras. proinde ut ait apostolus. oportet esse hereses. ut qui probati sunt manifesti fiant. Oportet nos cum propheta ex adverso consurgere et murum opponere pro domo israel. et cum apostolo per multas tribulationes intrare in regnum celorum. quoniam non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Igitur quia innotuisti nobis. quod tibi obicitur. vitium vendere ecclesiasticas res simoniacum fore. hoc simoniacum esse patenter colligitur

ex hoc quod beatus apostolus Simoni ait: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimasti donum Dei pecunia possideri. Donum quippe Dei est Spiritus sanctus, et donum Dei est res ipsius ecclesie oblata et sibi consecrata. Ad vertis Simon magus, qui ad fidem accessit non Spiritum sanctum, quo ipse erat indignus, quia ut scriptum est, Spiritus sanctus discipline effugiet fictum: sed donum eius emere voluit, ut ex venditione signorum, que per eundem fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Nec apostolus emptorem Spiritus sancti, quem bene fieri non posse noverat, sed ambitionem questus talis, et avaritiam, que est idolorum servitus, in eodem Simone exhorruit, et maledictionis iaculo percussit. Quisquis igitur res ecclesiasticas, que Dei dona a Deo fidelibus, et a fidelibus Deo donantur, queque ab eodem gratis accipiuntur, et ideo gratis donari debent, propter sua lucra vendit vel emit, cum eodem Simone donum Dei possideri pecunia existimat. Ideoque qui eas non ad hoc quod instituta sunt, sed ad propria lucra munere lingue vel indebiti obsequii, vel pecunie largitur vel adipiscitur, simoniacus est, cum principalis intentio fuit Simonis sola pecunie avaricia, videlicet, id est idolatria, ut ait apostolus Paulus. Alioquin cur synodus Calcedonensis d. c. xxx. episcoporum procuratorem vel defensorem ecclesie, vel quemquam regule subiectum a Deo per pecuniam ordinari prohibet, ita ut inventores quoque tanti sceleris anathematizet, nisi quod eosdem simoniacos iudicet. Quod si predicti militantes ecclesie ob huiusmodi scelus taliter percelluntur, nemo sapiens negabit. Non militantes ecclesie multo dampnabilius ob hanc causam venditionis vel emptionis debere percelli. Sed beatus predecessor noster Paschalis de consecratione affirmat, Quod quisquis eorum alterum vendiderit, sine quo alterum non provenit, neutrum non venditum derelinquit, ac per hoc cum qui rem ecclesie vendit vel emit, simoniacum esse intelligitur. In nomine vero procuratoris intelligit predicta synodus quemlibet ecclesiasticarum rerum amministratorem. Ut verbi gratia prepositum, yconomum, vicedominum, defensorem nomine advocatum, sive castaldum et iudicem. In subiecto vero regule: archipresbiterum, archidiaconum, canonicum, monachum vel quemlibet ecclesiastico mancipatum officio. Quod vero Spiritum sanctum quantum in se vendat vel emat qui prepositurum vel huiusmodi aliquid vendit vel emit. Audi Augustinum super Iohannem. O quot preposituras secuntur vel secuti sunt. alterum prepositum habet Cartaginem principaliter. alterum in Mauritania Rogatensis. alterum habet in Numidia ille vel ille, quos iam nec nominare sufficiam. Circuit ergo aliquis emere columbam. unusquisque laudat prepositum suum quem vendit, et cetera. Ecce venerabilis Augustinus de prepositure distractione agens in nomine columbe Spiritus sancti venditionem vel emptionem accepit. Sic eos huius evangelici capituli tractatores. Pensandum vero est qua pena mulctentur, qui iam Deo et ecclesie sue oblata vendunt vel emunt. Si enim flagellis a Deo de templo eiecti sunt, quique Deo erant offerenda vendebant et emebant. Si a Deo offerendorum venditoribus vel emptoribus dictum est: Vos fecistis domum patris mei domum negotiationis et speluncam latronum. Quid dicetur de ecclesie iam oblatorum venditoribus et emptoribus? Et ne quis insanus obiciat merito hec dominum tam acerbe vindicasse, quia tunc illa in Dei templo vendebantur, ecclesiastice vero res modo extra templum distrahuntur, attende superius Augustinum non determinantem locum venditionis vel emptionis prepositorum, sed tamen indefinite dicentem: Circuit aliquis emere columbam. unusquisque prepositum suum laudat quod vendit, non addiciens in templum vel extra templum. Hec contra venditores vel emptores sacrarum rerum sufficiant. Item Alexander episcopus servus servorum Dei Lucensis ecclesie clero et populo in perpetuum.

Ministri servitores que ecclesie absque ulla venalitate ab episcopo ordinentur.

Ex multis temporibus hoc detestabile malum in vestra ecclesia inolevisse cognovimus, ut nulli umquam, dico canonico religioso, canonico scilicet et moribus predito, ecclesiasticum beneficium concederetur, nisi ei qui pro plano pecunie munere illud emere studuisset, fieretque ecclesia et res eius ita venalis velut quedam taberna et vilis merces a negotiatoribus ad vendendum exposita. Quod malum quam detestabile quantumque Deo sit exosum, quia contrarium et sacri canones docent, et fere omnibus manifestum existit. Ista sententia invenitur in secundo capitulo Calcedonensis sinodi.

Calcedonense naq; concilium unum ex principalibus simili pena condempnat eos qui ecclesie beneficium interueniente pecunie acquirunt. et eos qui sacram manus impositionem per quam spiritus sanctus confertur mercari dinoscuntur. Utrosque enim inexpugnabili auctoritate illos a beneficio. istos a sacro ordine iubet expelli. Unde humani generis redemptor omnes uendentes et ementes de templo eiciens cathedras uendentium columbas et mensas nummulariorum effudit eos. preceptis sui auctoritate denuntians et dicens. Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Illud quoque in eodem sancto sollicite considerare. quod per totum sancti euangelii nusquam reperitur dominum in tanta seueritate. tam districta censura iusticie peccantes corripuisse. cum non solum eloquio increpans. uerum etiam facto flagello de funiculis uerberans. eos eliminauit de templo aperte demonstrans quod tales negotiatores non sunt. sicut ceteri peccatores corripiendi. sed a templo dei id est ecclesia sancta longius sunt proiciendi. Nam sicut per columbarum uenditores illi denotantur. qui sacram manus impositionem uendere conantur. sic per nummularios ecclesiastici beneficii uenditores designantur. qui domum dei teste euangelio speluncam latronum efficiunt. Quapropter ego alexander sancte romane ecclesie et sedis apostolice episcopus. immo minister indignus. tot et tanta mala in multis ecclesiis et maxime in lucensi ecclesia ex iniqua concupiscentia fieri conspiciens ne sanguis inquorum a districto iudice de manu nostra requiratur. illa extirpare et penitus eradicare decreuimus. Constituimus itaque et presenti decreto firmamus. sicut olim nostri decessores fecisse noscuntur. ut nullus deinceps episcoporum beneficium ecclesie quod quidam canonicam uel prebendas. seu et ordinem uocant. pro aliquo precio uel munere clericis umquam audeat conferre. sed omnes ministros et seruitores ecclesie gratis et absque ulla uenalitate in sancta ecclesia studeat ordinare. nec eligant in domo domini qui maiores sacculos pecunie conferunt. sed eos qui sciencia et moribus diuites per officio suo ipsam ualeant sustentare ecclesiam. Constituimus et eodem modo firmamus. ut nullus cuiusque gradus clericus pro ecclesie beneficio audeat aliquid conferre. aut in fabricam ecclesie aut in donariis ecclesiarum seu et quod pauperibus sit distribuendum. quia teste scriptura: qui aliquid male accipit. ut bene dispenset, potius grauatur quam iuuetur. Quod si aliquis diuinorum preceptorum et animarum salutis immemor prefatum beneficium ecclesie iniqua cupiditate ductus uel uendere uel emere temerario ausu presumpserit. sicut in calcedonensi concilio est diffinitum. gradus sui periculum subiacere decernimus. nec ministrare posse ecclesie quam pecunia uenalem fieri concupiuit. et insuper inbiliabilis anathematis mucrone defossus. nisi resipuerit. ab ecclesia dei quam lesit. modis omnibus abscidatur. Item augustinus in omelia xiiii. Qui dona dei uendunt. uel emunt. pariter a deo dampnantur.

Uendentes et ementes de templo eliminauit christus. quia uel eos qui per munere impositionem manuum tribuunt uel eos qui donum dei emere nituntur. dampnant. Item in templo uendentes sunt qui hoc quod iure quibusdam competit. ad premium largiuntur. Iusticiam namque uendere est: hanc pro premii acceptione seruare. Ementes uero in templo sunt: qui dum hoc quod iustum est perimo soluere nolunt. dumque rem iure debitam facere contempnunt. dato patronis precio. emunt peccatum. Item beda. Qui gratiam quam a deo accipiunt non gratis exercent uenditores columbarum sunt.

Non solum uenditores sunt columbarum: et domum dei faciunt domum negotiationis. qui sacros ordines largiendo. precium pecunie uel laudis. uel et honoris inquirunt. Uerum hii quoque qui gradum uel gratiam in ecclesia spiritualem. quam domino largiente perceperunt non simplici intentione sed quibuslibet humane causa retributionis exercent. contra illud beati petri apostoli. Qui loquitur quasi sermones dei. qui ministrat tamquam ex uirtute quam administrat deus. ut in omnibus honorificetur deus. Quosque ergo tales sunt. si nolunt ueniendi a domino de ecclesia auferri: auferant ista de actibus suis ne faciant domum dei domum negotiationis. Item epistola urbani pape:

Que ex consecratione prouenit in suis
ius. muneri l'uti nemo conuertat.

Res ecc'e que ex consecratione prouenit in
suum ius l'in l'aliquo munere conuerti a
liq. n̄ debe. docens sc̄s urban' pp. ait.
Quisquis res ecclasticas q̄ dona dei s̄t.
qm̄ a deo fidelib; et a fidelib; deo dona
tur. que ḡtis ab eode' gratis accipiunt'.
et iō gratis dari debent. ppt' sua lucra
uendit l' emit. cum eodem symone do
num dei pecunia existimat possidere.
Item gg' vij. Symoniaci sunt epi
scopi. qui decimas et oblatões laicis n̄
Peruenit ad nos clericis tribuunt.
fama sinistra quod quidē epōr non
sacerdotib; ipe diocesis. decimas. atq;
xp̄ianor oblationes conferant. s; pot'
laicalib; psonis militum uidelicet
suie seruitor uel q. ḡni' ē consagnneis.
Unde amodo si quis epc̄ inuent' fuit
hui' diuini pcepti transgressor. int'
maximos hereticos. et antixp̄os non
minimi' habeatur. et sic in nicena sy
nodo de symoniachis censuit. et qui
dat epc̄ et qui recipiunt ab eo laici.
siue pcio siue bn̄ficio etni incendij
ignib; deputent'. Itē paschalis. ij.
Spiritum sanctum uendit q̄ decimas
Altare et decimas pecunia tribuit.
p pecunias dare. et spm̄ sc̄m uende
simoniacā h'esim ēe nullus fideliū
ignorat. Item innocentius. pp. ij.
Careat honore male acquisito q̄ ad ec
clesiastica beneficia p pecunia uent.
Siquis p'bendas ul' re reputauerit.
prioratū. seu decanatū. ul' pmotio
nem aliq̄ ecclasticā seu qdlibet sac'
mentū ecclasticū ut puta crisma ul'
oleum scm̄ et consecratões altariū ul'
eccl'iarum interueniente execrabili ar
dore auaricie p pecunia acquisiuit.
honore malo acquisito careat. et
emptor atq; uenditor et interuentor
nota infamie pcellant'. et nec p pa
stu. nec sub obtentu aliqu' consuetu
dinis. ante ul' post exigatur. ul' ipe da
re psumat qm̄ simoniacū ē. s; libe abs;
diminutione aliq̄ collata sibi di
gnitate absq; bn̄ficio pfruatur.

De secunda et tercia questione.
Quid sacri ordines canones diffini
ant auctoritatibus hinc inde in me
dium deductis patefactum est.

Nunc ḡ de iiij. qōne ē puidendū
an patrū crimen huic imputatur,
q. eo ignorante consat admissū. Qd'
ignorantia hunc excuset multor
auctoritatib; pbatur, ait eni aug'.
Alienū crimen nesciente non maculat.
Nullus crimen maculat nescientem.
Item. Quis locus innocentie relin
quitur. si alienū crimen maculet ne
scientē. Item in affricano conl' legit'.
De infantib; q̄ ab h'eticis baptizan
Placuit de infantib; qui tur.
ab h'eticis baptizantur. neq; suo h'
fecerunt iudicio cū ad eccl'iam dei salu
bri pposito fuerint reūsi. ne parentū
illos error impediat. quominus p
moueantur. sacri altaris ministro
rem in eodem. De eodem.
Qui apud donatistas paruli baptiza
ti sunt. nundū scire ualentes erro
ris interitum. s; postq̄ ad etatē ra
tionis capacem puenerint. agnita
ueritate falsitatē eor abhorrescen
tes ab eccl'ia ordine antiquo p man'
impōnem recepti sunt. tales ad sus
cipiendū munus clericatus n̄ debet
impedire. nomē erroris. Itē leo. iiij.
albuino et adelfrido. Consanguine
or molestia in nullo clericis ob
sunt. nisi consci fuerint.
Quia presulatus nr̄i qd' bn̄ nostis
magistrū. n̄ solū de sacerdotū. uerū
etiam secularium utilitatib; debet
ēe sollicitū, ppterea sinuaitē uestram
scire uolumus. hunc psente pbr̄m
ad sedem aplicam uenisse nobisq;
uiolentiam et excecatione suam p
ordinem retulisse. q. et sine iusto le
gis tramite illi sua ēēt ablata eccl'ia.
similit' indicauit. q. alius dato mu
nere sacerdos. zelo ductus inuidie.
usurpare psumpsit. Inde parentes
eius magno dolore compulsi pbr̄m
illum qui suam tenebat eccl'iam.
mox apprehenderunt. et eius oculos
eruerunt. tū ipe sepedictus sacerdos
dicit q. absq; sua uoluntate. et sine c'
consilio h' sit pactum. Quod si ita ē ut
ipe nobis suo ore testatus ē. uobis
magnopere preuidendum est. ut
si ipse canonice excommunicatus
non est. canonica super eum fiat
remissio. Unde in digestis.

Tyrannus depenis. Impetr gram & die. Crim l'pena pena nulla mat

Dam unusquisq; lā filio iflige potest. Ex suo arbitrio sors admittē. nec alicui crimen successor constituunt. Idemq; ī diuī fres utroplumq; seruntur. Iō ex relatio tolerando uy. Pena dia pena filius obesse non debet.

Vdei lapidem si pēa pūnaret. ~ ~

In xpm qualib; pena dāpnam extitit. a reb; eoy fideles filios excludi ī oppidō. Quia semp ē filius ī potestate mat & pēl. Iō aug ad uolef. Iō ipunitur pecūa patrī hyl q ab alienatur diu

Tam magis cum ho in supō si probant. ab eo qui genuit altē est effectus. peccō atterius. sine sua actione nō tenetur obnoxius. traxit ergo tanū qd unus cum illo & ī illo: a quo traxit. qm qd traxit. admissū ē. Non aū trahit alter ab alio: qm sua uno q; ipa una uitiet. tam est: unde uere dicatur. alia q peccat uere ipa morit. Vt autē regenati possint p officiū uoluntatis alienē: cū offerunt actionē. hoc h unus spūs: ex q regenant oblati. Dme ī. gg. ī libro xxvi. moraliū. Q qui imitat impias alienus nocet homini. ~

Homini qui similis fuit ē: nocebit ī pietate sua. & filiū hoīs adiuuabit nullatenus. humana ipietas & nocet q. putando inquinat. & rursus cū adiuuabit nūq; iustitia q. a pūs actoribus imitatur. Nocē cū l'adiuuare nescimus. an q l'a bono corrupe nl'a malo pmutare ñ possimus. Q dom dns ad moysen. Ego sum deus zelotes. q nullo pecta patrū in filios usq; ī tertiā & quartā generationē. hoc ñ in equalitate indignitatis magnitudine deitatis augēt. h dñm asserit ma dicens. Jn. ij. & iij. generatōe pecta patrū se dns exminat in lege. filius redditū. ñ in eqtate iudicij. ut alij peccent. & alij puniant. Sz magnitudine clemētie. dū semp expectat penit. & qd in generatōe delinquit ñ pūt corrupt & emendat. ñ ij & iij. generatō accipit. Q um g de baptizand ab hēnal innocentiā sanabit. Lex ē cōe hys qui ab hēnal baptizata sūt. p manus īpōnē lanā mīr prebere emunionem. Nec ex hys aliq. m dicat honore l' exiguo subrogare. preter q. mfantes.

q ab hēnal baptizati sūt sola excusat ignorantia. ut uxor illud affricani zelij ad sacrificiū dei erat officiū. ñ eos impediat nomen erroris. Item sicut aug scribit ad auxilium cpōn.

Non ipsum pēa patrū filij. q post eoy natiuitatē a penis absoluunt. nec p peccā patrū spūali pena filij plectūr. officio aut l' būficio eōe puniri spūalis pena ē. Iō q hīc ex patre prio promerent filius. Item.

Si excusatur q ignorant ordinatē a simoniaco. ut sup ī cap urbanū legit. & alie excusandē ē. q p ignorantiā symoniace ordinantur. Sz obiicit illd qd dictū est.

De cēa que pactione aseritur.

Celia q pactōe aserta fuit: post exserta cum coniecta dia debet. Item.

Decreto ciuium: thesauri templo anathēmatizati legunt. Non adeo qui regulā aurei. & qdam alia prosa fuisse dicit. de anathēte dicat nullū esse. Item.

Peccō amalechitaz aialia eoy nulla sit mētia. qb; q saul pepercit. audiunt a samuele. nefas q peccīm arrogandi ē repugnare. & q scelus ydolatre nolle acquiescere. Item. Peccō egyptioy possessiones eoy gndm audire. summa & pūa magnarum eoy in morte assumpta sit. ē. Peccō ophni & phinees ministrantiū archam dñi philistei uidisse ē. si g q sē sū carere ut eōa amare archam dñi. lapidet uetem. l' excommunicet. ut peccatoribus uidunt. l' anathematizet. ut gndme detestantē. Si ea q nim intelligendi ñ hūt. ut aialia egyptioy. & amalechitaz pecūs hominū morte pdimitur patet qd nullū excusat ignorantia ei nimis. maxime cū ex eo multas defectat ignorāt. Velut si q spīa de latrocinio. & rapina filio suo ignoranti diuinas aggregauerit: ñ excusaret filiū ignorantia: qm p mortē pūs cogat reddē male aquisita. Item. Peccato achor plebs israelitica in manu hostium tradita ē. Item peccō filioy heli ppls in manu philistinoz corruit. Item. Peccō quoq; plebis: electi eoy sepe sit impedit. & tandē pphe cū eis ducti sit in captiuitatē. hys ita respondet. Insensibilia & irrōnabilia: peccō hominū. l' excēmur. l' anathematizantē. l' morte pdimitur ñ principāliter

omnes mulieres pueros q animalium nec g saul a penitet amalechitis omne uiuens macterat. & penitet glauci mortē. & peccata sunt. & ppls agag regi amalech oparis. & greges omnia. & animalium. & uestimenta que pēcūt ut sit. nec uolunt discrimine ei quicquid uolunt tribuere sunt. & nolunt sunt oues q ruminant. & samuelem penitet me fecisse saul regem. & dicit q nā nor est ḡtis. & arietum que resonat ī auribus meis. & ait saul. ppō milites oues. & uoces pigues. & ad sacrificandum. ich q uno tenent dicit q samuel peccauit melior est obitus q uictima quia gremis ymolandi est repugnare. & q scelus ydolatrie nolle acquiescere. & mortuus est. cepit habere saul. sicut. & peccā. ſ; cō

peccati: sed ea facientis. Vel detestatione peccati, uel flagello delinquentium. Causa faciendi ut thesauri Iericho, et animalia Amalechitarum. Iericho namque luna interpretatur, et mundi figuram tenet: Amalechite interpretantur lingentes sanguinem, et significant cupidos et auaros, et demones. Israelite interpretantur uiri uidentes Deum, et signant multitudinem fidelium. Lapides ergo et thesauri Iericho anathematizantur, animalia Amalechitarum interfici iubentur, ad exterminandam cupiditatem a fidelium plebe, et ut significaretur, quod uictori huius mundi thesauri, qui per lapides et thesauros Iericho designantur, irrationabilesque uiciorum motus, qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debent custodire in futurum. Animalia autem Egyptiorum, et possessiones eorum, et primogenita grandine et morte consumpta sunt, ut in illis punirentur, quibus feliciter leuabantur, et ut daretur intelligi quod mundus interibit, et facta eius. Sic et ciuitas in salsuginem conuersa est, segetes eorum in imbres conuerse sunt, animalia eorum sulfure et morbo confecta sunt, ut auctorem suum, qui per beneficia cognoscere noluerunt, saltem in suppliciis sentirent. In detestatione uero peccati pecunia Symonis dampnata est, cui dictum est: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimasti donum Dei pecunia possideri. In detestatione quoque eiusdem criminis altare et ecclesia, que per symoniam consecrantur, non tamen consecrari, sed execrari dicuntur. Quia qui mediante pecunia oleum consecrationis effundit, non consecrare, sed execrare credendus est. Hinc est quod beatus Gregorius ecclesias ab Arrianis consecratas uelut non consecratas precepit sanctificatione consecrationis, que non erat in fide, iuuari, quia purificare non poterant, qui fide carebant. Archa uero et populus Hebreorum pro peccato suorum cum hostibus tradita sunt. Eclesie quoque murmure eorum impediti sunt non in penam criminis, sed in experimentum et exemplum pacientie hec passi sunt.

Item populus, qui pro peccato Achor et filiorum Hely in manibus hostium traditus est, signat subditos corporaliter flagellari, ut inter flagella prelatorum peccata feriantur. Sicut Achor sorte deprehensus lapidibus obrutus est. Sic et nauicula Ione periclitatur, ut fugitiuus sorte deprehensus fluctibus immergeretur. Aliquando per uitia prelatorum deprauatur uita subditorum, ut prelatis suis subditi fauentes ad malum etiam cum eis similiter moriantur. Sic filii Israel duri peccata sacerdotum portantes tandem etiam cum eis ceciderunt in manibus hostium.

Item. Dauid populum numerauit, quo peccato gladius Domini deseuit in populum. Sed in lata gente gloria regis est. In diminutione plebis contritio principis. Quia ergo de numerositate sue gentis superbiuit, iure in eius diminutione punitus est.

Item. Paruulos Sodomitarum non excusauit ignorantia, qui pro patrio scelere celesti igne consumuntur. Sed hoc igne pena illis diminuta est, quibus successio patrii sceleris est adempta. Patet etiam et monstratum est peccatis parentum paruulos aliquando corporaliter flagellari. Illud idem intelligendum est de paruulis qui peccato Dathan et Abiron uiui descenderunt ad inferos.

Item. Cham peccante Canaan filius eius maledicitur. Giezi delinquente lepra transmittitur ad posteros. Iudeis clamantibus: Sanguis eius super nos et super filios nostros, Reliquie eorum pene morti sunt addicte. Achab quoque peccante, post eius regnum solium amisit, et qui de semine eius in regno uidebatur natus fuerat usque ad purgandam labem ipsius familie a genealogia Domini sunt exclusi. Odium quoque Esau, ut Malachias testatur, transiuit ad Ydumeos. Quibus omnibus colligitur, quod ignorantia peccati non excusat aliquem.

Sed his exemplis non probatur, eum peccatis aliorum nisi imitatorem inquinari eorum. Quicumque enim de semine Esau et ceterorum ad Deum conuersi patrum maliciam detestati sunt, non odium, sed Dei clementiam experti sunt. Item, ut ait Ambrosius: Turbatur nauicula Petri, in qua erat Iudas, que quamuis meritis erat firma, turbatur tamen alienis. Ignorabat autem Petrus peccatum Iude; non ergo ignorantia excusauit illum. Sed conturbatio hec non peccati contagione, sed corporalis persecutionis intelligitur, qua mixtis malorum nonnumquam et boni puniuntur, ut eorum probetur infirmitas. Non itaque his auctoritatibus symoniaci probantur, pro quibus ignorantibus pecunia data est. Non enim potest probari iste reus criminis, cuius conscientiam non habuit. Notandum quoque est, quod non omnis ignorantia aliquem excusat. Est enim ignorantia alia facti, alia iuris, alia quod non oportuit eum scisse, alia quod oportuit eum scire, quod non oportuit eum scire, sicut apostolus ait: Si quis infidelium uocauerit uos ad cenam, et ire uultis, quicquid uobis appositum fuerit, nichil interrogantes comedite. Si quis uobis

dixit hoc immolatum est ydolis, nolite comedere. Esset quidem nocivum ad cenam non oportebat scire an vescerentur ydolis fuisse immolatas. Quod oportuit eum scire sic ignorantia videtur et reliquorum infidelium, quod ea que a prophetis de Christo fuerant prenunciata, adhuc ignorabant esse completa. Unde et videns adhuc expectatur esse venturus, hoc nomine excusatur.

Item ignorantia alia iuris, alia facti. Iuris alia naturalis, alia civilis. Naturalis omnibus adultis dampnabilis est. Ius autem civile aliis permittitur ignorare, aliis non. Iuris civilis ignorantia mulieribus non obest in dampno vitando, si negotium non contingat. Ut si minor pecuniam dederit filiusfamilias, repetit. In maiori vero qui delinquid est, item. Si successionem et maiori delatam cum alio sine iudice dividas, prestans rest iure subnixum esse non certe. Solidam successionem obtinebis, vel si id quod nullo iure debuisti, aut iure naturali non debuisti, sed civili tantum, ex cirographo solvas aut promittas, repetis. Non ita sit delictum. Nam si putat rem suam per legem sibi licere rapere, mandat in constitutione illa: codicis libro IX, l. V, titulo V. Imperator Valentinianus augustus. Hoc. Si quis in tantam furoris pervenit audaciam, ut possessionem rerum apud fiscum vel apud homines quoslibet constitutam aut cuiuslibet iudicium vel arbitrium violenter invaserit, non solum eam possidentibus reddat, verum et estimationem eandem rerum restituere compellatur. In hoc autem non fuit ignorantia iuris, sed facti, et illi quod non oportuit eum scire. A reatu igitur criminis excusat eum ignorantia primi delicti. Quod si oportuisset eum scire, ignorantiam tamen eius deprehendere non poterit.

Quod vero quinto loco queritur, an liceat eis esse in ecclesia, vel ordinatorie fungi, quod prima pecunia fuit assecutus, auctoritate diffinitur Urbani, quod scribens de symoniacis ait in ecclesia.

De parvulis qui cupiditate parentum ecclesias emunt.

Quicumque sane cupiditate parentum cum adhuc parvuli essent, ecclesias vel ecclesiarum prelationes per pecunias adepti sunt, postquam eas odio dimiserint, si canonice in eis vivere voluerint, pro magna misericordia ibidem eos esse concedimus; neque pro hoc pacto vel pro facto a sacris ordinibus illos removemus, si alias digni fuerint. Illi vero qui per seipsos cum maiores essent ecclesias nefanda cupiditate ducti emerunt, si in aliis ecclesiis canonice vivere voluerint, servatis propriis ordinibus pro magna misericordia ibi eos ministrare permittimus. Qui si ad alias transire forte non poterint, et in eis canonice vivere permiserint, minoribus ordinibus contenti ad sacros ordines non accedant, salva tamen in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qui tamen ante exceptionem catholice ordinati sunt, tunc ea que emerunt dimiserint, et vitam canonicam egerint, in suis gradibus permittantur permanere. Non forte cuiusmodi ecclesia sit, ut si ibi primum locum debeat optinere, primum vel singularem vel precipuum locum in eadem ecclesia eos habere non permittimus.

Hoc autem cum non in preiudicio canonum hic ex mera dispensatione dixisse, ex epistola eiusdem colligitur, missa Rutali presbitero in hec verba.

In dignitate servanda simoniacis misericordia potest impendi si eos vita commendet.

Eos qui ecclesiam emerunt, si persona talis fuerit quam vita commendet, et in monasteriis vel canonicis regularibus maneant, in suis honoris officio misericordie condescendendo ministrare concedimus, absque sedis canonum preiudicio.

Ex hac etiam auctoritate colligitur, quod ignorantia tales excusat a reatu criminis, ut supradictum est, non ad fructum emptionis, cum in ecclesiis quas parentum pecunia adepti sunt, non nisi postquam eas odio dimiserint, ex misericordia ibidem eos esse concedit. In quo patet quod etsi illis ignorantibus simonie peccatum sit admissum, fructum tamen pravitatis emptionis reportare non possunt. Quod autem a crimine excusentur, hic patet, quia pro hoc facto a sacris ordinibus non removentur. Si enim illi criminis participes essent, ad sacros ordines ascendere non possent. Illud idem intelligendum est de eo, qui per pecuniam est adeptus sacerdotii dignitatem non ab episcopo, sed cuidam ex principibus eam dedit, utroque tamen ordinatore videlicet et ordinato hoc ignorante. Unde Urbanus papa II Adelberto Metensi episcopo scribit.

De quodam pro quo in curia parentum pecuniam dedit non episcopo sed uni ex principibus.

Presentium portitorem quod parentum in curia per pecuniam non episcopo sed cuidam principum ecclesie datam, munus sacerdotii dignitatem obtinuisse significasti. Licet sacri canones deponendum esse testentur, tamen quia culpam istam nesciens et coactus commisit, et quia ab eodem ordine vel deponeretur, regantur vel ... ex consideratione discretionis, que mater est omnium virtutum, magis quam ex rigore canonum misericordia adhibendo ipsum

[illegible]

Q. VI

[illegible]

in eodem ordine est: frustrari nec consulen-
tia tamen ut si ecclesia eum deseruit. sacerdotii
penitentiam non patiatur suspensus a sacerdota
li officio permaneat. Quod si ita forsitan
ecclesie utilitas exigerit, ut curam re
giminis assumat, liceat ei ex conces
sione episcopi sui fratrumque obe
dientia sacerdotali officio fungi.
Quid vero de illis debeat fieri, qui ignoran
ter a simoniacis ordinati sunt, sexto loco
questionum est supra in capitulo videlicet Urbani
quod sic incipit: Si qui a symoniacis
non symoniace ordinati sunt, requiratur.
Nunc autem de illis queritur, qui non pro ordinatione
pecunias offerunt, sed pro electione, ut vel de
cretum electionis fiat, vel ut subscriptione
confirmetur, vel ut electioni non resistatur, ali
quibus premia largiuntur. Non nullis spiritualis
gratie aliquos faciat electio participes.
Sed sic ecclesiasticarum rerum emptores sy
moniaci iudicantur, quia ecclesiastici offi
cii ita coniuncta sunt, ut alterum sine altero
alicui non proveniat. Ita quia per electionem
veniunt ad consecrationem, proinde symonia
cus habetur, qui pro electione premia largitur,
ac si pro consecratione munera dedisset. Unde Sy
machus papa scribit Cesario episcopo. Nec mino
re nec premio nec potentium suffragio episcopi
confirmentur, vel subscribantur.

Si quis autem quandam desiderat data pecunia
sive potentes personas minime suffragan
tes sibi adhibeat, nec ad decretum sibi
faciendum clericos vel cives ad subscriben
dum adhibeat cuiuslibet generis in
more compellat vel premiis quibuslibet provocet.
Item Gregorius Salonis consistentibus. Symoniacus
est qui ut eligatur premia largitur.

Ego autem vestre dilectionis prudentiam nec aie
corporalis dei iudicium permonescens eius
te maxime cautus subtiliter exequi desiderio.
si nullis cuiuslibet pressus quam sacro ordi
ni contradicitur. Si non per symoniacam here
sim, id est premia, quibus dam eligentibus, prelien
do. ad sacerdotale pervenire conatur officium.
Tunc enim liber apud deum successor erit: si in
obligatus de suis ad loci successionem ve
nit. Item Gregorius papa Siagrio episcopo Augustensi.
Sic ordinatio sic electio vel sensus sine ve
nalitate debet fieri.

Sicut is qui invitatus refugit sacris altaribus
est admonendus: sic qui ultro ambit vel im
portunius se ingerit est procul dubio repel
lendus. Nam qui sic nititur altiora conscendere:
quid aliud agit, nisi ut crescendo decrescat,
et ascendendo exterius interius in profundum des
cendat. Itaque fieri volumus, ut in sacerdotibus or
dinandis sinceritas vigeat, ut simplex
et sine venalitate consensus pura preferatur
electio. ut ad summum sacerdotium non suffragio
venditorum pervenit, sed dei credatur esse iudicio.

Si autem pecunia promissa fuit vel so
luta electo vel ordinato penitus ignorante,
non eo minus ad electionem pervenit, vel ordina
tionem. ei nullatenus videtur obesse, nec ad
reatum criminis, quia conscientiam non habuit,
nec ad electionis penitus, vel ordinationis
cassationem. ad quam alias non per pravam
illorum cupiditatem pervenisse docetur.

Nunc autem de septima questione tractan
dum est. an venientes sive heresi sint recipiendi,
in equali dignitate vel non. De hiis itaque
scribit Cyprianus ad Stephanum. De hiis
qui ab heresi redeunt an sint recipiendi in dig
nitate vel non.

Si qui presbiteri vel diaconi in
ecclesia catholica prius ordinati fuerint,
et postmodum perfidi et rebelles extiterint
contra ecclesiam, vel apud hereticos a pseudo episcopis et
antixristis contra Christi dispositionem prophana ordi
natione promoti sunt, et contra altare atque di
vinum verbum sacrificia foris falsa ac
sacrilega offerre conati sunt, eosque hac
conditione suscipi convenit cum revertuntur, ut com
municent laicis, et satis habeant quod ad
mittuntur ad pacem qui hostes pacis extite
runt. nec debere eos revertentes ea apud
nos ordinationis et honoris arma retinere,
quibus contra nos rebellaverunt. Item ex VI.
sinodo. De hiis qui pro muneribus
ordinationes faciunt, et qui re
deuntes ab heresi in suis ordi
nibus recipiuntur.

Si quis omnem traditionem ecclesiasticam
scriptam vel non scriptam violaverit, ana
thema sit. Omnis episcopus vel presbiter aut diaconus
convictus quod per munera ordinationem de
dit vel accepit, a sacerdotio cadat. Sed
sic quidam dicunt, quia penitentia agimus pro
peccato: et deus indulget, illud ita et ego
dico. quia omnem penitentem recipit deus et in
dulget per penitentiam peccata quamtumcumque gravia
sint. Novimus enim quod David fornicatorem ho
micidam recepit deus per penitentiam, et dixit deus:
Inveni virum secundum cor meum. Novimus
eundem audientem a deo. Non edifica
bis mihi domum, quia vir sanguinum es.
Scio Manassem per confessionem dimissam

Q. VII

[illegible]

spiretare sua. Scio meretrices et thelonearios per penitentiam receptos. nullam tamen horum que ante baptismum peccauit. sacerdotibus connumeratam. Scio quosdam dum essent in mundo in multa fornicatione iacuisse. Monachos uero factos qui luminaria mundi resplenduisse. nullum tamen ad sacerdotium ascendisse. Quod si et raro contigit: nulla tamen lex esse fuit. Nouimus quod primum maria peccatrix esse. post conuersionem quamuis sancta et casta tamen inter diaconissas computata non est. Sed quid hec dico: sed quemadmodum sanctos apostolos et uenerabiles patres cum omni fiducia clamo. Quod si qui per simoniam ordinatus siue episcopus siue presbyter siue diaconus: alienus est a sacerdotio. non enim uenalis est gratia spiritus sancti. tamquam christi traditio. et adinuentio symonis a sancto sacerdotio est aliena. et si in fornicatione lapsus aliquis post baptismum fuit. in sacerdotium non recipitur. canones uero hoc prohibent. Si quis uero est hec peccata ad sacerdotium prouectus est agnitus: degradetur. Item. Episcopum qui per pecuniam ordinatur est diaconorum et qui per pecuniam recipit deus. Bonus est enim in omnibus et aperta uestra cunctis omni homini penitentia. Sed quoniam iuxta apostolum oportet episcopum irreprehensibilem esse quicumque per pecuniam uel ordinauerit aliquem. uel ordinatus est. ab omni sacerdotio alienus sit. Tharasius patriarcha dixit. Quicumque uel per pecuniam ordinant. uel ordinantur. uel ordinant. uel ordinantur siue episcopi. uel presbyteri. uel diaconi. uel quilibet de ordine sacerdotali: repellantur omnino a sacerdotio. sicut symon magus a petro. quicumque per pecuniam dispensationem uel curam fecerint siue monasteriorum uel ecclesiarum. uel xenodochiorum uel gerontocomiorum orphanotrophiorum cum depositione expellantur a dispensatione illa et cura. qui post baptismum cadens in fornicatione ordinatus est. si postmodum confessus fuerit cesset ab administratione. Si uero conuictus ab aliquo: omnino deponatur. Similiter promissor episcopus aut presbyter aut diaconus. per se aut per aliquem alium qui per hoc tamen nolens: deponatur. Item. Qui per seculares potestates ordinatur fuerit: aut ecclesiam obtinuerit deponatur. Si uero religiosam domum per secularem potestatem obtinuerit: expellatur. Item ex eadem sinodo. Qui redeuntes ab hereticis possunt recipi: uel qui non.

Conuenientibus apud nicenam bithinie ciuitatem decentibus petro archipresbytero et presbytero. et abbate monasterii sancti sabbe. locum tenentibus adriani pape et tharasio archiepiscopo constantinopolitano. et iohanne et thoma apocrisariis apostolicarum sedium orientalium et ceteris episcopis: episcopi sicilie dixerunt. Dignum est ut de subiectis inquiramus. Item basilius episcopus anchiritanus dixit. Constitutio ecclesiastica hec canonica tradita ab antiquo a sanctis apostolis et successoribus eorum. et sanctis patribus nostris. et magistris. et sanctis uniuersalibus .VI. sinodis et localibus sinodis orthodoxis. ut qui ab heresi aliqua reuertuntur ad orthodoxam fidem et traditionem sancte catholice ecclesie scripto negare debeant. heresim suam. et confiteri fidem suam catholicam. Item. Tharasius patriarcha dixit. Videtur nobis ut sedes suas recipiant. qui ab heresi reuertuntur. Religiosi monachi dixerunt. Sic receperunt uniuersales .VI. sinodi ab heresi reuertentes. et nos recipimus. Item sancta sinodus dixit. Placet omnibus nobis et iussi sunt basilius episcopus anchire. et theodorus episcopus mirre et theodosius similiter in gradibus et sedibus suis. Item constantinus episcopus cypri dixit. Non oportet nos qui episcopi sumus indigere doctrina. sed aliorum esse doctores. Item tharasius episcopus dixit. Malorum doctorum: mala est doctrina. ecclesia de malis doctoribus sacerdotes non recipere. Item iohannes apocrisarius orientalium sedium dixit. Heresis separat omnem hominem ab ecclesia. Item tharasius episcopus dixit. Ecce multi canonici libri et sinodici et patrum lecti sunt. et ab heresi reuertentes docuerunt nos recipere si aliqua alia causa non est in eis. Item petrus apocrisarius pape dixit. Rome existens est. macharius hereticus a sancta .VI. sinodo et .XL. diebus inducias dedit illi pater noster beatus gregorius papa. et cotidie mittebat ad eum bonefacium consiliarium suum et instruebat cum commonitorijs uerbis ex diuina scriptura. et nullatenus uoluit emendari. hoc autem faciebat ut eum reciperet in suo ordine. Item tharasius patriarcha dixit. Quid dicitis de anatholio. Nonne et in .VI. sinodo frater est princeps. et esse ab impio dioscoro ordinatus est. et nos ita recipiamus eos. qui ab hereticis ordinati sunt. sicut anatholius ordinatus est. Item. Vere uox dei est. quoniam non moriuntur filij pro patribus. sed unusquisque in peccato suo morietur. et quoniam ex deo est ordinatio. Item tharasius patriarcha dixit. Audiuimus patrum mandata. Quid ergo. Oportet recipere ab hereticis ordinatos. Sancta sinodus dixit. Audiuimus domine. et oportet nos eos recipere. Tharasius patriarcha dixit. Plures eorum qui in .VI. sinodo conuenerunt a

Sergio, Pirro, Paulo, Petro ordinati sunt, qui fuerunt principes hereseos Monothelitarum, quando isti continuatim in Constantinopolitana sede sederunt; et ab ultimo eorum Petro scilicet usque ad VI. sinodum non fuerunt plures quam duodecim anni. Thomas autem et Iohannes et Constantinus ab hereticis illis archiepiscopi facti sunt, et tamen propter hoc non sunt reprobati. Sancta sinodus dixit: Hoc manifestum est. Constantinus episcopus Cipri dixit: Sufficienter ostensum est, quod ab hereticis venientes recipiendi sunt. Si vero quis sponte ad hereticum vadit et recipit ordinationem, non recipiatur. Item Tharasius patriarcha dixit: Et ego recipio eos, qui ab huiusmodi causa ad fidei subversionem ordinati sunt, et maxime cum presentes essent orthodoxi episcopi, a quibus poterant ordinari: sic est primus intellectus. Si vero sinodalis fuit consonantia et humanitas erga eos de orthodoxis, qui presumpserunt ab immundis hereticis ordinari: depositioni subiaceant. Sancta sinodus dixit: Hoc est iudicium iustum.

C. Ex hac auctoritate datur intelligi, quod qui ab unitate catholice fidei in hereticorum societatem transierunt, ut de manibus eorum ecclesiastice dignitatis sacramenta perciperent, vel qui contemptis orthodoxis ab hereticis ordinari desiderant, et si postea ab eis se abrenunciantes heresi ad ecclesiam redierint, officio tamen accepto fungi non poterunt. Auctoritate vero Cipriani episcopi prohibentur ab amministratione ecclesiastica, qui inter catholicam ecclesiam ordinati ad fidei impugnationem dilabuntur. Porro simoniaci nec ab hereticis ordinantur ad fidei subversionem, nec inter catholicam ecclesiam ordinati adversus eam armantur. Omnes tamen non nullos per pecuniam ordinent, non tamen fidem inpugnant, nec gratiam spiritus sancti venalem predicant. Unde cum heresim suam reticentes pravitatem detestati fuerint, premissis auctoritatibus non prohibentur recipi in suis gradibus. Verumtamen illo capitulo eiusdem synodi: Si quis per pecuniam etc., et illo alio VI. sinodi: Si quis omnem traditionem etc., et Innocentii et aliorum multorum auctoritatibus irreparabiliter dampnati videntur. Unde Leo papa IIII. episcopis Britannie.

In ordine male accepto simoniaci agere penitentiam non possunt.

Requiritis de hiis qui turpissimo lucro columbas in templo Dei vendere non pertimescunt, et sua acta improba contra morem simonis heresi coniungunt, utrum possint in ordine penitentiam agere, an tantummodo extra ordinem et sacerdotalem fieri gradum. Quod quidem cunctis et hiis qui in detestabile nephas quod tam multis est dampnatum consiliis peregisse noscuntur, nulla possumus penitentia subvenire, et tot spiritualibus penis obviare. Set in illorum primum vice sententiam convenire omnibus certum sit.

C. Nisi rigor discipline quandoque relaxetur ex dispensatione misericordie. Multorum enim crimina sunt dampnabilia, quos tamen ecclesia tollerat pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, vel necessitatis, sive utilitatis, et pro eventu rei, pro tempore. Sic Gelasius, qui cum necessitate temporis videret Italicam ecclesiam propter belli famisque incursionem fere omnium clericorum officio destitutam, adeo ut plerisque in locis subsidia regendarum deessent animarum, concessit de monachis vel de laicis clericos assumi, ita dicens:

Pro temporis necessitate apostolice sedis auctoritate decreta temperantur.

Necessaria rerum dispositione constringimur, et apostolice sedis moderamine convenimur, sic canonum paternorum decreta delibare, et retro presulum decessorum precepta metiri, ut que presentium temporum necessitate restaurandis ecclesiis relaxanda deposcunt, adhibita consideratione diligenti quantum potest fieri temperemus. Item. Priscas etc. Require supra in tractatu ordinandorum. Item Innocentius papa cum pro necessitate temporis, ne nimium scandalum esset in ecclesia, ordinatos ab Honorio heretico suscepit, ait in decretis suis:

Cessante necessitate debet cessare quod urgebat.

Quod pro remedio ac necessitate temporis statutum est, constat primitus non fuisse. Quod ergo necessitas pro remedio repperit, cessante utique necessitate debet cessare pariter quod urgebat, quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quod ad presens tantum tempus impellit.

C. Similiter ex dispensatione in Niceno concilio de Novatianis statutum est, ut ad ecclesiam redeuntes ordinentur. Item:

Ordinentur qui ex Novatianis ad ecclesiam redierunt.

Si qui voluerint venire ad ecclesiam catholicam ex Novatianis, placuit sancto concilio, ut ordinentur, et sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc ab eis confessionem per scripturam exigi oportet, ut fateantur se communi consensu catholice ecclesie statuta observaturos.

Iuramentum a scismate redeuntium quotiens prestandum est.

Quoniam cordis oculus nube erroris obductus

superne illustrationis lumine sit serenus.
magna cautela uidendum est. ne latenter
auctor scismatis irruat. et ab unita
tis radice eos qui ad eam reuersi fuerint
telo iam erroris abscidat. Et infra. Pre
terquam ego N. illius ciuitatis episcopus a perfido
diuisionis laqueo quo tenebar diuina
mecum deliberatione pertractans. propria et spon
tanea uoluntate ad unitatem sedis a
postolice diuina gratia duce reuersus sum.
ne non pura mente sed simulate reuer
sus uidear. spondeo sub ordinis mei ca
su et anathematis obligatione. et promitto ti
bi. et per te sancto petro apostolorum principi atque
eius uicario N. beatissimo et successori
bus eius. me nunquam quorumlibet suasioni
bus. uel quocumque alio modo ad scisma de
quo redemptoris nostri gratia liberante
ereptus sum reuersurum. sed semper me in uni
tate ecclesie catholice et communione roma
ni pontificis per omnia mansurum.
Unde iuratus dico per deum omnipotentem.
et hec sancta .iiii. euangelia que manibus
meis teneo. et salutem dominorum nostrorum .N.
et p. re. p. gubernantium me in unitate
sicut dixi ecclesie. ad quam deo propitio sum reuer
sus. et in communione romani pontifi
cis semper sine dubio permanere. Quod si quod
absit. Ab hac me unitate aliqua excu
satione uel argumento diuisero. periu
rii incurrens reatum pene obligatus
inueniar. et cum auctore scismatis sci
licet diabolo habeam in futuro seculo
portionem. Hanc autem confessionis et promis
sionis mee cautelam N. notario meo cum
consensu presbiterorum et diaconorum et clericorum qui
hac unitate obligantes se in supra
scriptis omnibus pari similiter uoluntate
me secuti. atque propriis manibus subscrip
turi sunt scribendam dictaui. et propria ma
nu subscribens tibi tradidi. Acta in lo
co N. die illo. uel N. consulibus subscriptis.
Subscriptio episcopi. Ego N. ciuitatis N. episcopus.
hanc confessionem promissionemque meam pro sin
ce conseruandis suprascriptis omnibus sacra
mento subscripsi. Ceterum ex ri
gore canonum. etc. scripsit felix papa
omnibus episcopis. Quod extra ecclesiam bapti
zati fuerint: ad ecclesiasticam militiam
non admittantur.

Qui in qualibet
certe alibi quam in ecclesia catholica aut
baptizati aut rebaptizati sunt ad eccle
siasticam militiam prorsus non permittantur accedere.

Quibus satis debet esse quod in catholicorum
numero sunt recepti. Quam de suo ordine et
communione uidebitur ferre iudicium. quisquis
hoc uiolauerit institutum. uel qui non remoue
rit eum quem ex eorum cetu ad ministerium
clericale obrepsisse cognouerit. Pro per
sona: sicut beatus gregorius scribens ianuario e
piscopo ait. Rigor canonum pro persona
aliquando relaxatur.
Tanta nequitia
ad aures meas de tua senectute perue
nit. ut eam nisi adhuc humanitatis per
saremus: fixa iam maledictione ferire
mus. et quid pene fiat in te sententia iacula
da. Sed quoniam simplicitatem tuam cum senectu
te nouimus interim tacemus. Pro tempore
interdum: sicut de ilicitis. et corpore uitia
tis gelasius ait. Canonum decreta pre
cedentium interim non numquam relaxantur.
Si qui uel propria temeritate uel in curia per
sidentium tales suscepti sunt. nichil ultra
promotionis accipiant. satisque habeant hoc
pro nimia miseratione concessum.
Necessitatis interuentu. sicut illarius
papa. qui cum de quodam episcopo preter noticiam metro
politani ordinato loqueretur. cum in utroque
graue scandalum fieret. hylarius
papa ait in epistola sua. Necessitatis interuentu
nonnulla quedam in ecclesia tolerantur.
Quamuis quicquid ab aliquo contra preceptum est uindi
candum: omnibus uidemus prouisum tamen con
siderantes necessitatem prospecta hac ratione
decreuimus ad ueniam pertinere quod gestum est.
ut deinceps nullus preter noticiam uel con
sensum metropolitani ordinetur anti
stes. Item innocentius papa. De eodem.
Quotiens a populis aut a turba peccatur.
quia in omnes propter multitudinem uindica
ri non potest. multum solet transire proin
de dimittenda dico dei iudicio. et de
reliquo maxima sollicitudine preca
uenda. Item in epistola cirilli missa ma
ximo diacono antioceno. Ex dispen
satione quedam tolerantur. que ca
nonum rigor condempnat.
Didici a diligendo meo paulo monacho.
quia recusat pietas tua usque hodie com
munionem reuerentissimi episcopi iohis
amplecti. pro eo quod quidam in anthioce
na ecclesia: male adhuc cum nestorio uel
sentiant. uel iam senserint quidem sed for
sitan resipuerint. Probet ergo tua mo
destia utrum aliquem colligit. unde ac si
trinitent cum nestorio consentiant inuice.

[illegible gloss]

collocentur. Licet aliquando cautelam ha
buerint conscientiam. Corrigantur autem nunc ac
ta penitentia super hiis in quibus subrepta
sunt, quamvis fortasse confiniti tenuerunt excessum.
Ut autem non existimetis amare correptionem a
plectamus episcopum Iohannem reverentissimum communio
nem et indulgentes ei et causam dispensationis eius
negotium non subtilius vel districtius, sed
vehementius erga se recognoscat agi
tari: dispensationis autem gratia sic dixi egere
negotium multum. Item ad Iulianum pres
biterum et archimandritam. De eodem.

Dispensationes rerum non numquam exigunt pa
rum quidem a debito quosdam foras exire
ut magis aliquid lucri faciant. Sicut enim hii
qui mare navigant, tempestate urgente na
vique periclitante anxiati quedam exhonerant,
ut cetera salva permaneant. Ita et nos cum
non habemus salvandorum omnium negotiorum perfec
tam certitudinem, despicimus ex hiis quedam ne
cunctorum patiamur dispendia. C. Vul
tantis utuntur: sic in Meldensi concilio prohibetur
de filiis virginum per vim raptarum et sic ad
coniugium raptorum applicentur. Vulnerantis

virginitati quedam in ecclesia temperantur.

Talis coniugio generati ecclesiasticis ordinibus non
applicentur, nisi forte eos aut maxima
ecclesie utilitas vel necessitas postulet, vel
evidens virorum prerogativa commendet. Hinc
patres concordat. In veritate comperi quia perso
narum non est acceptor deus et cetera. C. Pro eventu et
rei quedam in ecclesia: sic Leo papa ait in decretis suis
de laicis subito contra decreta canonum ordina
tis quia. Laicis qui contra decreta canonum promoventur
et ad quos contra omnia susceptum officium relinquitur.

Exigunt cause ut non solum in tales presules
sed et in ordinatores eorum competens ultio pro
feratur. Sed exultant nos hic mite ma
suetudo. Hinc censura iustitie, ut credam
quedam delicta utcumque toleranda. Quedam
vero penitus amputanda. Illos ergo quorum pre
ctio hoc tamen reprehensionis incurrit, quod ex
laicis ad episcopale officium electi sunt, suum locum
tenere permittamus, non prejudicantes apostolice sedis
statutis, nec beatorum patrum regulas solventes,
quia remissio peccati non dat licentiam delinquendi,
nec quod poterit aliqua ratione concedi, fas erit
amplius impugne committi, nec quod ad tempus
pia lenitate concessimus, tunc pertinenter ultione
plectamus. Item ad Maurum episcopum. Donatiste
et novatiani qui vis reprehensibiliter ordina

Maximum tamen ex necessitate tolerantur.

Quia ex laico reprehensibiliter licet ordinatum

non sit donatista tamen non est, et a spiritu scismatice pravi
tatis alienus est, ab episcopali dignitate quamquam quomodo a
deptus est non repellimus, ita ut ipse libello ad nos
directo catholicum se esse manifestet. Item in eodem.

Donatum autem se iacensem ex novatiano. De eodem.
Dum comperimus cum sua plebe correxisse, ita dominico gregi
volumus presidere, ut libellum sue fidei meminerit
ad nos dirigendum, quo et novatiani
dogmatis dampnet errorem et plenissime confiteatur
catholicam veritatem. Omne autem hec certa terminum
consideratione causarum antiquis deinceps custodi
enda sunt regulis, ne quod ad tempus pia lenitate
concessimus, iusta postea hac ultione plectamus. Item
Ianuario episcopo Aquilegensi. Redeuntes ab he
resi post publicam confessionem in suis or

dinibus recipi possunt.

Salubrimum et spiritualis medicine utilitate plenissi
mum est, ut sive presbiteri sive diaconi, aut cu
iuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri vo
lunt atque ad catholicam fidem quam pridem am
miserant, rursus redire ambiunt, prius er
rores suos et ipsos erroris auctores a se dampnatos
sine ambiguitate fateantur, et sensibus pra
vis et peremptis nulli desperandi occasio super
sit, nec ullum membrum valeat societate possit
violari, cum per omnia illis professio propria ceperit
obviare. Circa quos et illam canonum consti
tutionem precipimus custodiri, ut in magno
habeant beneficio, si ademptam sibi omni spe promotionis
in quo inveniuntur ordine stabilitate perpetua
maneant, si tamen iterata tinctione non fuerint macu
lati. Item ex concilio Martini pape. Ab heresi redeun
tes heresim et eius auctorem publice detestentur.

Si quis episcopus vel aliquis qui presbiter aut diaconus
in aliqua heretica opinione offenderit,
et ob hanc causam fuerit excommunicatus, nullus episcopus eum
in communionem recipiat, nisi prius in communi concilio
porrecto sue fidei libello satisfaciat omnibus,
et ita libellum teneat sua professione. Hoc idem
et de fidelibus laicis sit decretum, si in aliqua here
sis opinione fuerit devotarius. C. Ecce quibus
de causis quedam in ecclesiis tollerantur, que tamen
cessante necessitate pia severitate vindicantur.

Que autem toleranda sunt et que resecanda, distin
guit Gelasius papa dicens. Que in ecclesia aliqua
toleranda sunt, vel quando resecanda.

Et si illa non numquam sinenda sunt, que si ceterorum con
stat integritas, nocere sola non valent, illa
tamen magnopere precavenda sunt, que recipi sine
manifesta decoloratione non possunt, et si ea
ipsa quoque nullo detrimento aliquotiens indulgenda
credimus, vel rerum vel temporum quoque cogit intuitus,
vel accelerate provisionis excusat respectus.

[illegible gloss]

[illegible]

quanto magis illa nullatenus sunt mutilanda, que non necessitati ulla nec ecclesiastica pressius extorquet utilitas. Aliquando enim pro necessitate vel utilitate ecclesie mutilantur et laxantur precepta canonica.

C. Superius breviter ostensum est, quod redeuntes ab heresi in suis ordinibus valeant recipi, vel quod non. Nunc autem queritur de hiis, qui ab hereticis ordinati sunt, si ad unitatem catholice matris ecclesie ab heresi redierint, utrum in eodem ordine mereantur valeant ordinari. Semel autem consecratos ut ait beatus Gregorius, iterum consecrari non debere. Item. Sacramenta que ab hereticis in forma ecclesie ministrantur, sicut Augustinus testatur, iterari non debent, ne non homini sed sacramento videatur iniuria fieri. Sed illud Gregorii de hiis intelligitur, qui consecrationem sacerdotalem vel episcopalem acceperunt, quorum autem per manus impositionem ad ecclesiam redeunt, effectum sine unctionis acceperunt, aut ab eis amministrationem proprio iubentur cessare. Similiter illud Augustini de eadem mistica unctione et de sacramento baptismatis intelligitur. Sunt autem in ecclesia alii ordines, qui sine sacramentali unctione sola episcopali benedictione et quadam vasorum vel indumentorum distributione prestantur, ut sunt levite et ceteri infra eos constituti. Hii quamvis ab hereticis ordinentur, tamen ad ecclesiam redeuntes in eodem ordine, si aliter digni fuerint, ab ecclesia ordinentur, nec fiet in eis reiteratio muneris, quod nichil ab hereticis eis dicatur fuisse collatum. Unde Urbanus papa II scribit Petro Pistoriensi episcopo et Rustico abbati Vallis Umbrose. Ordinetur ex integro diaconus ab hereticis ordinatus.

Daibertum a Nezeone licet symoniaco non symoniace tamen confessione eius in diaconem ordinatum, et beati Innocentii pape sententia constat declaratum, quia a Nezelon hereticus constat ab hereticis ordinatum, quia nichil habuit, dare nichil potuit, ei cui manus imposuit. Nos ergo tanti pontificis auctoritate firmati, Damasi pape testimonio roborati, quod affirmari oportet, quia male actum est, Daibertum ab hereticis corpore et spiritu dignitatum, atque utilitatem pro viribus insudantem in integro ecclesie necessitate urgente vel ingruente diaconem constituimus, quod non reiteratione existimari consentimus, sed tantum integram diaconi dationem, quid quidem ut predixirnus, qui nichil habuit, nichil dare potuit. Item Damasus papa. De eodem.

Per illicitam manus impositionem vulneratum caput illius quod videbatur aliquid accepisse, habebatur et ubi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhiberi, que infixa sanetur macula, id est reatum necesse est, quod legitime actum vel collatum minime probatur. Illa quando possit honore teneri, quod ab illo accepit, qui potestatem dare non potuit. Legitime inventur non possunt. Item libro XI codicis titulo ad legem Iuliam repetundarum. Imperatores Theodosius et Valentinianus. Sancimus cunctos universos ad provincias regendas accedere, quod ad honoris insignia non ambitione vel precio, sed probate vite et amplitudinis tue solet testimonio promoveri. Ita sane ut qui hii honores per seditionem vel ventum fuerint electionem commissi vitam in gestis deprobare semper amministrationibus sortiendis, neque dedisse quippiam neque daturum umquam postmodum fore, sive per se sive per interpositam personam in fraudem legis sacramentique aut donationis vel venditionis sive titulo aut alio velamento cuiusque contractus et ab hoc exceptis salariis nichil penitus munus in amministratione positos, quod post depositum officium pro aliquo prestito beneficio tempore amministrationis quod gratuito inveniuntur accepisse, et licet nomine divini timoris atque nendo iureiurando arbitrentur in memoriam ut salutis proprie ullum commodum ante ponant, tamen ut eos salutis timore et necessitate periculi subiungentur. Si quis autem fuerit per verba sacramenta negligentia non adversus accipientem sed et adversus dantem accusandi cunctis tamen quoque publicum crimen accedunt facultatem. Quadrupli pena eum qui convictus fuerit omnibus modis ferendo. Item Paschalis papa. Precipimus symoniacos velud primos et precipuos hereticos ab omnibus fidelibus respuendos, et si commoniti non resipuerint, ab exteris potestatibus reprimendos. Omnia enim crimina ad comparationem symoniace heresis quasi pronichilo reputabuntur. Hiis breviter premissis ad canonicam que ecclesia severitate discipline parata est ulcisci ostendentes, quibus accusantibus vel testificantibus, quibus sit committendi, quod iudices quisque debeat condempnari vel absolvi. Si causa viciata sit, quo remedio possit vel debeat sublevari, si accusatores defecerint, an reus sit cogendus ad purgationem, et ut facilius percipiatur quod dicturi sumus, exemplum ponatur sub oculis in quo auctoritates hinc inde contrarias distinguantur, et quid secundum patrum sententiam auctoritas liquido inveniatur. Explicit prima causa.

[illegible]

Incipit secunda causa.

Episcopus de lapsu carnis a laico impetitur. Duo monachi, unus subdiaconus, et duo leui te aduersus ipsum testimonium ferunt. A metropolitano suo sentit se pregrauari. In ipsa uentilatione cause reus ex testibus deficiunt. Sunt decepti promissione. Sed canonica examinatione reprobati. Expoliatur tamen episcopus, quia crimen eius notorium erat.

Hic primo queritur, an in manifestis iudiciarius ordo sit requirendus? Secundo, an expoliatus ab aliquo sit iudicandus? Tercio, que pena sint feriendi, qui in accusatione uel testificatione defecerint. Quarto, si episcopus duorum testimonio sit condempnandus? Quinto, si deficientibus accusatoribus sit cogendus ad purgationem. Sexto, si remedium sit dandum ei, qui causam dilationis nomine appellationis exhibuit. Septimo, si laici uel monachi uel quibus inferiorum ordinum in accusatione maiorum sint audiendi. Octauo, quomodo debeat fieri accusatio, an in scriptis an sine scripto.

Quod autem nullus sine iudiciario ordine dampnari ualeat, multis auctoritatibus probatur. De hoc autem ita testatur Augustinus: In nullum deferatur sententia: nisi aut conuictum aut sponte confessum.

Nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut conuictum, aut sponte confessum. Item ex concilio Wormaciensi. De eodem.

Iudex criminosum discutiens, non ante sententiam proferat, quam aut reus ipse se confiteatur, aut per innocentes testes conuincatur.

Hoc idem testatur Augustinus, in eisdem uerbis. Item Gregorius. De eodem.

Sicut sine iudicio nolumus quemquam condempnari, itaque iuste diffinita sunt, nulla patimur excusatione differri. Item Eleutherius papa. De eodem.

Nichil est quibuslibet accusatum absque legitimo et idoneo accusatore fieri. Nam et dominus noster Ihesus Christus Iudam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, non est deiectus. Item Felix papa. De eodem.

Primates accusatum discutientes episcopum, non ante sententiam proferant dampnationis, quam aut reum se esse confiteatur, aut per innocentes et canonice examinatos regulariter testes conuincatur. Aliter irrita est censemus, et iniustam eorum dampnationem, et idcirco a sancta sinodo retractandam, ita ut oppressis omnibus in cunctis causis subueniatur. Item decreuit Zepherinus papa.

Item Augustinus. Multi per tolerantiam sustinendi, quamuis sententia diuini iudicii sint condempnati.

Tamquam si diceret unus ex nobis: me traditur. Tamquam si diceret unus ex uobis, et non ex nobis, ex nobis tamen est. A quibus per iudiciariam potestatem consessus aut conuictus exclusus non est. A me uero qui nullis indigeo argumentis, et omnia certissime noui, sequestratus et diuisus est. Tale est ac si diceret: et si ego eum per occulta iudicii sententiam dampnatum habeo, uos tamen adhuc illum per tolerantiam sustinete.

Item Gregorius Iohanni defensori eunti in Hyspaniam. Nullum reseruetur iudicium: nisi rationabiliter habitum.

In primis requirendum est de persona presbiteri dilectissimi fratris et coepiscopi nostri Ianuarii, et si ita se ueritas habet, sic eiusdem episcopi petitio continet, in ecclesia atque loco suo idem presbiter modis omnibus reuocetur. Si autem dein fuit episcopus contra ipsum causa aliqua mota siue prolata est, subtiliter ipso presente, et per sermonem reddentem querendum est, et genus cause, et modus prolationis, ut ex hoc colligere ualeas, utrum adhuc in exilio uel depositione remorari, an certe in ecclesia, uel officio suo reuocari debeat. De episcopi persona hoc faciendum est, ut si nulla est eum criminis causa que exilio uel depositione digna est mota, siue probata est, is episcopus qui eo superstite presumpsit contra canones in ecclesia eius ordinari per sumpserit, sacerdotio priuatur, ab omni ecclesiastico ministerio repellatur, qui etiam eidem Ianuario dilectissimo fratri et coepiscopo nostro tradendus est, ut aut ab ipso in custodia habeatur, aut certe ab eo ad nos transmittatur. Episcopi uero qui eum ordinauerunt, uel ordinatori eius consencientes fuerunt, vi. mensibus dominici corporis communione priuati, agere penitentiam in monasterio deternantur, et supscriptus Ianuarius

[illegible]

loco et ordini suo modis omnibus reformetur. Si vero corone privatus contigerit mortis immune periculum: benedictio eius viatici non negetur. Si autem episcopi in preiudicio condempnationis vel depositionis memorati episcopi se metu iudicis consensisse ac talia fecisse sua sponte confessi fuerint: tempus eis ad vindicandum est, et modus penitentie temperandus. Si vero ille qui locum eius invasit de hac forte luce migraverit, et alter est ordinatus, quia levioris culpe videtur, non qui ista suscepit, sed successisse defuncto, episcopatus illi officium ab eadem tamen ecclesia interdicatur, ut in alia ecclesia que eum sacerdotem vocaverit, si electus fuerit, episcopus esse possit, ad malechitanam tamen ecclesiam nunquam aliquando reversurus. Gloriosus autem comitulus quicquid predictus episcopus per violentiam atque insectationem ipsius expendisse vel dampnum pertulisse dato sacramento firmaverit, eidem episcopo restituere compellatur. Si autem aliquid aliter quam antefati episcopi petitio continet, actum esse forsitan perhibetur, subtiliter querendum est, et cognita veritate cum dei timore quod iustitie ordo suaserit iudicandum. Item.

Quia igitur Stephanus episcopus in odio suo quedam ficta et de falsis se capitulis accusatum, neque aliquid ordinabiliter factum, sed iniuste se asserit condempnatum, diligenter inquirendum est. Primo si iudicium ordinabiliter habitum est, si alii accusatores, alii testes fuerint. Deinde causarum qualitas examinanda, si digna exilio vel depositione fuit, si eo presente sub iurisiurandi testimonium contra eum datum est, si ex eo scriptis actum est, si ipse licentiam respondendi ac defendendi se habuit. Sed de personis accusatorum ac testificantium subtiliter querendum est cuius conditionis sint, cuius ve opinionis, et ne inopes sint, ne forte contra prefatum pastorem aliquas inimicitias habuissent, utrum vero testimonium ex auditu dixerint, aut certe specialiter se scire testati sint. Si scriptis iudicatum est, et partibus presentibus sententia recitata est. Quod si forte hec sollempniter acta non fuerint, nec causa probata est que exilio vel depositione digna sit, in ecclesiam suam modis omnibus restituatur vel revocetur. Hii vero qui contra dei timorem et statuta canonum eum condempnaverint, excommunicati in monasterio ad agendam penitentiam sex mensibus sint intrudi. Ita sane ut si cuiquam eorum contigerit mortis immune discrimen, viatici ei benedictio non negetur. Ipse autem qui eo vivente locum eius temerarie ambivit, privatus sacerdotio ab omni ministerio ecclesiastico repellatur, atque eidem dilectissimo fratri et coepiscopo nostro tradatur, ut eum ipse aut ad nos transmittat, aut apud se in custodia habeat. Episcopi vero qui eum ordinare presumpserint, vel pulse ordinationi illius prebuere consensum, corone privati sex mensibus ad agendam penitentiam in monasterio deputentur. Et est ut supra de causa Ianuarii episcopi. et infra.

Quod si forte aliqua de obiectis contra memoratum Stephanum episcopum probata fuerint, aliqua vero doceri minime potuerint, cautela omnino considerationis pensandum est, utrum leviora capitula an certe graviora probata sint, ut ex eis qualiter diffinitionem tuam formare debeas possis scire. Gloriosus vero comitulus, si supradictus episcopus innocens esse claruerit, quicquid de rebus eius vel ecclesie ipsius tulit, sine aliqua dilatione restituat. Et est ut supra in causa Ianuarii episcopi. Si episcopum talem culpam et c. infra. causa i. monachorum. de persona presbiteri. Infra. causa. Clericus adversus clericum. et infra. de persona Ianuarii episcopi. Sciendum est graviter omnino et contra leges actum ut violenter de ecclesia tolleretur vel traheretur. Dum si quibuslibet iniuriam a quocumque quia episcopus passus fuit, in ecclesia iniurians lex capitali pena puniat. Et sic maiestatis reum in omnibus det illum accusandi licentiam, ut huius legis series loquitur. lex Codice. li. i. capitulo ii. constitutionum xi. Si quis in hoc genus sacrilegii irruperit, ut in ecclesias catholicas irruens sacerdotibus et ministris vel ipsi cultui locoque aliquid importet iniurie. et c. et infra. de persona episcopi Stephani. Hoc attendendum est, quod nec invitus ad alienum trahi, nec ab episcopis alienis concilii debuit iudicari. Contra hoc si dictum fuerit, quia nec metropolitanum habuit nec primatem, dicendum est quia a sede apostolica que omnium ecclesiarum caput est, hec causa audienda fuerat ac dirimenda, sicut et ipse predictus episcopus petiisse dinoscitur. Quia igitur episcopi alieni concilii iudices huic omnino suspecti, sententia non a suo iudice data nichil firmitatis obtineat.

Quod autem dicitur a servis suis accusatus: sciendum est quia audiri minime debuerat. Si vero de crimine maiestatis accusatus dicitur, nec ipsum de eo credendum fuit. Si vera

[illegible]

vel opinio eius talis antea non extitit. Quod autem dicit idem episcopus, quod se absente aliqui vilissimi sunt testes exhibiti, hoc si verum est, nullius momenti est. Quales autem testes vel cuius opinionis ad testimonium admittendi sint, plurime leges ostendunt, quia pene nulli habentur incogniti, quia est illud statutum, ut vilissimis testibus sine competenti discussione credi non liceat. Quod autem dicit, quod nichil scriptis iudicatum est, legendum est in libro XI. legis VI. constitutione ultima, quod scripto debeat iudicari. Nam ibi inter alia precipitur, ut sententia que sine scripto data fuit, nec nomen sententie habere mereatur. Item codicis lib. VII. tit. de sententiis ex periculo recitandis.

Ultima sententia de scripto debet proferri. Imperator Valerius.

Statuimus generaliter. Gratianus. a. a. et c. Iussimus ut universi iudices quibus reddendi iuris in provinciis permisimus facultatem, cognitis causis ultime diffinitionis de scriptis recitationem proferant. Huic addimus sanctionem, ut sententia que data fuerit contra scripta non sit, nec nomen quidem sententie habere mereatur. Nec ad recitationem ipsam decretorum appellationis sollempnitas requiratur. Item ex concilio apud sanctum Medardum. Ignatius Remorum archiepiscopus dixit.

De eodem.

Legum ecclesiasticarum auctoritas talis est, ut in causis gestorum semper scriptura requiratur, adeo ut qui ad sacrum fontem accedit, suum dare nomen precipiatur; qui ad summum sacerdotium provehitur, decreto manibus omnium roborato eligatur. Ordinatus autem a suis ordinatoribus litteras accipere iubetur. Qui vero ab ecclesiastica societate quolibet excessu discenditur, libelli prescriptione aut recipitur aut deicitur. Sed qui accusatur vel excommunicatur aut reconciliatur, per scripturas accusari vel reconciliari iubentur, et hec in ecclesiis huiusmodi scripturas in tomis deposita, ut sicut beatus Gregorius in commonitorio ad Iohannem defensorem ex Romanis legibus sumens scribit. Sententia que sine scriptura profertur, nec nomen sententie habere meretur. Item Nicolaus papa Ardmido Ravennensi archiepiscopo.

Restituendus est quem neque convictum neque confessum fuisse constat eiectum.

Dixit fraterne pietati quod iste pauper presbiter nomine Christoforus de sua angustia ad nostram clementiam lacrimabiliter conquestus, dicens se falsis criminibus impetitum et ab ecclesia non convictum neque confessum iniuste rationabiliter fuisse eiectum. Nam ut ipse refert, a vestra diligentia per tres vices inquisitione facta, nulla in se neque de fornicationis crimine neque de homicidii confessione, de quibus impetebatur, reperiri potuit culpa, nisi quia sue paupertatis causa que petebant aut consentire noluit aut adimplere non potuit. Quod si ita est, multus in ultroneis egit, qui diu iniuste eius ecclesiam preripuit. Idcirco magnopere monemus reverentiam vestram, ut que forte ex ignorantia gesta cupiditate patrata videntur, vestre sinceritatis censura celeri emendatione corrigantur, restituendo eum proprie tantum dumtaxat sacerdotem, atque ei reddendo vestra pietate quod perdidit pristinum honorem, et nullatenus canonica instituta alicuius temeritate aut ausu contempni patiamini. Quia facientem et consentientem par pena constringit. Item in libro conciliorum.

Antequam causa probetur, aliquis excommunicari non debet.

Nemo episcopus, nemo presbiter excommunicet aliquem antequam causa probetur, propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si quis autem adversus causam excommunicaverit aliquem, ille qui excommunicatus est maioris sacerdotis, id est episcopi vel metropolitani auctoritate ad gratiam sancte communionis redeat. Is autem qui non legitime excommunicavit, in tantum abstineat tempus quantum maioris sacerdotis auctoritati visum fuerit, et ut quod iniuste fecit, ipse iuste patiatur. Item Augustinus in epistola ad clerum et universalem plebem Yponensem.

Incerta et dubia diiudicari non possunt.

Nomen presbiteri propterea non sum ausus de numero collegarum eius vel supprimere vel delere, ne divine pietati potestati sub cuius examine causa adhuc pendet facere viderer iniuriam, si illius iudicium meo vellem prevenire iudicio. Quod nec in negotiis secularibus iudices faciunt, quando ad maiorem potestatem dubitatio refertur, ut pendente relatione aliquid audeant commutare. In episcoporum quoque concilio statutum est, nullum clericum, qui nondum convictus est, suspendi a communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non presentaverit. Item Melchiades papa.

Nec ex suspicionis arbitrio nec ante veri et iusti iudicium aliquis condempnetur.

Primo sunt omnia diligenter inquirenda, ut cum iusticia et

[illegible]

caritate dissimulatis, neminem condempnent nisi uerum et iustum iudicium. nullum iudicent suspicionis arbitrio. set primum probate, et postea sententiam proferte caritatiuam; et quod uobis non uultis fieri, alii facere nolite. Item l. viii. dig. tit. de accusationibus et inscriptionibus. **Quot testes prohibentur et qui accusare possint.**

Prohibentur accusare alii propter sexum uel etatem, ut mulier et pupillus. alii propter sacramentum, ut qui stipendium merentur. alii propter magistratum et potestatem in qua agentes sine fraude in ius euocari non possunt. Alii propter delictum proprium, ut infames. alii propter turpem questum, ut qui duo iudicia aduersus duos reos subscripta habent, nummos ue ad accusandum uel non accusandum acceperint. alii propter condicionem suam, ut liberti contra patronos suos. Alii propter suspicionem calumpnie, ut illi qui falsum testimonium subornati dixerunt. Non nulli propter paupertatem, ut sunt qui minus quam l. aureos habent. Hii tamen omnes si suam iniuriam exequantur, mortem ue propinquorum defendant, ab hac accusatione non excluduntur. Liberti quoque non prohibendi suarum rerum sunt defendendarum gratia de statu parentum patronorum conqueri. uelut si dicant se in a possessione ab his expulsos. scilicet non ut crimen in eos intendant, set tantum ut possessionem recipiant. Nam filius quidem non prohibitus est de statu matris conqueri, si dicat subpositum ab ea partum: quo magis coheredem habeat. set eam ream lege cornelia facere ei permissum non est. Ab alio delatum alius deferre non potest. Sed eum qui abolitione publica uel priuata interueniente, aut desistente accusatore uel de reis exemptus est, deferre non prohibetur. mulierem propter publicam utilitatem ad annonam pertinentem audiri a prefecto annone deferentem diui seuerus et anthonius rescripserunt. famosi quoque accusantes sine ulla dubitatione admittuntur. Milites quoque ad hanc accusationem admittendi sunt. serui quoque deferentes audiuntur.

Ex his omnibus auctoritatibus datur intelligi quod nullus est condempnandus nisi iudicio ordinabiliter habito, aut conuincatur, aut reum se ipse confiteatur. Uerum hoc de illis intelligendum est, quorum crimina sunt occulta. Ceterum que manifesta sunt iudiciarium ordinem non requirunt. Unde ambrosius.

Sine accusatore manifesta iudicantur.

Manifesta accusatione non indigent. **De eodem.** Item nicholaus papa karolo regi. Hec uero lotharius rex nepos uester fecit accusatore non indigent. manifesta namque sunt opera eius. In manifestis namque calliditate accusantium reus non opprimitur. nec tergiuersatione praua crimina celantur. est enim culpa sua se sponte oculis omnium ingerat. atque ideo in talibus iudiciarius ordo non requiritur. quia adeo tamen manifestus est, ut nec innocentia insidiis pateat aduersantium: nec culpa delinquentis sententiam effugere uideatur. Unde stephanus papa leoni episcopo thianensi. **Ordinem iudiciarium manifesta non desiderat causa.**

Tam manifesta et nota plurimis causa non est querendi testes. ut sanctus ambrosius in epistola ad corinthios dicit de fornicatore sententiam exponens apostoli. Iudicas inquit non est sine accusatore dampnare. quia dominus iudam cum fuisset fur quia non est accusatus minime abiecit. Cognito autem opere isto pellendum illum apostolus de cetu fraternitatis censuit. Omnes namque crimen eius sciebant et non arguebant. Publice namque nouercam suam in loco uxoris habebat. in qua re neque testibus opus erat: neque tergiuersatione aliqua tegi poterat crimen. Et paulo post. absens facie presens auctoritate spiritus: qui nusquam absens est: iam iudicaui ut presens eum qui hoc admisit, tradere sathane in interitum carnis. Sed sciendum est quod eorum que manifesta sunt: alia sunt nota iudici et incognita aliis. alia sunt manifesta aliis et occulta iudici. quedam occulta iudici et occulta aliis. Quedam uero sunt nota iudici et aliis. que iudici tamen nota sunt, sine examinatione fieri non possunt. quia dum accusatoris personam assumit: iudiciaria potestas amittitur: in una enim eademque causa nullus simul potest accusator esse et iudex. Unde augustinus in omelia de penitentia. **Quod non aliquando tollerandi sunt: uel quando corrigendi.**

Multi corriguntur ut petrus. **De.** Multi tollerantur ut iudas. multi

[illegible]

nescitur donec veniat dominus. qui illumi-
nabit abscondita tenebrarum et manifestabit.
Nos vero quemquam a communione prohibere non possumus,
quamvis hec prohibitio nondum sit mor-
talis, sed medicinalis, nisi aut sponte confes-
sum, aut in aliquo sive seculari sive
ecclesiastico iudicio nominatum atque convictum.
Quis enim sibi utrumque audeat assumere, ut
cuiquam ipse sit accusator et iudex? Huius-
modi enim regulam Paulus in epistola ad
Corinthios breviter insinuasse intelligitur,
cum quibusdam commemoratis criminibus
ecclesiasticis formam ad omnia similia ex qui-
dam daret. Ait enim: Scripsi vobis in
epistola, ne commisceamini fornicariis. non
utique fornicariis huius mundi, aut avaris, aut rap-
toribus, aut ydolis servientibus. alioquin de-
bueratis de hoc mundo exisse. Non enim
possunt homines in hoc mundo manentes,
nisi cum talibus vivere, nec eos possunt
homines lucri facere Christo, si eorum colloqui-
um convictumque vitaverint. Unde et dominus
cum publicanis et peccatoribus comedens: non est,
inquit, sanis medicus necessarius,
sed male habentibus. Non enim veni voca-
re iustos, sed peccatores. Ideoque consequen-
ter apostolus adiungit: Nunc autem scrip-
si vobis non commisceri fornicariis. Si
quis frater nominatur aut fornicator, aut
ydolis serviens, aut avarus, aut
maledicus, aut ebriosus, aut ra-
pax, cum huiusmodi nec cibum sumere.
Quid enim mihi est de his qui foris sunt
iudicare? Nonne de his qui intus
sunt vos iudicatis? De his autem
qui foris sunt, iudicabit dominus. Au-
ferte malum ex vobis ipsis. Quibus
verbis satis ostendit non temere aut
quomodolibet, sed per iudicium esse aufe-
rendos malos ab ecclesie communione,
ut si per iudicium auferri non possunt,
tolerentur potius, ne perverse malos evi-
tando, ab ecclesia ipse discedens eos quos
fugere videtur, vincat ad gehennam.
Quia ad hoc nobis in scripturis sunt
exempla proposita, ut velut in messe
palea sufferatur usque ad ultimum
ventilabrum, vel intra illa retia ubi
pisces boni cum malis usque ad segre-
gationem que futura est in litore, id est in fine
seculi, equo animo tolerentur. Non enim con-
trarium est huic loco illud quod dicit apostolus:
Tu quis es qui iudicas alienum servum?
suo domino stat aut cadit. Noluit enim
hominem ab homine iudicari ex arbitrio
suspicionis, vel etiam extraordinario usur-
pato iudicio, sed potius ex lege dei secundum
ordinem ecclesie, sive ultro confessum, sive accu-
satum atque convictum. alioquin illud cur
dixit: Si quis frater nominatur aut fornica-
tor, aut ydolis serviens, et cetera, nisi quia eam
nominationem vult intelligi que fit in
quemquam cum sententia ordine iudiciario atque in-
tegritate profertur? Nam si nominatio suf-
ficit, multi dampnandi sunt innocen-
tes, quia sepe falso in quoquam crimina no-
minantur. Non ergo illi quos mone-
mus agere penitentiam, querant sibi comi-
tes ad supplicia, nec gaudeant quia
plures inveniunt sibi similes.
Nam non propterea minus ardebunt,
quia cum multis ardebunt. Item in eodem.

Peccatum quod iudici non notum est, ab eo si peccaverit dampnari non licet.

Si in te frater tuus peccaverit, corripe eum inter te et
ipsum solum. Quare? Quia in te peccavit.
Quid est in te peccavit? Tu scis quia pecca-
vit. Quia enim secretum fuit quando pecca-
vit in te, secretum quere prodis: cum
corrigis quod peccavit. Nam si solus
nosti quia peccavit in te et eum vis coram
omnibus arguere, iam non es correc-
tor, sed proditor. Attende quemad-
modum vir iustus Ioseph tanto flagi-
tio quod de uxore fuerat suspicatus tan-
ta benignitate pepercit antequam sciret
unde illa conceperat, quam gravidam sense-
rat, et se ad illam non accessisse noverat.
Restabat ergo certa adulterii sus-
picio, et tamen quia ille non noverat, sic
dicit evangelium: Ioseph autem cum esset iustus
et nollet eam divulgare, voluit oc-
culte dimittere eam. Ergo ipsa corripi-
enda sunt coram omnibus que peccantur
coram omnibus; ipsa corripienda sunt secre-
tius que peccantur secretius. Distri-
buite tempora, et concordat scriptura.
Sic agamus, et sic agendum est, non solum
